BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO
37
41 B
4

A10 163

BIBLIOTHECA
JURIS ORIENTALIS
CANONICI ET CIVILIS.

BIBLIOTHECA
JURIS ORIENTALIS
CANONICI ET CIVILIS

AUCTORE

JOSEPHO SIMONIO ASSEMANO
UTRIUSQUE SIGNATURÆ REFERENDARIO
BIBLIOTHECÆ VATICANÆ PRÆFECTO
SS. BASILICÆ S. PETRI DE URBE
CANONICO
SANCTÆ ROMANÆ ET UNIVERSALIS INQUISITIONIS
CONSULTORE
ET SACRÆ PŒNITENTIARIÆ APOSTOLICÆ
SIGILLATORE

LIBER TERTIUS

APPENDIX AD CODICEM
JURIS CANONICI ET CIVILIS ECCLESIÆ GRÆCÆ

PARS PRIMA.

ROMÆ MDCCLXIII.
EX TYPOGRAPHIA FRANCISCI BIZZARRINI KOMAREK
PROVISORIS LIBRORUM BIBLIOTHECÆ VATICANÆ.

SUPERIORUM PERMISSU.

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO
PRINCIPI

N E R I O

SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ

CARDINALI CORSINO.

JOSEPH SIMONIUS ASSEMANUS.

QUod primum animo conceperam, quum Tuo, EMINENTISSIME PRINCEPS, Patruique Tui CLEMENTIS XII. Pontif. Opt. Max. beneficio Primarius Bibliothecæ Vati-

Vaticanæ Custos præfectus fui, ut scilicet grati animi, singularisque mei, pro tam prolixa erga me voluntate ac beneficentia, obsequii publicum aliquod extaret monumentum; id vero nunc tandem ut perficerem, non privatæ tantum, sed publicæ etiam rationes, ac eæ quidem graves, perpulere. Jam quidem tot alii præstantes Viri certatim in laudes tuas effusi sunt, tuam præsertim humanitatem, liberalitatem, ac munificentiam celebrantes: quippe qui natura ad bene merendum de omnibus comparatus, excultos literis homines large ac prolixe fovere soleas, quorum publico etiam bono Bibliothecam omni librorum copia refertissimam, & luculentissime ornatam, dedicasti. Alii in extollenda Patrui Tui CLEMENTIS XII. factorum gloria præclaram operam collocarunt, quo illorum memoria apud posteros perpetua maneret. Is enim magnificentiæ deditus, tot sumptuosa opera construxit, refecit, absolvit, ut

in tanta rerum copia [1] deesse nemini argumenta possint, etsi alius alia sibi commemoranda proposuerit. Verum una mihi relicta erat, Tuarum, CARDINALIS AMPLISSIME, Patruique Tui laudum celebrandarum causa, eademque sicuti aliis Scriptoribus propemodum intacta, ita mihi, meisque Orientalibus propria & peculiaris.

Quid enim de singulis in Ecclesias Orientales collatis Pontificiæ munificentiæ studiis dicam? Profecto nulli Orientalium populorum genti, amantissimi illius beneficentissimique Pontificis præclara liberalitatis ac benignitatis argumenta defuere: nullam is opportunitatem abire passus est, qua non communi Gentium omnium bono consuleret. In primis acceptum CLEMENTI XII. referunt Ægyptii atque Æthiopes, quos Coptos & Abissinos vocamus, quod illis ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, omnium Ecclesiarum Matris ac Magistræ, gremium confugientibus, domicilii locum

(1) Singula Clementis XII. Pontificis vere maximi opera, ex ipsis Inscriptionum verbis quæ Romæ, quæque extra Urbem leguntur, habes apud Sandinum in Vitis Pontificum Rom. pag. 582. & apud Cl. V. Angelum Fabronium in Commentario de vita & rebus gestis ejusdem Pontificis a pag. 173. Vide Clarif. V. Marium Guarnacci Histor. Romanor. Pontificum, & S. R. E. Cardinal. Tom. 2. pag. 61. & 575.

cum quo ſeſe in Urbe reciperent, annuoſque reditus conſtituit. Monaſterium [1] enim S. Stephano Protomartyri nuncupatum, juxta abſidem Sacroſanctæ Baſilicæ Vaticanæ ſitum, a Sancto Leone Magno olim fundatum, deinde a Clemente XI. magnifice inſtauratum, Monachis Coptis & Abiſſinis Ordinis S. Antonii, ea lege conceſſit, ut ibidem non patrium modo Alexandrinæ Eccleſiæ Ritum in Liturgia & in Divinis Officiis, necnon Monaſticum vivendi genus, quod in Monaſteriis per Ægyptum, atque Æthiopiam olim apud Orthodoxos obtinebat, diligenter excolerent; verum etiam ut ſacrarum literarum ſtudiis vacarent, quarum ſubſidiis inſtructi, Catholicæ Religionis propagandæ in vaſtis illis Regionibus aptiores redderentur. Juſſit inſuper, aliquot ejuſdem gentis pueros in Collegium pro Fide propaganda conſtitutum evocari, ubi ſalubribus diſciplinis, moribuſque informati, pietatis, ac doctrinæ

(1) Clementis XII. Literæ Apoſtolicæ, die 15. Jan. 1731. expeditæ. Initium. *Alias, poſtquam rec. mem. Clemens PP. XI. prædeceſſor noſter.* Ibi: *Eoſdem Monachos natione Abiſſinos ſeu Æthiopes, & Coptos ſive Ægyptios, ad poſſeſſionem ejuſdem Eccleſiæ domorumq; illi contiguarum, necnon horti & viridarii, aliorumque annexorum &c.* Dat. Romæ &c. die 15. Jan. 1731. Pontificatus anno primo.

næ ſemina etiam ipſi inter populares ſuos diffunderent. Quo factum eſt, ut Monachorum & Puerorum hujuſmodi opera, accedente præſertim Ludovici S. R. E. Cardinalis Belluga ſtudio, & Stephani Evodii mei ex ſorore nepotis, Archiepiſcopi Apameæ, qui ab eodem Cardinali ad Joannem Coptorum Patriarcham ablegatus fuerat, opera, quum delatus Pontificiæ liberalitatis rumor per Ægyptum vulgatus fuiſſet, ii paulatim errores ex Alexandrina Coptorum Eccleſia extirparentur, in qua altiores egerant radices. Nam [1] & non pauci ex primoribus & ex populo Orthodoxam fidem palam profeſſi ſunt; & ipſe Coptorum Alexandrinus Patriarcha una cum Epiſcopo Athanaſio, divino illuſtratus lumine, noxio cui inhæſerat, ſchiſmate ejurato, per literas filialis obſervantiæ teſtes, CLEMENTEM XII. enixe rogavit, ut ad S. Eccleſiæ communionem admitteretur. Rem teſtatam facit idem CLEMENS XII. ſcri-

(1) De vita rebuſque geſtis Clementis XII. Angelus Fabronius p. 64. *In ſacras Orientales Propagand. e Fidei Miſſiones ſexaginta aureorum millia contulit. Cujus operæ ſane fructus egregius Dei beneficio conſtitit. Decem enim fere Coptorum millia ab erroribus & pernicie ad ſpem ſalutis traducta ſunt. Horum quoque Alexandrinũ Patriarcham felíciori conatu atque ſucceſſu, quam priores Pontifices non ſemel præſtare id ipſum tenta-*

verant, ad Catholicam Religionem revocavit. Vide Marium Guarnacci Tom. 1. Histor. Roman. Pontif. & Cardinal. pag. 340.

ſcriptis die 5. Octobris 1735. literis, quibus eundem Joannem Patriarcham Alexandrinum Coptorum ſic compellat. *Ubi primum a Dilecto Filio nostro Cardinali Belluga renunciatum nobis fuit, Fraternitatem tuam eximio in Apoſtolicam Sedem, ad quam divini altitudo conſilii nos prorſus immerentes evexit, ferri obſequio ac veneratione, Catholicam quoque apud vos gentem benigne, humaniterque fovere, quin & annuere, atque etiam Tuos adhortari, ut ad ejus Oratoria tranſeant, quod antea vetabatur; de hac tua voluntate gratum gerimus animum, plurimaque laude te cumulavimus, præſertim quum hinc ominari liceat, majora Te meditari, quæ nomen Tuum ingenti gloria, Nos incredibili gaudio perfunderent. Non enim ſine magno dolore cogitare poſſumus, tantam Dominici gregis partem, quæ Patriarchatus Tui finibus continetur, vagari divulſam ab Romana Sede, immemorem, ab illa, Beato Petro aucto-*

re

re per Divum Marcum Evangeliſtam, Evangelicæ veritatis lumen hauſiſſe, totque ſuos ſanctiſſimos Antiſtites, ne in diſcrimen ſalutis venirent, religioni duxiſſe ab ea non diſcedere. Mox eundem Joannem Patriarcham monet, quænam fuerit Deceſſorum Pontificum in Coptos, & quæ ſit ſua ipſius in illos voluntas. *Ad hæc* [inquiens] *ſi mentem adjicias, ſpe afficimur fore, ut divino commotus numine, tecum præcipue, qui huc viſus es propendere, cum aliis deinde tuæ ditionis Epiſcopis, reconciliandæ ſecum gratiæ conſilium capias; certus benevolentiæ, qua vos complexura eſſet, ſicuti Avorum memoria, Patriarcham Joannem, Eugenio Quarto in Concilio OEcumenico Florentino, & alterum ejuſdem nominis, Octavo Clemente regnantibus, quos eo decore, lætitia, ſuavitate, ad ſe confugientes excepit, ut materni erga vos amoris luculentiſſimum documentum dederit. Nam & Nos pariter, quæ noſtra ſit erga veſtros cives*
 vo-

voluntas, non parum oſtendimus, dum Templum jam olim Romæ magno Divo Leone I. Summo Pontifice, extructum, & a fel. rec. Clemente XI. nuper inſtauratum, perpetuo jure veſtris S. Abbatis Antonii Magni Monachis, Pontificio ære alendis, aſſignavimus; ac præterea juſſimus, aliquot veſtrorum popularium pueros in Collegium pro Fide Propaganda conſtitutum evocari, ubi diſciplinis ediſcendis, formandiſque moribus vacantes, pietatis ac doctrinæ ſemina per varia loca deinceps diffundant. Demum cum ſuis hiſce literis allegat ad eundem Patriarcham, *Angelicum* (1) *a Gazolo Franciſcanæ Familiæ Alumnum, & ſui Hieroſolymis Cœnobii Præſidem, virum doctrina, prudentia, rerumque Orientalium notitia celebratum*: *qui cum* [inquit] *remotis arbitris de re loquaris, intima cordis recludas, difficultates expedias. Ipſe tibi noſtro nomine ſponſor erit, omnem Tibi a nobis, ab iſtaque ſuprema Sede affuturam opem ac*

(1) Ad eundem P. Angelicum a Gazolo exſtat ejuſdem Clemen. XII. Breve dat. 5. Oct. 1735. Initium. *Quum aliqua ſpes affulgeat, Patriarcham Alexandrinum ad gratiam cum Romana Sede reconciliandam non obſcura voluntatis inclinatione propendere, ejuſque non unum documentum ad nos pervenerit; Apoſtolici miniſterii noſtri eſſe duximus illam non abjicere, quin potius ſtudiis omnibus pro-*

ac patrocinium, quod rei conducat feliciter abſolvendæ. Hæc a CLEMENTE XII. jacta in terris Ægypti fidei Catholicæ ſemina, in qualem fructum deinceps creverint, teſtantur editæ ab illius ſucceſſoribus Benedicto XIV. & CLEMENTE XIII. Conſtitutiones ad Coptorum gentem ſpectantes. Ex his enim palam fit, primum quidem Athanaſio Hieroſolymis degentium Coptorum Epiſcopo, Orthodoxam fidem jam profeſſo tributam fuiſſe (1) juriſdictionem in Ægyptios alioſque ejuſdem Ritus Coptici ad Eccleſiam Catholicam converſos: Deinde Juſtum Maraghi, Ritus Coptici Sacerdotem, olim Collegii Urbani de Propaganda Fide Alumnum (2) (Athanaſio delatum ſibi munus abdicante) declaratum fuiſſe Vicarium generalem in univerſa Ægypto, ſimulque tranſmiſſam eidem Inſtructionem Pontificiam ſuper Dubiis ad Ritus Eccleſiæ, & nationis Coptorum pertinentibus. Eo demum è vivis ſublato,

ſequi. Eo proinde Te allegandū conſtituimus, tua freti prudentia, rerum Orientalium notitia, atque agendi ſuavitate &c.

(1) Tom. 1. Bullar. Benedict. XIV. pag. 62.

(2) Eodem Tom. 1. pag. 511.

lato, quum interim Præfecto Missionum Ægypti a Summo Pontifice [1] delegata fuisset facultas extraordinaria conferendi Sacramentum Confirmationis Coptis Latino Ritu baptizatis, donec aliquis Catholicus Episcopus in Ægypto haberetur: quumque hoc ipsum, quod Benedictus XIV. optaverat, auspicatissimis Sanctissimi Domini Nostri Clementis XIII. temporibus contigisset, duo Episcopi Orthodoxi, pietate ac eruditione perspicui, ab hoc Pontifice genti Coptorum assignati sunt: Antonius nempe Gergensis, qui Coptis in Ægypto cum Vicarii Apostolici potestate præesset; & Raphaël Tuchi, Collegii Urbani de Propaganda Fide olim Alumnus, ad exercenda in Urbe Ritu Coptico Pontificalia deputatus: Ecclesiastici præterea libri ad Liturgiam, & Divina Officia spectantes, a Sacra Congregatione correctioni librorum Ecclesiæ Orientalis præposita, diligenter examinati, & a nævis quibuslibet ex-

(1) Tom 3. p. 286.

expurgati, publicæ Coptorum commoditati è Typographia ejusdem Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, Coptico & Arabico idiomate impressi prodiere.

Ita Coptorum Abissinorumque commoditati CLEMENS XII. liberaliter prospexit. Non minora sunt, quæ eidem Pontifici Græcorum natio refert accepta. Ut enim ab iis Græcis, quos Melchitas appellamus, exordium ducatur, quum accepisset vigilantissimus Pontifex, Cyrillum Antiochenum Melchitarum Patriarcham una cum nonnullis Episcopis in Syria & Phoenice orthodoxam quidem fidem strenue propugnare, quosdam tamen Ecclesiæ Græcæ Ritus a Catholicis receptos, & a Sede Apostolica permissos, aut immutasse, aut ab Euthymio Tyri & Sidonis Archiepiscopo, viro alioquin Catholico, reique Christianæ propagandæ studiosissimo, olim immutatos, retinendos, atque a subditis observandos jus-

juſsiſſe; Apoſtolica Decreta confirmans, quæ anno 1716. ſub Clemente XI. quæque anno 1729. ſub Benedicto XIII. prodierant, illud generatim ſtatuendum anno 1732. decrevit, nemini licuiſſe, aut licere quovis titulo & colore, & quacumque auctoritate aut dignitate, etiamſi Patriarchali aut Epiſcopali præfulgeat, quod integram exactamque eorundem Rituum, morumque Eccleſiæ Græcæ obſervationem imminuat: omnia proinde, quæ circa hujuſmodi Ritus innovata fuerant, in priſtinum reſtitui debere. Id quod poſtea Benedictus XIV. eidem Patriarchæ Cyrillo, & omnibus ejuſdem Ritus, ac Nationis Catholicis Epiſcopis ſervandum indixit, edita Conſtitutione [1] in qua diſertam mentionem facit eorum Sedis Apoſtolicæ decretorum, quæ ad ipſius Cyrilli petitionem CLEMENS XII. anno 1732. emiſerat, *quorum quidem executionem*. inquit, *ab eodem in accipienda ſuæ dignitatis confirmatione in gene-*

re

(1) Tom.1.Bullar. pag.150. Init. *Demandatam*. Dat. die 24.Dec.1743.

re promissam, pro illius perspecta vitæ officiique religione, & constanti in hanc Sanctam Sedem observantia, nunquam eum scienter prætermissurum fuisse in animum inducimus: in quodam tamen Episcoporum consessu anno 1736. *in Monte Libano habito, supra enunciati Euthymii Archiepiscopi exemplum aliqua ex parte sequutus, non solum sibi licere, sed etiam expedire putavit; receptam Ecclesiæ Græcæ disciplinam circa Jejunia aliosque Ritus immutare.*

Verum sicuti ad servanda Apostolicæ Sedis Decreta Orthodoxos Melchitarum Præsules CLEMENS XII. ea sollicitudine, quæ Pastorale Officium decet, per suas literas excitavit: ita amplissimis beneficiis illos cumulandos censuit, qui ea omnia & singula exactissime observanda curaverant, quæ ipse, decessoresque ejus Clemens XI. & Benedictus XIII. circa Ritus Græcanicos executioni mandari præceperant. Quamobrem Monachis Græcis Mel-

Melchitis Regulam S. Antonii primum, deinde S. Basilii professis, nuncupatis Congregationis S. Joannis Baptistæ de Soairo in *Kesroano*, *in præmium* (1) *obsequiorum, obedientiæque quam Monachi prædicti erga Sanctam Sedem habere, intuituque Orthodoxæ Romanæ Fidei, quam inter Infideles, Hæreticos & Schismaticos undique circumsedentes (æque atque alii orthodoxi Populi Apostolicæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ addictissimi, quibuscum Regiones Syriæ incolunt) intactam custodire ac servare perrexerant & pergebant, ut majori cum zelo omnem operam studiumque collocarent, quo alacriter ad Catholicæ Religionis veritatem illustrandam confirmandamque adlaborarent, atque eos qui variis erroribus irretiti a via veritatis aberrant, ad veram Catholicæ fidei cognitionem adducerent, & adductos etiam confoverent: CLEMENS XII. Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Domnica, vulgo della Navicella nuncupatam,*

(1) Breve Benedicti XIV. Init. *Ecclesiæ Catholicæ regimini*. Dat. die xi. Junii 1757.

tam, adjectasque illi ædes, aliaque annexa, & connexa concessit, & subinde concessionem hujusmodi, ac quoddam perpetuum in dicta Ecclesia fundatum Beneficium, necnon quasdam peculiares Regulas pro Monachis dicti Ordinis in Monasterio ejusdem Ecclesiæ constructo pro tempore existentibus conditas, per suas in forma Brevis (1) *expeditas literas confirmavit & approbavit*. Quantum vero emolumenti Catholicæ Religioni apud Græcos Melchitas exinde accesserit, perspicuum fit, tum quia iidem Monachi, constructis in Monte Libano pluribus coenobiis, peculiares Monasticas Constitutiones, quæ neque Græcis Ritibus, neque Regulæ Basilianæ adversarentur, Apostolicis mandatis obtemperando, a Summo sibi Pontifice confirmandas curarunt: tum etiam quia erecti in Kesroano Monialium ejusdem Instituti ac Nationis Parthenonis spirituale ac temporale regimen iidem ipsi Monachi Apostolica auctoritate acci-

(1) Breve Clementis XII. Dat. 14. Sept. 1739. Init. *Sol justitia Jesus Christus*.

pientes, ſuas ipſius Conſtitutiones, Baſilianæ Regulæ adjectas, Sanctiſſimo D. N. CLEMENTI XIII. feliciter Regnanti obtulere, qui illas confirmatione [1] Apoſtolica roboravit. Quæ omnia eo ſpectabant in primis, ut non modo diſciplina Monaſtica per Orientem in pristinum reſtitueretur, ſed etiam ut Catholica fides, tam laudati Patriarchæ Cyrilli, ejuſque Epiſcoporum, quam Monachorum utriuſque Congregationis, *Sancti Joannis* nempe, & *SS. Salvatoris*, opera, apud Græcos Melchitas longe lateque propagaretur.

(1) Breve SS. D. N. Clement. XIII. Dat. 15. Novembr. 1762. Init. *Injunctum nobis divinitus. Apoſtolicæ ſervitutis officium.*

A Melchitis ad Græcos Albanenſes, & Ægyptios tranſitum facio. Neque enim minori utilitate, eodem CLEMENTE XII. auctore, Græcis Albanenſibus, atque Ægyptiis proviſum eſt. Itaque [2] in Oppido Ullani Biſinianenſis Dioeceſis ampliſſimum Seminarium inſtituit, quod a familiæ ſuæ nomine CORSINIUM nuncupavit, ut ibi pueri Græci Ritus in regionibus Calabriæ & Siciliæ

(2) De Vita & rebus geſtis Clementis XII. auctore Cl. V. Angelo Fabronio pag. 63.

ciliæ diſperſi, literas non modo, ſed & multo magis pietatem, veramque Religionem addiſcerent; ſicque ſalubribus imbuti doctrinis, apud ſuos, eoſque, qui terras ab Oriente colunt, bene de recta fide, & Apoſtolica Sede mererentur. Ut vero Sacris Ordinibus etiam Græco Ritu initiari poſſent, nec cogerentur ab extremis Siciliæ & Calabriæ partibus ad Urbem pergere, ubi ab antiquis temporibus Græcus Epiſcopus ad exercenda Pontificalia a Sede Apoſtolica deputatus reſidere ſolet, in eodem Seminario Epiſcopum Ritus Græci conſtituit, qui Italogræcos ad omnes etiam Presbyteratus Ordines promoveret. Præterea Græci Ritus obſervantiam, & linguæ Græcæ ſtudium Monachis S. Baſilii Magni in Italia ac Sicilia degentibus injunxit, commendavitque.

Adfuit & Græcis in Ægypto commorantibus. Quum enim Coſmas Alexandrinus Græcorum Patriarcha per ſuas literas (1), quas mihi ex Ægypto in Ur-

(1) Dat. die 4. Julii 1738.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Urbem anno 1738. redeunti ad Sanctissimum Pontificem CLEMENTEM XII. deferendas tradiderat, significasset, se maxime cupere, ut sublatis dissidiorum causis, cum Sancta Romana Ecclesia in unitate Fidei, & vinculo charitatis conjungatur; pergratas sibi, perque jucundas eas literas fuisse, respondit amantissimus (1) Pontifex inquiens: *Quid enim ingenio moribusque nostris, qui pacis sumus & concordiæ amantissimi, ovesque omnes Christi Dei nostri Sanguine redemptas, nostræque humilitatis curæ in persona Beati Petri Apostolorum Principis commissas in unum ovile revocari summopere optamus, magis proprium, & consentaneum accidere potest, quam ut Schismata tollantur, & omnes in unione pacis, & charitatis illam ipsam Catholicam fidem recipiant, quam tenet Sancta Romana Ecclesia, omnium per universum Orbem Ecclesiarum vera & unica Mater ac Magistra.* Quoniam vero idem Cosmas Patriarcha in ipsis literis quos-

(1) Clemen. XII. literæ in forma Brevis ad Cosmam Patriarcham Alexandrinum Græcorum. Dat. die 4. Aug. 1739.

quosdam Latinos in Ægypto degentes notaverat, quos ajebat de Sacris Ecclesiæ Græcæ Ritibus non recte sentire; idcirco quid de Ritibus Græcis Sancta Romana Ecclesia decreverit, decernatque, his verbis declarat Pontifex. *Nequid igitur nos*, inquit, *elabi sinamus, quo nostrum hoc explicatum cordis desiderium Tibi magis persuasum, & indubium efficiamus, super his, quæ de Missionariis nostris in literis tuis nobis significasti, nihil posthac studii & vigilantiæ intermittemus, ut eos, si qui sunt, quos asseris de sacris Ecclesiæ tuæ probatis Ritibus non recte sentire, non monitionibus modo, & animadversionibus, sed etiam quibuscumque rebus possumus, coërceamus, ne dissidiorum sint auctores, sed quiescant, seque contineant, neque pergant Ecclesiam tuam, probatasque a Sacris legitimis Conciliis, Summisque Pontificibus Consuetudines, & Ritus, ausu temerario improbare: quanquam in animum nostrum non facile*

cile

cile inducere possumus, ut credamus, de nostris esse istic qui hæc doceant ac sentiant. Est enim res exploratissima, inque antiquis ac recentibus decessorum nostrorum Romanorum Pontificum decretis toties promulgata, ac satis pervulgata, Sanctam nimirum hanc Sedem ab iis qui communionem cum ipsa habere volunt, & sine qua impossibile est placere Deo, nihil aliud expetere, quam ut salvam & integram Catholicæ fidei veritatem amplectantur & custodiant: Cæterum ad Ritus Ecclesiasticos quod attinet, cautum sæpe fuisse, ut ii, qui eidem fidei Catholicæ non adversantur, adamussim serventur ab omnibus, juxta probatas Ecclesiarum suarum Consuetudines, ac præsertim a Græcis, sive ii in Orientalibus Regionibus, sive alibi, sive etiam hic in Urbe nostra commorentur: quod est validissimum veritatis & sinceritatis nostræ argumentum. Denique quum subjunxisset Cosmas, ad pacem cum Sancta Romana Ecclesia a se ineun-

ineundam quod attinet, arcana ſua omnia ab ipſo fuiſſe communicata: *Hæc quidem*, repoſuit Pontifex, *grato libentique animo ſcripſimus, veluti ſignificationem paterni noſtri cordis ex his, quæ plene de Tuo in nos ſtudio ac devota in hanc Sanctam Sedem voluntate audivimus a dilecto Filio Magiſtro Joſepho Aſſemano Familiari noſtro, cui animum, reſque tuas omnes probe notas, perſpectaſque eſſe voluiſti*. Quamobrem illum excitat, ut coeptum opus perficiat: *Quod igitur*, inquiens, *ſalutari conſilio, divina Superni Spiritus aura afflante, animo jam concepiſti, Venerabilis Frater, ut cum hac omnium Matre & Magiſtra Eccleſia, extra quam non eſt ſalus, abrupto ſchiſmatis vinculo, ex animo conjungaris, ſicque per Te celeberrima iſta Patriarchalis Sedes, quam ipſe Apoſtolorum Princeps, Eccleſiæ Caput, & Chriſti Vicarius, per Sanctum Marcum erexit atque fundavit, ad priſtinam dignitatem & gloriam redeat, ex*

toto Apostolici nostri cordis affectu Te hortamur & monemus in re supremi momenti, in qua æterna animarum salus versatur, nulla difficultate Te præpediri sinas, nulla Te patiaris cunctatione detineri, quominus statim corde, scripto & opere compleas quod cum animi magnitudine, nominisque tui laude ad gloriam Dei feliciter animo es aggressus. Quamobrem ut perficiatur, quod in Te cœptum audimus, nihil superest, præterquam quod abjurato Schismate, Catholicæ Fidei professionem cum tua subscriptione, non tam quidem calamo, quam corde exarata, ad nos statim transmittas, & publicam reddas, ut Te duce, qui errant a fide & charitate, ad ineundam salutis viam Tuo exemplo commoneantur: sicque Catholicæ Religionis cultus in istis regionibus, nulla Tuæ dignitatis imminutione, augeatur. Hæc ad Cosmam Pontifex. Porro Cosmæ Patriarchæ exemplum sequuti, Abdalla Patriarchalis Ecclesiæ Alexandrinę Gręcorum

corum Archipresbyter, & OEconomus, Ananias Refcalla Græcus Sacerdos & Monachus, & Joannes Vartabiet Ecclefiæ Armenorum in urbe Cairo Rector, fubfcriptam a fe Catholicæ fidei profeffionem ad eundem Pontificem CLEMENTEM XII. tranfmifere.

Sic Deus hanc gloriam CLEMENTI XII. refervavit, ut Apoftolicæ ejus follicitudini uterque Alexandrinus, tum Græcorum, tum Coptorum Patriarcha [1] falutem fuam referat acceptam. Armenorum vero Patriarcha, qui Sedem Conftantinopoli tenebat, ejufdem Pontificis invitatus beneficiis, impium a Sacris Diptychis anathema, quod ab hæreticis contra Concilium Chalcedonenfe, Sanctumque Pontificem Leonem Magnum in divina Officia intrufum fuerat, deleri juffit. In Syria quoque, ac Mefopotamia (quod antea vix contigerat) binas Ecclefias Catholici Armenorum Epifcopi, Abraham nempe Alepi, & Martyrius Mar-

(1) De Vita & rebus geftis Clementis XII. pag.64.

dæ, hæreticis nequidquam reluctantibus, obtinuere: utque a gentilium suorum hæresi ac persecutionibus ad Ecclesiæ Catholicæ gremium confugientes, tutum domicilii locum, quo sese reciperent, haberent, Monasterium in Monte Libano, Sanctissimo Salvatori nuncupatum, Patriarchæ, Magnatumque Maronitarum favore fundatum est: unde tres ad hanc diem orthodoxi Armenorum Ciliciæ Patriarchæ prodierunt, Primus scilicet & Secundus Petrus a Benedicto XIV. & tertius Michaël nuper a Sanctissimo Domino Nostro Clemente XIII. in Patriarchali dignitate confirmati, Pallioque Pontificio donati.

Syros quoque, Jacobitarum hæresim olim sequutos, & Chaldæos Nestorianis erroribus infectos, quod abrupto schismate, ejurataque hæresi Catholicam fidem amplexi fuissent, CLEMENS XII. validis adjumentis fulcire, opibusque vallare, toto sui Pontificatus

catus tempore, ſtuduit. Nam Syris quidem, ab eo tempore, quo Petrus poſtremus illorum Patriarcha, & quotquot gregi Catholico præerant, Epiſcopi, hæreticorum inſtigatione, in exilium pulſi interierant, Paſtore deſtitutis, Archiepiſcopum orthodoxum Gregorium virum pietate ac doctrina ſpectantem, præfecit, eumque opportunis ſubſidiis inſtrui voluit, quibus & ſibi & Monachis ac Sacerdotibus in Coenobio Sancti Ephræm quod apud Schipaniam, Libani Montis vicum, extructum fuerat, congregatis conſuleret. Idem Pontifex alterum Sancti Ephræm Monaſterium Romæ erectum, refecit, ornavit, annuis redditibus auxit: Antiſtitum & Sacerdotum ejuſdem Syrorum nationis, religionis cauſa ad Urbem confluentium, commoditati liberaliter proſpexit, novis & opportunis extructis ædibus.

Non minoribus Pontificiæ providentiæ ac munificentię argumentis Chaldæos CLEMENS proſequutus, illos qui-

quidem, quibus Catholici Præſules in urbe Meſopotamia Amida, vulgo Diarbechir nuncupata, Sedem figentes uſque a temporibus Venerabilis Innocentii XI. Pontificis Maximi, conſtituti fuerant, tertium Patriarcham Joſephum præeſſe juſſit. Eundemque pro Eccleſiæ ſuæ negotiis ad Urbem accedentem amantiſſime excipiens, ampliſsimis beneficiis cumulavit: utque ſecurus ad ſuam rediret Sedem, operam ſuam ſtudiumque impendit. Qui vero ex Chaldęis Neſtorianam adhuc hęreſim in Aſſyria retinebant, ut illos ad veritatis cognitionem adduceret, nihil intentatum reliquit. Quamobrem Elias Neſtorianorum per univerſum Orientem degentiùm Patriarcha, qui Sedem in Moſulana urbe, ſeu nova Ninive ad Tigrim habet, audita CLEMENTIS in omnę Chriſtianorum Orientalium genus benignitatis fama, literis inſuper tam a Joſepho Antiocheno Maronitarum Patriarcha, & a Stephano Evodio meo

ex Sorore Nepote Archiepiſcopo Apameæ anno 1735., quam a me anno ſequenti ad ipſum perſcriptis excitatus, Romanæ Eccleſiæ doctrinam, deteſtatis erroribus, ſe profiteri, miſsis ad eundem Pontificem & ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide Epiſtolis, ſignificavit. Idque ipſum poſtea anno 1756. diſertis verbis declaravit, quum hortantibus Emmanuele Babylonis Epiſcopo ex Ordine Carmelitarum Excalceatorum, & Franciſco Torriano Ordinis Prędicatorum Miſsionario Apoſtolico, opera pręſertim ac ſtudio Dominici, viri Chaldęi Orthodoxi, literas Romam miſit Syriaco ſermone exaratas, ſuoque Sigillo ac ſubſcriptione roboratas, quibus, amputata omni ambiguitate, Neſtorianos errores palam ejurans & Primatum Summi Pontificis agnoſcens, profitetur unam eſſe Chriſti Domini perſonam, duaſque naturas, operationes & voluntates, divinam ſcilicet & humanam, Mariam proinde
Geni-

Genitricem Dei eſſe : Spiritum quoque Sanctum ex Patre Filioque procedere: Romanæ demum Eccleſiæ conſociationi, Neſtorio damnato, adhęrere ſe affirmat. In his quippe articulis tota ſtat Neſtoriana, çui gens Chaldæorum ab antiquis temporibus nomen dedit, hæreſis.

Eximiis hiſce CLEMENTIS XII. in Coptos, Abiſsinos, Græcos, Armenios, Syros, & Chaldæos, ſive a Schiſmate & hæreſi revocandos, ſive in orthodoxa fide confirmandos, promeritis jungenda ſunt ea, quæ idem munificentiſsimus Pontifex Syris Maronitis contulit beneficia, *genti quæ* (1) *ſuſceptam a primis Eccleſiæ ſæculis Catholicam Religionem ſumma ſemper conſtantia puram incorruptamque ſervaverat*. Quum enim Joſephus Gazenus Antiochenus Maronitarum Patriarcha, quem idem Pontifex non ita pridem in Patriarchali dignitate confirmatum, Pallio Pontificio ornaverat, miſsis literis ſigni-

(1) De Vita rebuſque geſtis Clementis XII. pag. 110.

ſignificaſſet, plurimas eaſque graviſſimas in Eccleſiaſticam diſciplinam irrepſiſſe corruptelas, Legatum proinde in Syriam mittendum rogaſſet, qui convocata ad Montem Libanum Synodo, collabentem diſciplinam una cum ipſo & Archiepiſcopis, Epiſcopiſque Maronitarum in priſtinum ſplendorem reſtitueret; precibus ejus annuit CLEMENS XII. meque neceſſariis & opportunis facultatibus inſtructum tanquam ſuum & Sanctæ Sedis Ablegatum Apoſtolicum in Syriam abire juſſit, ut *quæcumque ad diſciplinæ Eccleſiaſticæ in iis partibus conſervationem, reſtaurationem, ac incrementum, feliceмque progreſſum pertinere intellexerim, omni ope & ſtudio cum prædictis Joſepho Petro Patriarcha, ac Archiepiſcopis & Epiſcopis rite recteque ſtatuenda atque ordinanda curarem*. Ipſa Sanctiſſimi Pontificis verba ad laudatum Patriarcham ex literis Dat. die 21. Novembris anno 1735. recitare juverit. *Quod inclyta iſta tua*

natio Maronitarum, inquit, *veluti Rosa inter spinas, & firmissimus in medio mari scopulus, contra furentes tot Hæreticorum, Schismaticorum, & Infidelium misere adhuc Patriarchatum Antiochenum exagitantium undas objectus, Sacrosancta Catholicæ Fidei a Beato Petro Apostolorum Principe semel acceptæ dogmata, integra semper & intacta adspirante Dei gratia custodierit, singulari Venerabilium Fratrum Patriarcharum Prædecessorum tuorum ad excolendam Vineam istam Dei Sabaoth advigilantium sedulitati, & constanti erga Apostolicam hanc Romanam Sedem, omnium Ecclesiarum Matrem, ac Magistram, ejusque pro tempore Romanos Pontifices Antecessores nostros obedientiæ refertur acceptum. Ex literis* [1] *autem Fraternitatis tuæ ad nos datis nova & luculentiora vigilantiæ & reverentiæ documenta contestantibus, probe intelligimus, quam gravis Tibi injecta sit cura, ut salutare nonnullis rebus*

(1) Die 28. Julii 1734.

bus in Ecclesiasticam disciplinam sensim ac perperam invectis, a primævo instituto & splendore longe alienis, compares remedium, quod per Fraternitatem tuam adhiberi non posse significas: eapropter nostram opem imploras, ac demissis precibus exposcis, ut Apostolicæ benignitatis & auctoritatis nostræ partes Tibi deesse minime patiamur; atque insimul istuc adlegemus Dilectum Filium Josephum Simonium Assemanum, alterum Bibliothecæ nostræ Apostolicæ Vaticanæ Præfectum, & Prælatum nostrum Domesticum, qui nostro nomine, quæ in Clero, & Natione ista fortasse corrigenda aut reformanda noverit, una cum Fraternitate tua atque aliis Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, fortiter, suaviterque corrigat ac reformet. Immensas primum Omnipotenti Deo gratias agimus; deinde meritas Fraternitati Tuæ rependimus laudes, quod ad sinceram orthodoxæ fidei unitatem, & sacrosanctæ disciplinæ incre-

mentum tua ſtudia ac zelus tantopere exardeſcant. Pro injuncta vero nobis omnium Eccleſiarum ſollicitudine, & Apoſtolico miniſterio noſtro, laudatiſſimis Prædeceſſorum noſtrorum, qui Maronitarum Nationem peculiaribus Pontificiæ charitatis argumentis proſequuti ſunt, exemplis inhærentes, læto, libentique animo obſecundare geſtimus. Itaque eundem Dilectum Filium Joſephum Simonium Aſſemanum, qui tanta cum pietatis, prudentiæ, ac doctrinæ laude, rerumque Orientalium, ac Rituum Nationis tuæ præſertim cognitione inſignis multis abhinc annis in hac Alma Urbe noſtra commendatur, quemadmodum per eaſdem literas expoſtulas, ad Te, cui acceptiſſimum eſſe non ignoramus, hac etiam in parte gratificaturi, Ablegatum noſtrnm benigne mittimus. In mandatis autem ipſi dedimus, ut plurimam Fraternitati Tuæ in primis, & Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, necnon dilectis filiis Clero & Po-

pulo

pulo Nationis tuæ salutem & benedictionem nostro nomine impertiatur, & quam ardentissimis Apostolicæ charitatis studiis Te, universamque Nationem complectamur, coram declaret. Ad omnia vero negotia, propter quæ accedet, rite, sancteque expedienda, facultatibus etiam necessariis & opportunis, per alias nostras in simili (1) *forma Brevis literas eundem munivimus, ut nihil a Nobis derelictum esse cognoscas, quod optatis tuis ad divinam gloriam intentis profuturum existimamus. Per literas etiam* (2) *Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei Præpositorum fusius Fraternitati tuæ explicabitur, quidquid rebus peragendis Venerabiles Fratres nostri necessarium esse censuerunt. Quoniam autem non in commotione Dominus, sed in pace factus est locus ejus, Fraternitatem tuam hortamur & rogamus, ut cum omni humilitate & mansuetudine, cum patien-*

(1) Dat. die 26. Novemb. 1735.

(2) Dat. 10. Decemb. 1735.

tia

tia ſupportantes invicem in charitate, ſolliciti ſervare unitatem in vinculo pacis, in uno ſpiritu unanimes collaboretis, ut omnia veſtra in pace fiant. Quod ſi rerum tractatio Provincialem omnium & ſingulorum iſtius Nationis Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & totius Cleri & Monaſtici Ordinis Synodum requirere videatur, per haſce etiam noſtras literas amplam tribuimus facultatem, ut indicatur & congregetur: in qua una cum antedicto Ablegato noſtro, cui poteſtatem ſuffragandi concedimus, atque aliis Venerabilibus Fratribus omnia conferas, conſulas, & decernas. Verum quidquid gravioris momenti inciderit, hoc ut ad nos referatur, atque a nobis decidatur, prorſus edicims, & mandamus. Ita enim fore confidimus, ut ad divinæ gloriæ incrementum, Eccleſiaſticæ diſciplinæ utilitatem, Nationis Tuæ decus, atque noſtrum tuumque non leve ſolatium, Fraternitatis tuæ vota, ſollicitudineſque, & providentiæ no-

noſtræ conſilia & mandata cedant. Hæc CLEMENS XII. Quid vero acceptis his aliiſque Sanctiſſimi Patris literis Joſephus Patriarcha, & Maronitarum Præſules præſtiterint, & quo pacto Provincialis Synodus anno 1736. in Monte Libano coacta fuerit, & qui Canones in ea ſint conditi, perſpicuum faciunt, tum literæ eorumdem Antiſtitum ad CLEMENTEM XII. & ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide poſt celebratam Synodum perſcriptæ; tum Acta ipſius Synodi in duobus Codicibus conſcripta, omniumque ſubſcriptione firmata, quæ ego e Syria in Urbem reverſus, eidem Pontifici & Sacræ Congregationi expendenda & confirmanda obtuli: quæque ſuo tempore & loco (quum ſint jam a Benedicto XIV. confirmata) in lucem proferam. Debent itaque CLEMENTI XII. Syri Maronitæ Patriarcha & Præſules, quod Eccleſiaſticam diſciplinam in priſtinum ſplendorem

dorem restituerit. Debet & Regularis Monachorum & Monialium ejusdem Nationis ordo, quod opportunis ipsum Regulis munitum, Apostolica auctoritate firmaverit. Nam oblatas sibi Constitutiones Monachorum Ordinis Sancti Antonii Abbatis, tam Congregationis Montis Libani, quam Congregationis Syriæ Sancti Isaiæ nuncupatæ, approbavit, idque publicis literis testatum voluit: Monialium præterea Monasteria traditis in ea, quam diximus, Synodo aptissimis statutis ad antiquum splendorem revocari jussit, probato in primis illo ejusdem Synodi (1) Canone, quo decretum fuit, ut nulla in posterum fierent dupla Monasteria, quorum unum scilicet esset Virorum, & alterum Mulierum, utrumque alteri adnexum & conjunctum: id quod & Canone xx. Synodi Nicænæ Secundæ OEcumenicæ vetitum fuerat, & in Synodis anni 1578. & 1596. Patriarchæ Maronitarum luculentis verbis fieri prohibuerant. Hæc

(1) Can.16. cap.2. De Monasteriis & Monachis. Par.iv.

Hæc pauca ex multis, quæ CLEMENS XII. in omnes Chriſtianos Orientales contulit beneficia, perſtringere libuit, quo perpetuam illorum memoriam poſteri celebrarent. Non committendum vero, ut prætereat nos illaudata ejuſdem Pontificis erga Bibliothecam Vaticanam, cui præſum, munificentia. Hanc CLEMENS XII. novo [1] juncto ædificio produxit, ac armariis pluteiſque inſtruxit ad excipiendos Orientales Codices juſſu ſuo comparatos, & ad aſſervandam editorum librorum ſupellectilem, quæ foret, annuo proventu ad id a Paulo Quinto aſſignato, in poſterum comparanda. Eandem Bibliothecam liberaliter quoque ornavit magna vaſorum Etruſcorum varias picturas referentium copia; in eamque inſuper inferri juſſit ſummo pretio coëmpta antiqua numiſmata, maximi, ut appellant, moduli, numero trecenta & duodetriginta, aurea, argentea & ærea, antiquorum

(1) Biblioth. Vat. Codicum Mſs. Catalogus, anno 1756. typis editus, Tom. 1. in Præfat. p. xLIv. & xLIx.

Græciæ, & Ægypti Regum, ac Romanorum Cæsarum formas exprimentium, quæ Cardinalis Alexander Albanus privato studio collegerat, & Rodulphinus Venutus Cortonensis eruditis commentariis explicaverat: suis singula, ad majus spectantium commodum, custodiæque securitatem mobilibus circulis æreis inauratis innexa. Ad hæc in singulos annos in perpetuum eidem Bibliothecæ octoginta scuta monetæ Romanæ pro emendis charta, calamis, pergamenis aliisque hujusmodi necessariis rebus ab Apostolico Palatio persolvenda assignavit, ut pecunia illa, quæ ex redditibus eidem Bibliothecæ a Paulo Quinto addictis exigitur, ad coêmendos dumtaxat libros & codices erogaretur: quascumque insuper expensas pro specularibus, armariis, pluteis, clavibus, pavimentis, parietibus, fenestris, cæterisque rebus, tam in ipsa Bibliotheca, quam in ædibus eidem adnexis, sive reparandis,
sive

ſive de novo faciendis neceſſariis, ab eodem Palatio Apoſtolico fieri mandavit. Denique ne Apoſtolicæ providentiæ Ordinationes ac Regulæ a Deceſſoribus Pontificibus, ac præſertim Sixto V. Pontifice Maximo conſtitutæ, lapſu temporis cum ejuſdem Bibliothecæ detrimento in deſuetudinem abirent; non ſolum omnes & ſingulas leges pro recta adminiſtratione & conſervatione tum a memoratis Romanis Pontificibus, tum a Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Bibliothecariis, ſive ejuſdem Bibliothecæ Protectoribus preſcriptas, dummodo iis, quæ idem Pontifex ſtatuenda cenſuit, non adverſentur, iterum renovavit & confirmavit; verum etiam novas ipſe leges ſexdecim capitibus comprehenſas anno 1739. die 24. Auguſti conſtituit, typiſque edendas juſſit: quæ ſunt poſtea a Sanctiſſimo Domino Noſtro feliciter Regnante Clemente XIII. die 4. Auguſti anno 1761. confirmatæ,

novisque propositis edictis ad majus ipsius Bibliothecæ beneficium auctæ & illustratæ.

Hæc sunt, Eminentissime Princeps, quas supra dicebam, & privatæ & publicæ rationes, quæ me ad nuncupandum Tibi hoc qualecumque opus perpulere. Siquidem probe intelligebam, maximam Patrui Tui CLEMENTIS XII. Pontificis Optimi Maximi laudum partem in Te redundare, qui ita illi semper consilio atque prudentia præsto fuisti, ut pene omnia cum ipso habueris communia. Ad hæc accedit Tua singularis in me benignitas, quem ex Apostolica quam Patruus Tuus mihi injunxerat Ablegatione redeuntem, humanissime complexus, Sacrosanctæ Vaticanæ Basilicæ Canonicatu, necnon Bibliothecæ Apostolicæ Præfectura cohonestasti, ac tuam in clientelam recepisti. Quod reliquum est, ut, qua Te esse erga omnes humanitate constat, eadem munusculum hoc meum, publicum

cum ſcilicet meæ in Te obſervantiæ teſtimonium, benigne accipias, etiam atque etiam peto: Teque, Tuamque amplisſimam Familiam Corsiniam, de omnibus, ac præſertim de Orientalibus populis optime meritam, ut ſoſpitem ſemper ſervet, atque incolumem tueatur, Deum Optimum Maximum precari non deſino.

APPRO-

APPROBATIO.

Post divisum, absolutumque Jus universum Orientale Ecclesiæ Græcæ, tam Canonicum, quam Civile, a primis illius incrementis, usque ad Patriarchæ *Photii*, atque Imperatoris *Constantini Porphyrogeniti* tempora, nondum totius operæ pretium se fecisse putavit Auctor eximius Illustrissimus, & Reverendissimus D. Joseph Simonius Assemanus, nisi posteriora in utroque Orientali Jure *Syntagmata* in unum complecteretur. Hanc itaque provinciam ingressus, quo quidem ad *Synodales sequiorum Patriarcharum*, & *Episcoporum sententias*, *atque Novellas Imperatorum Sanctiones*, tanto quidem studio, ac felicitate confecit hoc tertio Libro, ut cum illum ex novis mandatis Reverendissimi Patris Magistri Sacri Palatii Apostolici diligenter evolverim, nil circa Fidem, circa Mores, sanioremque Ecclesiæ Doctrinam redarguendum censuerim, sed optandum magis existimaverim, ut ad publicum Rei Literariæ bonum quam primum typis edatur. Romæ ex ædibus nostris Idibus Augusti 1763.

V. Paraccianus Sacræ Rotæ Decanus.

APPRO-

APPROBATIO.

DEmandante R͞mo Patre S. P. A. Magiſtro, legi Tertium Volumen Juris Græci Romani Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Dom. Joſephi Aſſemani, in quo nihil reperi, quod Fidei dogmatibus, aut morum Regulis adverſetur, plura vero, quibus Jus præſertim Eccleſiaſticum ſequioris ætatis illuſtretur: quare opus digniſſimum judico, quod juris publici fiat. Ex ædibus Sac. Congregationis de Propaganda Fide IV. Nonas Junii anno MDCCLXIII.

M. Mareſuſcus a Secretis
S. C. de Prop. Fide.

IMPRI-

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Dominicus Jordani Archiep. Nicom. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ord. Prædicat. Sac. Pal. Apoſt. Mag.

BIBLIOTHECA

JURIS CANONICI ET CIVILIS ECCLESIÆ ORIENTALIS

LIBER TERTIUS.

Appendix ad Codicem Juris Canonici & Civilis Ecclesiæ Græcæ.

PARS PRIMA.

CODICEM Juris Canonici & Civilis Ecclesiæ Græcæ, non ultra Photii Patriarchæ, & Constantini Porphyrogeniti Imperatoris tempora, tam Synodorum Œcumenicarum & Particularium decreta, quam Imperatorum Byzantinorum Sanctiones, priorumque Sanctorum Patrum Canonicas Epistolas complecti, ex iis, quæ Libro Primo & Secundo enarravimus, liquido apparet. Quia tamen post laudatum Codicem, plura alia syntagmata ad Jus utrumque spectantia, (quemadmodum Lib. 1. §. ccxxxvi. pag. 355. indicavimus) apud Græcos prodiere, cujusmodi sunt *Patriarcharum Synodicæ Sanctiones*, *Epi-*

ſcoporum & Juriſperitorum ad quæſtiones ſibi propoſitas Reſponſa, *Imperatorum denique Novellæ Conſtitutiones*, quæ tum in manuſcriptis Codicibus, tum in Voluminibus Juris Orientalis impreſſis occurrunt; idcirco viſum eſt, hæc, & alia hujuſmodi Juridica Syntagmata, quæ alterum veluti Juris corpus conſtituunt, ſervato temporum ordine, tamquam exactam perfectamque Nomocanonis Græci Appendicem, ſubjungere. Initium autem ducimus ab iis Patribus & Auguſtis, qui ante editum, cujus modo meminimus, Nomocanonem, floruere, quique in eodem Nomocanone locum quidem non ſunt nacti, a Græcis tamen Juriſperitis non ſecus citantur, ac illi Patres & Auguſti, quorum Decreta Sanctioneſque in Jure utroque leguntur.

CAPUT I.

De Nectario Patriarcha Conſtantinopolitano.

QUÆ Photius in ſuo Nomocanone prætermiſit, ea Zonaras & Balſamon diſertim laudant, *Acta* nempe *Concilii Conſtantinopolitani de Agapio & Bagadio*. Apud Freherum Tom. I. Juris Græco-Romani pag. 247. hoc titulo prænotantur. Νεκταρίου, περὶ Ἀγαπίου καὶ Γαβαδίου ἑκατέρου ἀντεχομένου τῆς ἐπισκοπῆς Βόστρης, ἐκ τῶν πραχθέντων ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑπομνημάτων. *Nectarii*, *de Agapio & (1) Gabadio*, *quorum uterque Boſtrenſem Epiſcopatum ſibi vindicabat: ex monumentis Actorum Conſtantinopoli*. Initium. Ὑπατείας τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφιλεστάτων βασιλέων ἡμῶν, Φλαβίου Ἀρκαδίου, Αὐγούστου τὸ τρίτον, καὶ Ὁνωρίου τὸ δεύτερον τῇ πρὸ τριῶν Καλανδῶν Ὀκτωβρίων, ἐν τῷ Φωτιστηρίῳ τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης καθολικῆς ἐκκλησίας, καθεσθέντων τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, Νεκταρίου αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως, Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας, Φλαβιανοῦ Ἀντιοχείας &c. *Conſulatu piiſſimorum & religioſiſſimorum Imperatorum noſtrorum*, *Flavii Arcadii*

(1) *Bagadium* habent Mſs. Codices: necnon Zonaras pag. 525. & Balſamon pag. 761.

cadii Augusti tertium, & Honorii iterum, ante diem III. Kalend. Octobr. in Photisterio (1) *Sanctissimæ Catholicæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ, quum consedissent sanctissimi Episcopi, Nectarius ejusdem Constantinopolis, Theophilus Alexandriæ, Flavianus Anthiochiæ, &c.* Nectarius dixit. *Quum hæc sacra Synodus per Dei gratiam rursus* (2) *in hoc sancto loco collecta sit, placetne eidem sanctorum fratrum & comministrorum Concilio, quandoquidem stantes hic video fratres nostros Gabadium & Agapium, qui de Bostrenorum Episcopatu inter se dissident, ut de juribus suis agere incipiant? Ac postquam acta quædam ab eis essent ad eandem causam pertinentia, & insinuata depositio dicti Gabadii, facta per duos dumtaxat Episcopos, eosque jam vita functos ejusdem Concilii tempore; Arabianus Episcopus Ancyræ dixit. Non de præsenti dumtaxat lite, sed etiam de omni posteritate sollicitus, ut de hoc sancta Synodus decernat, peto. Liceat ne fieri depositionem a duobus Episcopis, nec ne? num adversus absentem id fieri liceat, nec ne? nullum hoc præjudicium ad causam præsentem adtulerit. Vereor autem, ne his ex monumentis aliqui potestate usurpata, ejusmodi tentent. Rogo vos, ut respondeatis.* Quumque Nectarius dixisset: *Quum lis per confessionem tolli nequeat, præteritum non condemnantes, futuro caveamus.* Arabianus subjunxit. *Quod præteriit, Sanctorum Nicææ coactorum Patrum Synodus condemnat, quæ præcipit, ne pauciores sint tribus qui ordinant, nec id faciant absente Metropolitano. Ego vero de futuro sollicitus, hanc interrogationem proposui. Quapropter rogo, ut perspicue statuamus, non suspense, nec ambigue, quod non liceat a duobus hominibus Episcopum ordinari, nec deponi, Nicænæ Synodi auctoritatem in hoc sequendo.* Post alia Theophilus Alexandrinus dixit: *De mortuis, fieri nequit, ut indignationis sententia feratur, quandoquidem non præsentes condemnati. Verum, si futura quis considerat, nimirum, qui deponere debeant, mihi quidem videtur, non solum*

(1) Idest, *Baptisterio*.
(2) Antea collecta fuerat anno Chr. 381, tunc vero anno 394.

ſolum tres adeſſe debere, verum etiam, ſi fieri poſſit, univerſos Epiſcopos provinciales, ut plurium calculo condemnatio hominis depoſitione digni, majori cum accuratione, fiat, etiam reo præſente. Nectarius Epiſcopus Conſtantinopolitanus dixit. *Quum legitimæ ſiunt expoſitiones atque decreta, conſentaneum eſt, talia non ſtatui propter culpas quaſdam perſonarum. Itaque ſicut expoſuit ſanctiſſimus Epiſcopus Arabianus, futuris cavere volens, conſentanea benignaque ſententia eſt ſanctiſsimi Epiſcopi Theophili, quæ ſtatuit non debere in poſterum, ne quidem a tribus, nedum a duobus, rem examinari, ac deponi, ſed frequentioris Concilii, & provincialium Epiſcoporum communi ſententia: quemadmodum & Apoſtolici Canones definiverunt.* Flavianus Epiſcopus Antiochenus dixit. *Quæ depoſuerunt Epiſcopi, qui ſanctiſsimum & piiſsimum Epiſcopum Theophilum ſequuntur, manifeſta ſunt. Ea probamus omnes Eccleſiaſtici.*

Diſerta hujuſce ſub Nectario Synodi fit mentio Canone Trullano ſecundo, in hæc verba: *Et qui rurſus in hac Dei cultrice & Imperatoria urbe convenerunt ſub Nectario, qui imperanti huic Civitati præſidebat, & Theophilo qui fuit Alexandriæ Archiepiſcopus.* Laudatur proinde in Syntagmate Canonico Joannis Zonaræ p. 525. ac Theodori Balſamonis pag. 761. qui hanc ſubjecit Adnotationem pag. 763. *Tu autem ſcias, hanc Conſtitutionem hodie non eſse uſitatam. A.* XII. *enim Canone Carthaginenſis Synodi, quæ eſt multo poſterior, criminalia Epiſcoporum judicia a* XII. *Epiſcopis exercentur, & lege eum Canonem. Scias autem, quod hæc quidem Synodus ſub Arcadio Imp. facta eſt; Carthaginenſis vero, regnante Theodoſio minore.* Hic autem eſt *Canon* XII. *Carthaginenſis* apud eund. Balſamonem pag. 609. *Siquis Epiſcopus extra tempus Synodi, criminis accerſatur, is a* XII. *Epiſcopis audiatur ... & Presbyter a ſex Epiſcopis & proprio, & Diaconus a tribus.* Qui Canonem ſic interpretatur. *Quum quartus Canon Antiochenæ Synodi declaraſset, Presbyteros & Diaconos ab uno Epiſcopo deponi; Epiſcoporum autem depoſitiones a Synodo fieri; videtur præſens Canon ei*

ei adversari, *decernens a* XII. *ad minus Episcopis Episcopum in causa criminali judicari*, *Presbyterum autem a sex*, *& Diaconum a tribus. Non pugnant autem inter se Canones*; *sed Antiochenæ quidem Synodi Canon hæc judicia aliter constituenda decrevit*; *præsens autem Canon*, *qui longo post tempore factus est*, *hæc judicia cautius fieri statuit. Cautior autem legis latio non inducit repugnantiam. Quod autem majoris securitatis gratia hæc cauta sunt*, *ex eo declaratur*, *quod dicant Patres*, *hæc tunc demum fieri*, *quando est difficile*, *ut plures Episcopi conveniant. Tunc enim necesse est*, *plures quoque Episcopos causas criminales audire*. Mox objectionem sibi proponit, solvitque hunc in modum. *Si autem interrogaverit quispiam*, *quid debet fieri Lectoribus? audiet*, *quod vigesimus Canon præsentis Synodi* (Carthaginensis nempe) *reliquos Clericos*, *præter Presbyterum scilicet & Diaconum*, *ab uno Episcopo judicandos esse statuit. Præterea interrogaverit quispiam*, *quum Canon contineat*, *tunc fieri a duodecim Episcopis*, *& solis*, *Episcoporum & solorum depositiones*, *quando fieri omnino non potest*, *ut multi conveniant*; *dissolvetur dispositio*, *an non? Solutio*, *dicunt* (1) *quidam*, *hoc modo non infirmari sententiam. Quum autem Joannes Amathuntis Episcopus ab illo Cypri Archiepiscopo Joanne fuisset depositus*, *& depositionis edictum in tribunali Imperatorio lectum esset*, *quoniam inventi sunt undecim Episcopi*, *& Archiepiscopus depositionem fecisse*; *statuit sanctissimus ille Patriarcha Dominus Lucas cum adsistente Synodo*, *quin etiam ipse* (2) *præsens Senatus*, *esse infirmam*, *& nullius momenti depositionem*: *eo quod non accersita fuerit universa Synodus Cypriorum Ecclesiæ*; *etiam si magna esset ejus cogendæ* (3) *facilitas*; *& quod non Archiepiscopus ultra duodecim Episcopos*, *sed una cum illis esset connumeratus. Præterea autem allegarunt &* XX. *Cano-*

(1) Latina Versio Paris. 1620. pag. 610. perperam habet *dicunt quidem*.

(2) In ead. Paris. edit. *ipsa præsens appellata*. Legendum τῆς συγκλήτου, Ipse *præsens Senatus*.

(3) Ibid. *facultas*.

Canonem præsentis Synodi, & XIV. *Et quamvis dixissent nonnulli, hoc solis Presbyteris & Diaconis dictum esse; tamen non sunt exauditi*. Hæc Balsamon de Episcoporum depositione secundum Jus Orientalinm. Allatius in præclaro opere de consensu utriusque Ecclesiæ exhibet synodicam sententiam depositionis *Episcoporum* quidem Clementis Sasimorum, & Leontii Balbissæ ex Diœcesi Tyanorum lib. 2. cap. 12. pag. 676. latam mensis Augusti XX. die, VI. Indictione a Michaële Patriarcha & Præsulibus Ephesino, Heracleensi, Ancyrano, Nicomediensi, Nicæno, Gangrensi, Antiocheno Pisidiæ, Hierapolitano, Mesembriensi, Brysensi, Garensi, Gothiensi; *Patriarchæ* autem *Constantinopolitani Cosmæ* Attici, pag. 683. latam Anno Mundi 6652. mensis Februarii XXVI., die IV. Indictione X. præsidente Manuele Comneno Imperat., assistentibus Joanne Rogerio Cæsare, Stephano Contostephano, Constantino Angelo, & aliis nobilissimis, subscriptam a XXXI. Metropolitis, videlicet, Constantino Cæsareæ, Joanne Ephesi, Theophilo Cyzici, Joanne Nicomediæ, Joanne Chalcedonis, Gregorio Claudiopolis, Basilio Laodiceæ, Theodoro Myrorum, Georgio Larissæ, Nicephoro Rhodi, Petro Cerasuntis, Leone Distræ, Constantino Christianopolis, Anonymo Bizyæ, Leone Parii, Gregorio Carabizæ, Constantino Gotthiæ, Petro Heracleæ, Joanne Sardium, Leone Nicææ, Basilio Tyanorum, Nicephoro Neocesareæ, Michaële Antiochiæ Pisidiæ, Nicolao Nicopolitarum, Constantino Amastridis, Georgio Apameæ, Georgio Methymnæ, Joanne Mesinæ, Nicolao Arcadiopolis, Georgio Cii, & Theophane Chersonis.

Bina alia Episcopalium depositionum recentiora apud Græcos exempla profert *Manuel Malaxus* in Ecclesiastica historia Constantinopolitana: alterum nempe *Arsenii* (1) Archiepiscopi Monembasiæ; *Joasaphi* alterum Patriarchæ Byzantini: utrumque tamen a Græcis schismaticis partim in odium orthodoxæ fidei, partim ex invidia injuste peractum. Et primum quidem pag. 149. Pa-

(1) Apud Martinum Crusium Turcogræciæ lib. 2. pag. 149. & 170.

Patriarchæ Pachomii nomine sic prænotatum: „ Pachomius miseratione Dei Archiepiscopus Constantinopoleos, novæ Romæ, & œcumenicus Patriarcha. Ad nostram in Synodo præsidentem, & quorumdam una sedentium Pontificum, cum toto Clero nostro mediocritatem, relatum est de illegitimo nunc Monembasiæ, Apostole nominato, quomodo ubivis locorum Christianis, studio nimirum Latinis gratificandi, præbeat offendicula & perturbationes; nec vereatur excommunicationes evomere contra eos; nolens intelligere vanus homo, se se illum, qui condemnationibus & execrationibus Canonum subjaceat, ut qui illegitime, spretisque Canonibus, indigne in locum invaserit, in quo nunc dicitur esse. Atqui quum antea causam ejus hic synodice tractaremus, sententiam in eum viva tantum voce pronunciare, satis habuimus. Sed quia non cessat, omnem movere lapidem, ut officiat singulorum locorum recte sentientibus, nec ullo pacto vult, utpote Judæ imitator, eodem, ubi illi sunt, ire, ideo mediocritas nostra, synodico processu & scripto concepto, eum justissime ut perturbatorem & scandalorum adversus pios auctorem, separat firmiter, a conjunctione abscissum sanctæ, consubstantialis, individuæ, & inconfusæ Trinitatis, unius illius substantia & numero omnipotentis, cunctorumque conditoris Dei: tum in hoc, tum in futuro seculo. Rursus eadem mediocritas nostra eumdem, ut indigne & conculcatis legibus in Pontificalem Monembasiæ Sedem progressum, constante sententia inde dejicit, & pro dejecto habet, omni prorsus Sacerdotio & Pontificia dignitate exutum. Hæc est sententia nostra, quam Sancto Spiritu autore in ipsum pronunciamus. *Cetera. In fine*. Subscriptum quoque veneranda Patriarchæ manu erat, mense Junio, Indictione XII. „ Verum enimvero (ut verbis utar cl. Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæsar. lib. VII. pag. 236.). „ Neque Emmanueli Malaxo, neque ipsi Patriarchæ Pachomio ulla hac in re habenda est fides, neque criminationes „ & con-

„ & convicia contra *Arsenium* majoris momenti ac va-
„ liditatis sunt, quam reliquæ omnes Schismaticorum
„ Græcorum contra universam Ecclesiam Catholicam
„ Occidentalem virulentæ calumniæ, quæ pro ratione
„ ac fundamento nihil aliud habent, quam ignorantiam
„ recti, & invidiam, & odium. Quum igitur Emma-
„ nuel Malaxus, & Patriarcha Pachomius iniquissime ac
„ injustissime Arsenium accusent & condemnent tamquam
„ impium, improbum, inobedientem ac contumacem
„ Ecclesiæ Orientalis turbatorem; singulari, ut opinor,
„ divina providentia evenit, honorificentissimum ac ve-
„ rissimum testimonium de ejusdem Arsenii vita, mo-
„ ribus, & obitu etiamnum in supramemorato (1) Au-
„ gustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo Codice ma-
„ nuscripto adservari atque extare his verbis: Ex hac
„ vita, & quidem ad aliam meliorem emigravit sapien-
„ tissimus, sanctissimus, & optimus Arsenius, Monem-
„ basiæ Archiepiscopus, Venetiis degens ob necessarias
„ quasdam Metropolis suæ ac civium causas, & spiri-
„ tum quidem reddidit nocte diei Veneris, qui ultimus
„ fuit mensis Aprilis, & proxime sequenti die Domini-
„ co, secundo videlicet die mensis Maii, sepultus est in
„ templo Sancti magni Martyris Georgii, currente an-
„ no a nativitate Christi 1535. Erat is genere quidem
„ paterno Byzantius, materno autem Pelopponnesius:
„ natus vero est in insula Creta ex nobili simul & sa-
„ pienti prosapia. Pater enim ipsius fuit Michaël Apo-
„ stoles, oriundus Byzantio; mater autem originem du-
„ xit ex urbis Monembasiæ Familia Comitum Corinthio-
„ rum, fuitque filia generosi viri Theodosii Comitis Co-
„ rinthi. Relictus vero est a patre valde orphanus, quum-
„ que natura laboriosus & dexter esset, literarum studiis
„ ita dedit operam, ut videretur unus esse ex iis, qui
„ eruditionis gloria fuerunt clarissimi. Vixit annos cir-
„ citer septuaginta, & corpore quidem plane fuit he-
„ ros; anima vero continens, modestus, pius, mansue-

„ tus,

(1) Cod. 128. fol. 157. Historica Adnotatio de vita & obitu Arsenii Monembasiæ in Peloponneso Metropolitæ.

„ tus, generosus, magnanimus, fortis, & valde prudens atque ingeniosus. Huc usque Anonymi istius Synchroni Auctoris de Arsenio testimonium, quo supra memorata Emmanuelis Malaxi & Patriarchæ Pachomii malignitas abunde refellitur „. Plura de Arsenio Monembasiæ Archiepiscopo ejusque scriptis, vide apud eund. Lambecium Lib. 1. pag. 150. Lib. 2. pag. 48. & 200. Lib. 3. pag. 205. & 225. & Lib. 7. pag. 236. ad 238. Necnon apud Fabric. Bibl. Græc. Tom. x. pag. 222. not. 2. & alibi passim.

Alterum dejectionis Patriarchæ *Joasaphi* exemplum extat apud eund. Manuelem Malaxum Turcogræciæ lib. 2. pag. 170. in hæc verba: *Erat porro hic Patriarcha admodum superbo ingenio, & gloriæ præter modum avido. Hinc in magnas concertationes cum venerando Clericorum cœtu, & cum viris nobilitate præstantibus, venit. Atque ut sibi adjutores, adversariæ factionis prosternendæ causa paratos, haberet, nunciis emissis, cunctos, Orientis, Occidentis, Peloponnesi Pontifices congregavit. Qui quum venissent, in magna Ecclesia congregati sunt. Synodo autem facta, ipsum Simoniæ convicerunt: & ex sententia sacrorum Apostolicorum Canonum, Pontificio Throno, Patriarchicoque honore dejecerunt*. Mox profertur exemplum dejectionis, cujus initium: ὐδέποτε κόρον ἐκτήσατο ὁ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐχθρὸς, καὶ ἐπίβυλος. *Nunquam satietatem capit inimicus ille salutis nostræ & insidiator, qui humano generi mox ab initio adversarius extitit, & adversus Christi Ecclesiam semper arma capit. Nam interdum per hæreses, quas varias excitat, insidiatur; nonnunquam per homines irrequietos, qui aures ei adhibent, corruptiones sacrorum Apostolicorum, & a sanctis Patribus traditorum, Canonum, tentat. Sicut nunc quoque peccatorum nostrorum abundantia, aperte persecutorem suscitavit & hostem, & Ecclesiasticæ disciplinæ corruptorem, istum, qui Patriarcha fuit, Joasaphum*. Adversus hunc, ajunt, allata crimina *a magno Sacellario Catholicæ Magnæ Ecclesiæ Presbytero Anastasio, & a magno Logotheta Hierace: nec non ab illustri-*

stribus viris Antonio Cantacuzeno , & Michaële Gabra : Videlicet , 1. quod aperte se iniquissimo & summe impio Simoniæ scelere adstrinxerit : 2. quod nulla necessitate urgente , injussu Synodi , nemine Clericorum sciente, alienaverit possessiones Catholicæ magnæ Ecclesiæ, in Creta insula , ante tempora memoriam effugientia consecratas . 3. Quod deprehensus sit etiam abrogationes Pontificum præter rationem faciens & eorundem restitutiones : Videlicet Neophyti apud Cabalam , (cum quo etiam Sacerdotem Clonaram , qui mulierem bis nuptam in Thaso duxerat , dejecit ,) & Gregorii apud Elassonem, & Dosithei apud Peritheorium , Antistitum. 4. Quod multarum quoque extra legitimos fines ordinationum factarum compertus sit, tum in Chalcedonensis, tum in Heracleensis , tum in Thessalonicensis Domini Theonæ, tum in Methymnæi Præsulum provinciis . Sed & citra examen probationemque factarum ordinationum. *Has ob causas* , inquiunt , *metuentes ne & nos dejectioni , & eidem anathemati obnoxii fieremus , tanquam communicantes cum incommunicabili, jam ipsum Pontificatu indignum judicavimus , ut primum violationis divinorum & sacrorum Canonum autorem ; & dejicimus ipsum , ac pro ejecto & abalienato habemus tum a dignitate Patriarchæ, tum a nomine : ita ut nullo modo in posterum nec ad Thronum Patriarchicum , nec ad ejus administrationem postliminio redire possit , sed tantummodo Monasticam vitam degere . Unde & majoris horum omnium notitiæ ac certitudinis causa , lata quoque est nostra synodica sententia , proposito ante oculos sacrorum Evangeliorum libro, & excommunicatione antea pronunciata . Actum anno septies millesimo , septuagesimo tertio , mense Januario , Indictione octava* : hoc est , anno (1) Chr. 1565. Subscribunt *Metropolitæ* XXXV. *Episcopi* XVII. nimirum , *Paisius* Achridarum , *Metrophanes* Cæsareæ , *Cyrillus* Heracleæ, *Arsenius* Tornobi , *Joasaphus* Cyzici , *Theonas* Thessalonicæ, *Cyrillus* Nicææ, *Euthy-*

(1) Apud Mart. Crusium Turcogræc. lib. 2. pag. 172. in marg. *Anno Christi* 1564. male.

Euthymius Chalcedonis, *Neophytus* Lariſſæ: Reliqui apud Mart. Cruſium Turcogræciæ lib. 2. pag. 173. & ſeq. Verum quam injuſta fuerit Joaſaphi Patriarchæ dejectio, Theodoſius Zygomalas in (1) Epiſtola ad eundem Cruſium anno 1581. data teſtatur his verbis: *Obſerva quoque hoc: Malaxum in iis, quæ ex multis collecta conſcripſit, non per omnia veritatem ſequi. Interdum enim ad gratiam loquitur, nonnunquam ex odio. Exemplo ſunt, quæ in Joaſaphum Patriarcham, virum ſanctum, & nominis Græci amantem, & invidia injuſte Patriarchatu dejectum, dixit. Conſtat certe nobis, eos qui conſpiraverant contra ipſum in ſententia ferenda, principeſque autores illius injuriæ extiterunt, omnes in multa mala, atque adeo in miſerabile exitium, incidiſſe: nimirum Deo injuſtum in illum ſuffragium latum, in apertum proferente, (ut quidem mea fert opinio) & quod animadverſurus ſit in eos, qui juſto homini iniquam pœnam irrogaverint: quem equidem Deo acceptum, ut pium virum, & virtute per vitam præditum fuiſſe arbitror. Sane ab eo tempore, chariſſime, Eccleſia noſtra turbari & jactari non ceſſavit: cui utinam Deus pacem & tranquillitatem reſtituat: ſicuti nunc ejus rei bona indicia apparent: quando ſanctiſſimus Dominus Hieremias, Patriarcham agit, viroſque doctos & virtutis ſtudioſos diligit.* Depoſito enim, ut ſupra., Joaſapho, iidem Metropolitæ & Epiſcopi Patriarcham ſubſtituerunt Metrophanem Cæſareæ Metropolitanum: qui quum octo circiter annos ſediſſet, ſcripto (2) reſignavit Patriarchicum Solium, & Pontificatum die 4. Maji, Dominica, poſtquam Nicomediæ Præſulem ordinaſſet; ejuſque in locum *Hieremias*, Lariſſæ Metropolitanus, ad Patriarchatum evectus fuit, *anno conditi orbis ſepties milleſimo, octogeſimo, die 5. Maii*, hoc eſt, Chr. 1572. Sed ad Nectarium regredior.

Duo ſunt, quæ in Conſtantinopolitana Synodo ſub Nectario Patres ſtatuerunt. Primum nempe, ut Epiſcopum nonniſi in Provinciali Synodo deponi fas ſit: quemadmodum ſupra eſt obſervatum. Alterum, ut ſervetur Canon Synodi Nicænæ, quæ præcipit, *ne pauciores ſint*

(1) Turcogræc. pag. 96.

(2) Turcogræc. lib. 2. pag. 178.

tribus qui ordinant , nec id faciant , absente Metropolitano. Est Canon Quartus Nicænus, qui sic habet: *Episcopum convenit maxime quidem ab omnibus, qui sunt in Provincia, Episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem; tribus tamen omnimodis in idipsum convenientibus, & absentibus quoque pari modo decernentibus, & per scripta consentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum, quæ geruntur per unamquamque provinciam, Metropolitano tribuatur Episcopo.* Eruditissimus *Christianus Lupus* in Notis ad hunc Canonem, ostendit, *Episcopi consecrationem factam ab uno Episcopo, esse quidem illicitam, non tamen invalidam, irritam, aut iterandam*. Idem ipsum a nobis demonstratum fuit Lib. 1. cap. 13. a pag. 446. Schismatici vero nugantur, nec pro valide factam hujusmodi Episcopi Ordinationem, nec pro valide Ordinatis eos esse habendos, qui ab illo manus impositionem Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, aut Clericorum acceperint. Ita Pachomius Patriarcha Constantinopolitanus de Arsenio Monembasiæ Archiepiscopo, cujus supra facta est mentio, deque ab illo Ordinatis, sentiebat apud Manuelem Malaxum Turcogræciæ lib. 2. pag. 147. Qui Ordinationem quidem ejus narrat in hæc verba. „ Erat iste Arsenius, „ Diaconus, venitque Venetiis Monembasiam, magna „ Venetorum procerum potestate instructus, pertinente „ tunc ad ipsorum imperium illa urbe. Pugnabant ipsi „ pro eo: causam ejus agebat Papæ Legatus: concedentes ei, quando fieret Pontifex, thronum Monembasiæ citra controversiam. Quod siquis vel Sacerdotum, „ vel Politicorum hominum, se illi opponeret, nec pareret, acriter eum punitum iri, atque adeo exterminatum iri e loco illo ad omne tempus vitæ suæ. Tunc „ igitur, ut cœpi dicere, Monembasiam venit; mandatum & commendationem Venetæ Dominationis, „ Præfecto Civitatis, Patribus & Populo, exhibuit. Monembasiatæ postquam eas literas viderunt, demisse „ exceperunt hominem, honore & reverentia prose-

„ quen-

„ quentes, utpote præclara etiam eruditione & doctrina „ præditum. Proinde Arsenius iste, qui illo Diaconus „ venerat, misit, qui τὸν ἐπίσκοπον τῆς ἔλους Eleûm Episcopum accirent, qui eum declaravit Presbyterum. „ Quo tempore consilium ab iis cusum est, Arsenii Monembasiatis Metropolitæ creandi. Itaque illum Eleûm „ Episcopum in locum & dignitatem œcumenici Patriarchæ traduxerunt: duos autem Sacerdotes pro „ duobus Metropolitis reputarunt, uno Lacedæmoniæ, „ altero Christianopoleos, Ita ipsi suffragium inierunt. „ & minus ei dederunt judicium, ac post vesperas majus. Postridie Liturgia celebrata, eum Monembasiæ „ Metropolitam renunciarunt, sacrisque Pontificalibus induerunt, pretioso Sacco, & Superhumerali, & cæteris „. Pergit schismaticus Scriptor de schismatico Monembasiæ Episcopo expulso enarrans. „ Verus Monembasiæ Metropolita, qui legitime a sanctissima Christi Ecclesia magna ordinatus erat, vivus valensque „ supererat. Hujus thronum ut in potestate sua Veneti „ haberent, & de eo, quod liberet, facerent, expulerunt tum ipsum, tum antecessores ipsius. Is ergo „ non habens ubi resideret, ubi thronum constitueret, „ in quemdam suorum Episcopatuum se contulit, qui „ erat in Civitate Coronæ. *Mox pag.* 148. *subjicit Ordinationes ab Arsenio Metropolita factas, inquiens*. „ Tum „ itaque thronum Monembasiæ Arsenius, eo quo diximus modo adeptus extra Canones, sacris operando cum sacro Consessu, pro Metropolita se gerebat: „ Anagnostas designabat, Hypodiaconos, Diaconos, & „ Sacerdotes, omnia denique Pontificia munia exequebatur.

Demum prolatam a Pachomio Patriarcha in Arsenium ipsum depositionis sententiam quum retulisset, progreditur Malaxus ad iteratas ab eodem Arsenio factas Ordinationes pag. 150. sic scribens. „ Tum Patriarcha „ non tantum hanc Arsenii deturbationem scripsit; verum etiam in insulas Cretam, & Cythera, aliaque „ loca Venetorum, in quibus pii, recteque de Religio-

„ ne

„ ne ſentientes (*Græci nempe Schiſmatici*) degebant,
„ Sacerdotum ab illo Ordinatorum, & illum pro Pontifice habentium, dejectionem & excommunicationem
„ exſcripſit; poteſtatem vero fecit reſipiſcentibus Sacerdotibus & Diaconis, conferendi ſe ad alios legitime factos, Pontificeſque, qui eos de integro ſecundum leges ordinarent: quandoquidem illa prior non eſſet ordinatio, quia extra Canones „. Hæc Malaxus infenſiſſimo in Arſenium utpote Catholicæ Romanæ Fidei aſſertorem animo.

Exſtat *Nectarii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani narratio, quam ob cauſam in primo Sabbato Sanctorum Jejuniorum celebremus memoriam Sancti Theodori Martyris*, cum annexa admonitione de Jejunio & eleemoſyna. Νεκταρίȣ Ἀρχιεπισκόπȣ κωνςαντινȣπόλεως διήγησις, δι' ἣν αἰτίαν τῷ πρώτῳ σαββάτῳ τῶν ἁγίων νηςειῶν ἑορτάζομεν τὴν μνήμην τȣ̃ ἁγίȣ μεγαλομάρτυρος θεοδώρȣ, ϗ περὶ νηςείας, ϗ ἐλεημοσύνης. Incipit. ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηςότητός σȣ κύριε. *Quam magna eſt multitudo benignitatis tuæ, Domine*. Habetur Græce in Bibl. Vat. Cod. 821. p. 109. Cod. 864. p. 265. Cod. 1246. p. 137. Cod. Palat. 245. p. 126. In Bibliot. Reg. Pariſ. Codd. 760. 767. 772. 773. 815. 979. 986. 1185. 1450. 1478. 1510. 1538. 1556. In Bibl. Cæſar. Vindobon. apud Lambec. Lib. 4. Cod. 144. Lib. 8. Cod. xi. Cod. xv. Cod. xxxii. In Bibl. Reg. Taurin. Par. i. C. lxx. pag. 165. Cod. cxl. pag. 235. In Bibliotheca Bodlejana Cod. 274. in Mſs. Codd. Thomæ Roë. Cod. 28. pag. 121. & Cod. 726. in Mſs. Codd. Guilielmi Laudi lit. c. Cod. 84. pag. 324. Inter Mſs. Codd. Græcos Bibliothecæ Sereniſſimi Bavariæ Ducis, Codicibus 8. 63. & 114. Latine prodiit inter Chryſoſtomi homilias excuſas Pariſiis 1554. in 4. & apud Surium in Probatis Sanctorum hiſtoriis Tom. 6. ad diem 9. Novembris.

Porro Nectarius quonam pacto ex Catechumeno electus fuerit anno Chr. 381. *Patriarcha Conſtantinopolitanus*, deſcribit Sozomenus Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 8. his verbis. „ Eodem tempore Nectarius quidem Tarſo Ciliciæ oriundus, vir Senatorii Ordinis, Conſtantinopoli
„ dege-

„ degebat. Qui quum in patriam reverti jam pararet, „ adit Diodorum Episcopum Tarsi, velut laturus Epistolas, siquas ille Tarsum scribere voluisset. Forte tum „ Diodorus secum ipse tacitus agitabat, quisnam potissimum eligendus esset ad eam ordinationem, quæ tanta „ ambitione celebrabatur. Qui Nectarium conspicatus, „ eum Episcopatu dignum esse censuit. Statimque in intimo mentis recessu, suffragium suum ei contulit, canitiem viri, vultumque Sacerdotio dignum, & morum suavitatem considerans. Itaque tamquam alterius „ negotii causa, eum ad Episcopum Antiochensem (*Meletium qui & Constantinopoli tum degebat*) deduxit; „ multisque laudibus prosequutus, oravit Episcopum, ut „ illum suffragio suo adjuvaret. Ille vero in tanti momenti negotio, ubi multi illustres viri proponebantur eligendi, Diodori suffragium derisit. Nihilominus evocatum ad se Nectarium, aliquantulum temporis opperiri jussit. Haud multo post, quum Imperator mandasset Episcopis, ut nomina eorum, quos quisque Episcopatu dignos judicaret, in charta perscriberent, „ unumque ex omnibus eligendi facultatem sibi ipsi reservasset, alii quidem aliorum nomina perscripserunt. „ Antiochensis autem Ecclesiæ Antistes scripsit & ipse eos „ quos voluit; omnium tamen postremum adjecit Nectarium, in gratiam Diodori. Imperator igitur perlecto „ indiculo eorum, qui inscipti fuerant, subsistit in Nectario: & intenta mentis acie, secum ipse consultabat, „ digito in postremum vocabulum impresso. Rursusque „ ad caput reversus, quum cunctos ordine percurrisset, „ Nectarium elegit. Tum vero admiratio omnes invasit: „ quærebantque, quis, & unde esset Nectarius ille, & „ quod vitæ genus sectaretur. Quumque didicissent, ne „ sacro quidem lavacro eum initiatum esse, inopinatum „ Principis judicium eo amplius mirabantur. Ignorabat „ autem istud, ut opinor, etiam Diodorus. Neque „ enim si id scivisset, ausus esset unquam viro nondum „ initiato, Sacerdotii suffragium dare. Sed, ut verisimile est, virum jam canum, pridem baptizatum esse

„ exi-

„ existimabat. Verum hæc non ſine nutu Dei evenere: „ Siquidem Imperator poſtquam eum Baptiſmi expertem „ eſſe intellexiſſet, in eadem ſententia permanſit, mul- „ tis licet Epiſcopis refragantibus. Poſtquam vero uni- „ verſi ceſſerunt, & Imperatoris ſententiam ſuffragio ſuo „ comprobarunt, baptizatus (1) eſt: & adhuc Neophyti „ veſtem indutus, communi totius Concilii calculo, Epi- „ ſcopus Conſtantinopolis renunciatur. Multi porro cre- „ diderunt hæc ita ab Imperatore geſta eſſe, Deo id illi „ mandante ac præcipiente. Sed utrum id verum ſit, „ nec ne, certo equidem affirmare non poſſum. Mihi ta- „ men ipſe perſuaſerim, non ſine divina providentia id „ actum eſſe, dum & ordinationis illius miraculum con- „ ſidero, & ex iis quæ conſequuta ſunt animadverto, „ Deum manſuetiſſimo & optimo atque honeſtiſſimo viro „ Epiſcopatum hunc conferre voluiſſe. Et hæc quidem „ in ordinatione Nectarii ita geſta ſunt, ut auditione ac- „ cepi „. Hæc Nectarii conſecratio, Ambroſianæ ſimilis, cæterarum, quæ poſtmodum Conſtantinopoli peractæ ſunt, Taraſii, inquam, & Photii, fons fuit & origo.

Nectarii temporibus anno Chr. 394. Conſtantinopoli celebratum illud Concilium, cujus ſupra meminimus: ubi idem Nectarius tamquam in Sede ſua, præerat, una cum Theophilo Alexandrino, & Flaviano Antiocheno, ſedentibus etiam Sanctiſſimis Epiſcopis, Helladio (2) Cæſareæ Cappadociæ, Gelaſio Cæſareæ Palæſtinæ, Gregorio Nyſſæ, Amphilochio Iconii, Paulo Heracleæ, Arabiano Ancyræ, Ammone Adrianopolis, Phalerio Tarſi, Lucio Hierapolis, Elpidio Laodiceæ, Paulo Alexandrorum, Dioſcoro Hermopolis; Probatio Beronices, Theodoro Mopſueſtiæ, Bizo Seleuciæ, Epagatho Marcianopolis, Gerontio Claudiopolis, & aliis diverſis Epiſcopis, & omni Ordine Sacerdotali. Poſt triennium obiit, Cæſario & Attico Coſs. v. Kal. Octob. anno 397. cui proinde Nicephorus Conſtantinop. annos Pontificatus 16. & menſes 3. aſſi-

(1) Baptizatus eſt, & a Cyriaco Adanorum Epiſcopo munia Epiſcopalia edoctus.

(2) Apud Balſamonem pro *Helladio*, *Palladius* perperam legitur.

assignat. Memoriam ejus, unacum Arsacio & Sisinio Patriarchis, recolunt Græci die XI. Octobris.

CAPUT II.

De S. Johanne Chrysostomo.

NEctario defuncto, aliquandiu de ejus successore designando deliberatum est. Joannes Antiochenæ Ecclesiæ Presbyter, eloquentiæ ac pietatis laude insignis, communibus Cleri populique suffragiis postulatus ab Arcadio Imp., eligitur, consecraturque Constantinopolitanus Episcopus an. 398. IV. Kal. Martii, Honorio & Eutychiano Coss. Anno 400. decreto Synodi quæ in urbe Regia convenerat, propter Antoninum Ephesi Episcopum, qui multorum criminum reus agebatur, in Asiam perrexit, ad hujus regionis Ecclesiæ componenda negotia: ubi alterum Ephesi Episcopum, aliosque passim ordinavit. Anno 403. Theophilus Alexandrinus, una cum pluribus Episcopis, Eudoxia favente Augusta, in Chalcedonis suburbio, quod δρῦς, *Quercus*, dicebatur, Synodum vocavit, a qua Joannes Sede sua deturbatus est. Hujus Conciliabuli Acta extant apud Photium in Bibliotheca Cod. 59. & prodiere Græce & Lat. in Conciliorum collectione Veneta Tom. 3. p. 86. Initium. *Lectum est illegitime coactum adversus Sanctum Joannem Chrysostomum Conciliabulum: cui præsides adfuerunt Theophilus Alexandriæ, Acacius Berhœæ, Antiochus Ptolemaidis, Severianus Gabalorum, & Cyrinus Chalcedonis Episcopi: qui infesto in illum animo quum essent, simul omnia & judices, & accusatores, & testes erant. Tredecim hæc Actionibus peracta: duodecim quidem contra Sanctum Chrysostomum; tertiadecima contra Heraclidem, quem Ephesiis ille ordinarat Episcopum. &c.* Contra Chrysostomum capita accusationum XXIX. leguntur. Contra Heraclidem, capita XVIII. Desinunt in hæc verba. *Itaque Synodi præses Paulus Heracleæ Episcopus, omnes sententiam dicere voluit; statutumque, ut ipsi visum, beatum virum Sede pellendum, juci-*

incipiente Gymnasio Episcopo, & finiente Theophilo Alexandrino, numero omnes quinque & quadraginta. Post, missa est ad Clerum Constantinopolitanum, tamquam e Synodo, Epistola de Chrysostomi e throno dejectione. Relatio quoque ad Imperatores facta. Ad hæc tres oblati libelli a Gerontio, Faustino, & Eugnomonio, qui se injuste a Johanne Episcopatu motos querebantur. Imperatorum vicissim ad Synodum missum est Rescriptum. Atque in his ferme duodecima actio consumitur. Nam decima tertia, uti diximus, ea continet, quæ ad Heraclidem Ephesi Episcopum pertinebant. Hæc breviter in Libello Synodico sic Gr. Lat. exponuntur. *Nectarii autem Archiepiscopalem thronum, Divina voluntate sortitus est Presbyter Antiochiæ Syriæ Johannes Magnus ille Chrysostomus: contra quem calumniæ ab iis, qui haud parum poterant eique invidebant, nec vulgares exortæ, pravo conventiculo triginta & trium Episcoporum occasionem dederunt, a quibus & exilio multatus est*. Eadem Acta fusius narrantur *de Synodo ad Qurcum* in nova Baluzii Collectione, ubi Chrysostomus dicitur a XXXVI. Episcopis condemnatus, quorum XXIX. erant Ægyptii; septem vero aliarum regionum: at in Bibliotheca Photii, XLV. Episcopi numerantur, & in libello Synodico XXXIII. Exstant in Biblioth. Cæsar. Vindobon. apud Lambecium Lib. 5. pag. 160. Cod. CCLIII. num. 7. *Acta pseudosynodi, in Chalcedonensi suburbio ad Quercum Ann. Christi 403. illegitime & nefarie celebratæ adversus S. Johannem Chrysostomum, qui in ea variis de causis falsissime accusatus, impiissime damnatus, & in exilium missus est: unacum Epistolis Apologeticis S. Innocentii I. Papæ, & Imp. Honorii ad Imp. Arcadium pro S. Johanne Chrysostomo, & ipsius Imp. Arcadii Epistola excusatoria atque deprecatoria ad S. Innocentium. Ipsa tituli Græci verba cum principio Actorum sunt hæc*. ἡ κατὰ τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννυ τῦ χρυσοςόμυ συναθροισθεῖσα παράνομος σύνοδος, ἐν ᾗ ὑπῆρχον κατάρχοντες Θεόφιλος ὁ Ἀλεξανδρείας *&c*. In Jure Græco Romano apud Freherum Tom. I. a pag. 554. ad pag. 560. ejusdem Pseudosynodi Acta subjunguntur post Constantini Harmenopuli historiam

riam Sectarum, sub eodem titulo. ἡ κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου συναθροισθεῖσα παράνομος σύνοδος. *Concilium nefarium, quod adversus Sanctum Patrem nostrum Johannem Chrysostomum coactum fuit*. Incipiunt. ἐν ταύτῃ ὑπῆρχον κατάρχοντες, Θεόφιλος ὁ Ἀλεξανδρείας, Ἀκάκιος ὁ Βερροίας &c. *Erant auctores & præsides hujusce Concilii, Theophilus Episcopus Alexandriæ, Acacius Berrhœæ &c.* Desumpta sunt ex Photii Bibliotheca; desinunt autem in hæc verba. *Deinde Constantinopoli* (1) *datæ fuere, velut a Concilio, de remotione viri Sancti ab officio, atque ipsis etiam Imperatoribus oblatæ. Quum autem vivendi finem vir Sanctus fecisset, necdum ad exilii locum delatus: edoctus de his Papa Romanus per Sacerdotem quemdam ac Diaconum ex eorum numero, qui ad extremum usque spiritum viro sancto inservierant; hæc ad Arcadium Augustum de Chrysostomi exilio perscripsit.* Ἰννοκεντίου πάπα Ῥώμης ἐπιστολὴ πρὸς Ἀρκάδιον τὸν βασιλέα. *Innocentii Papæ Romani ad Arcadium Augustum Epistola.* φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ μου Ἰωάννου βοᾷ πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ σοῦ, βασιλεῦ. Vox Sanguinis fratris mei Johannis, Imperator, ad Deum contra te clamat &c. pag. 557. „ Hujusmodi quidem a Papa perscripta fuerunt. Honorius „ autem, Arcadii frater, Romæ administrans imperium, „ has literas dedit. Ὀνωρίου τοῦ βασιλέως ἐπιστολὴ πρὸς Ἀρκάδιον τὸν ἀδελφόν. Honorii Augusti ad Arcadium fratrem „ Epistola. οὐκ οἶδα ποία ἀνταρτικὴ καὶ δαιμονιώδης ἐνέργεια „ παρέπεισέ σε, ἀδελφὲ, γυναικὶ καταπιστεῦσαι σαυτόν. Haud „ scio, quænam perduellis ac diabolica potestas tibi suaserit, frater, ut mulieri te committeres. &c. p. 558. „ Acceptis hisce Literis Arcadius in moerorem animi, & „ ineffabilem afflictionem & magnam trepidationem incidit. Ac primum quidem inquiri per urbem præcepit, an adhuc in ea quidam ex iis degerent, qui machinationes adversus illum beatum hominem instituerant. Quumque Menam reperisset, ac Theotecnum, & „ Ischy-

(1) In Græco textu, ἐκ κωνσταντινουπόλει. Legendum tamen, εἰς κωνσταντινούπολιν. Constantinopolim sic enim habet Photius, *ad clerum Constantinopolitanum*.

„ Iſchyrionem, Theophili fratris filios, ſed etiam Aca-
„ cium Berhoeæ, ac Severianum Gabalorum Epiſcopos,
„ cum omni contumelia, & infamia publicam in cuſto-
„ diam concludi præcepit; dum ipſe, quid eis facien-
„ dum eſſet, deliberaſſet. Epiſcopos inde, qui Vicarios
„ Eccleſiæ Romanæ male tractaverant, perquirit. Quum-
„ que cognoviſſet, eos per Marinum, Eudoxiæ Augu-
„ ſtæ hominem, ac filios ejus vexatos fuiſſe, gladio con-
„ feſtim eos interfici juſſit: adeoque cognatos & fami-
„ liares Eudoxiæ, qui vel auctores, vel adjutores in hoc
„ facinore perpetrando deprehenſi fuiſſent, in dignitate
„ quidem conſtitutos, ſuis officiis exui & facultatibus
„ ſpoliari; cæteros autem verberibus ac tormentis & car-
„ ceribus puniri. Uxorem Eudoxiam in quodam Palatii
„ cubiculo ſic collocatam, ut omnino adiri non poſſet,
„ a nemine prorſus conſpici debere, præter quam a ſuis
„ ancillis, præcepit. Nimia vero afflictione ac pudore
„ perculſa miſera, in grave ſanguinis profluvium inci-
„ dit. Quibus omnibus peractis, Arcadius tum Honorio
„ fratri, Romæ veteris Imperatori, tum Innocentio Pa-
„ pæ reſcribit, ſupplicem ſemet exhibens ac purgans,
„ quod nihil eorum ſciviſſet, quæ fuiſſent in Vicarios
„ deſignata. Literæ in hanc ſententiam fuere perſcriptæ.
„ *Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως ἐπιστολή. ὅλως οὐδὲν, ἀρχιερεῦ τοῦ θεοῦ,*
„ *οὔτε τῶν εἰς τοὺς πρέσβεις τετολμημένων διέγνωκα.* Arcadii
„ Auguſti Epiſtola. Nihil omnino, Dei Pontifex, eorum
„ mihi notum fuit, quæ in Legatos admiſſa fuerunt: id-
„ que manifeſtum ex eo eſt, quod auctores facinoris non
„ negligenter ultus ſum. &c. *Pergit Harmenopulus p. 559.*
„ Ejuſdem ſententiæ literas etiam ad Honorium fratrem
„ ſcripſit, obſecrans, ut ipſorum nomine Papam roga-
„ ret, quo ipſis ignoſceret. Quapropter illi acceptis hiſ-
„ ce literis Arcadii, ejus humilitate non parum recrea-
„ ti & compuncti, ad Proclum ſcribunt, reverendiſſi-
„ mum id temporis Epiſcopum Cyzici, qui tunc Conſtan-
„ tinopolim adpulerat, ut a ſegregatione abſolveret Au-
„ guſtos, & ſacra ipſis myſteria impertiret, atque etiam
„ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ tantiſper præeſſet, donec

„ Atti-

„ Attici causa esset examinata. Rescribit Arcadio Papa, „ pœnitentiam ejus adprobans, & delictorum emendatio- „ nem: simul hortatur, ut Johannis nomen tabulis sa- „ cris juberet inscribi, tamquam digni Patris, cujus fa- „ ma celebraretur: Theophilum vero Thessalonicam ad „ cogendam isthic Synodum, eorum examinandorum „ causa, quæ contra Leges admisisset, absque dilatione „ venire compelleret vel invitum. Nam se quoque ven- „ turum eo dicebat Papa, si quidem id Dominus fieri per- „ mitteret. Iis mandatis acceptis, Imperator enixe dedit „ operam, ne qua in re Papæ literis expressa negligens „ esset. Quum igitur e vestigio tamquam leo contra „ Theophilum rugitum dedisset, rigidis ac gravibus edi- „ ctis eum in Synodo, quæ contra ipsius actiones Thes- „ salonicæ cogeretur, comparere jussit. Ajunt autem il- „ lum quasi vertigine quadam & trepidatione correptum, „ ad Isidorum & quos antea persequutus fuerat Monachos „ misisse, rogantem, uti pro se orarent. Eos vero res- „ pondisse, ne trepidaret, neve pusillo propter Impera- „ toris minas esset animo: adeoque de judicio & pœna, „ quæ ipsi ab hominibus immineret, parum sollicitus es- „ set; quia post pauxillum temporis futurum sit, ut In- „ nocentius moriatur, & Synodus adversus ipsum coacta „ dissolvatur. Immo ipsemet, aiebant, paulo post vi- „ vendi finem faciens, ibi pœnas eorum quæ hic admi- „ sisti, lues. Hæc omnia sic evenerunt, ut ab eis præ- „ dicta fuerant. Statim namque mortuo Innocentio, dis- „ solutum Concilium fuit, & Arcadius Augustus e vivis „ excessit, & Theophilus diem obiit, lethargico morbo „ correptus. Omnes etiam qui depositionem viri Sancti „ & exilium adprobaverant, quum alii aliter ira quadam „ divina & variis adflictionibus torquerentur, tandem „ morte violenta vitam reliquerunt. Quo autem die sol „ ille fidelium relegatus ab ipsis occidit, ignis divinus „ ex medio throno, in quo sedens doctrinis sacris audi- „ tores inflammare solebat, nequaquam humanitus accen- „ sus, quum in altum per catenas, anguis in morem, „ serpsisset, in dorso fuit excussus, & domus Episcopa-

„ lis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

„ lis materiem absumpsit : Inde quum subsolanus vehe-
„ menter adflasset, atque ignem ab Ecclesia in domum
„ Augustam senatus, quæ meridiem versus est sita, de-
„ tulisset, prorsus eam destruxit. Itaque tribus horis
„ diei, structura multorum annorum operis absoluta, &
„ ineffabile decus interiit „. Hucusque Harmenopulus, vel quisquis alius Græcus recentior ex vita Chrysostomi per Georgium Alexandrinum scripta: quæ tamen, utpote fabulosa, a Savilio in *Admonitione de scriptoribus rerum Chrysostomi, & præsertim Georgio, cæterisque βιογράφοις recentioribus caute legendis*, apud Caveum Tom. 1. Hist. Liter. edit. Basileæ 1741. pag. 340. refelluutur in hæc verba. *Confidenter dico, totum hoc negotium parum recte temporibus divisum, atque adeo plane ἀσύςατον esse.* Et quæ sequuntur : ubi ostendit ad harum Epistolarum fidem elevandam, quod Græce tantum scriptæ videantur, & certe character ipse Græculum aliquem semidoctum non obscure sapit : & quod non alios habeant assertores, quam recentiores, neque eos omnes (nam apud Photium, Leonem Sapientem, Zonaram, Metaphrastem, altum de iis silentium:) neque eodem apud eos modo, sed in magna varietate & inconstantia : nam alio modo habent Georgius Alexandrinus, Glycas, & Nicephorus; alio Anonymus, & Jus Græco-Romanum, ut ex comparatione manifestum fit : apud veteres autem, quibus res esse debuit notissima, Palladium, Sozomenum, cæterosque nullum est istarum literarum vestigium, nulla umbra. Quid? quod Eudoxia triennio ante mortem Chrysostomi decessit, quod omnes veteres ante Georgium historici uno consensu affirmant : Theophilus quoque Alexandrinus mortuus est, teste Socrate lib. 7. cap. 7. Coss. Honorio IX. & Theodoro V. hoc est, anno Domini 412. die 25. Octobris; Innocentius vero Papa nonnisi anno Chr. 416. vel 415. Arcadius autem Augustus (eodem Socrate scribente lib. 7. cap. 1.) Coss. Philippo & Basso, hoc est, anno Chr. 408., mensibus aliquot post mortem Chrysostomi : falsa proinde ea narratio de cogenda Synodo Thessalonicæ, cui interesse

Theo-

Theophilum tanta ſeveritate & rigore edixiſſe dicitur Arcadius (antequam diem obiit) data apud Georgium Epiſtola, cujus initium, πάντα τὰ κλίματα τῆς οἰκουμένης ἐτάραξας. Ac proinde qui plura & certiora de vita atque obitu Chryſoſtomi ſcire velit, adeat doctiſſimos Maurinos Patres, qui in præclara operum ſanctiſſimi Doctoris editione, Tomo XIII. Græco-Latinum Palladii Dialogum præmittentes, accuratam ejuſdem Chryſoſtomi *vitam* adornarunt, *multis auctam antea ignotis*, *quæ* ex XII. *Homiliis Conſtantinopolitanis nuper* (ut ajunt) *repertis*, *excepta ſunt*. Dicere debuerant, (ſi verum fateri voluiſſent,) eas Homilias e præſtantiſſimo Vaticano Codice exſcriptas, ſibique a me tranſmiſſas: Is enim Codex ſignatus num. IX. (Homilias continens XXX. quarum non XII. ſed XV. ante ineditæ fuerant,) unacum aliis Codicibus Græcis XIV. ab Athonitis Monachis mihi dono datus, & a me ad pedes Sanctiſſimi Pontificis Benedicti XIII. provoluto oblatus, in Vaticanam Bibliothecam inlatus fuit: quumque reſciviſſem, operum Chryſoſtomi editionem a Patribus Maurinis adornari, eorundem Procuratorem Romæ degentem monui, ut eas deſcribendas & Pariſios tranſmittendas curaret: quod & præſtitit: Catalogum vero eorumdem XV. Codicum ad calcem Tomi IV. Bibliothecæ meæ Orientalis a pag. 952. anno Chriſti 1728. typis impreſſæ exhibui. Eſt autem Codex ille in tota Europa unicus. Maurini igitur Patres ad calcem vitæ S. Chryſoſtomi a ſe Tomo XIII. editæ p. 177. obitum ejuſdem ſic deſcribunt. *Obiit autem* 14. *Septembris*, *Honorio VII. & Theodoſio iterum Conſulibus* (hoc eſt anno Chr. 407.) *Tanta autem in ſepultura ejus multitudo Virginum*, *Monachorum*, *& aliorum ſanctitate fulgentium*, *adfuit e Syria*, *Cilicia*, *Ponto*, *atque Armenia*, *ut plerique putarent*, *quaſi dato ſigno eos adveniſſe*. *Cum celebritate autem*, *ut victor athleta*, *unacum Baſiliſco in eodem Martyrio ſepultus eſt*: *Adverſarii autem ejus*, *qui illum tam dire vexaverant*, *variis modis ultionem divinam ſunt experti*, *ut pluribus narrat Palladius pag.* 157. 158. *Arcadius vero princeps iners*, *qui facile*

cile pravis dolosisque consiliis circumveniri poterat; post elapsos septem cum dimidio menses ab obitu Chrysostomi, mortuus est; quidam vero ob illatas Chrysostomo calamitates ex Dei vindicta quadragenarium sublatum fuisse putarunt. Memoria S. Joannis Chrysostomi paulo post obitum ejus per totum Orbem restituta fuit. Corpus autem ejus Constantinopolim cum ingenti celebritate relatum fuit anno 438. *Theodosius vero junior Imperator* (inquit Theodoretus lib. 5. cap. 36.) *oculos & frontem loculo admovens, pro parentibus suis supplicavit, petens, ut iis qui per imprudentiam peccassent, veniam concederet.*

Mirari subit, Trullanos Patres, Canone Secundo, inter Canonicas Patrum Epistolas, quas se admittere profitentur, nullam facere S. Joannis Chrysostomi mentionem, quum ex illius scriptis plurima potuerint ad Canones spectantia produci. Meminere tamen Sancti Doctoris Canone XXXII. ubi Armeniorum errorem, solo vino in conficienda Eucharistia utentium, redarguunt, in hæc verba. „ Quoniam ad nostram cognitionem pervenit, quod in Armeniorum regione vinum tantum in sacra mensa offerunt, aquam illi non miscentes, qui incruentum sacrificium peragunt, adducentes Ecclesiæ Doctorem Joannem Chrysostomum hæc dicentem in interpretatione Evangelii secundum Matthæum. Quamobrem non Aquam bibit, quum surrexit, sed Vinum? Improbam sane hæresim radicitus exstirpans, Quoniam enim nonnulli Aqua in mysteriis usi sunt, ostendens quod & quando mysteria tradidit, & quando, postquam resurrexisset, absque mysteriis solam ac nudam mensam apposuit, usus est vino, ex genimine, inquit, vitis; vitis autem vinum, non aquam generat: & ex eo Aquæ in sacrificio adjunctione Doctorem subvertere existimant. Ut non ab hoc tempore in posterum ignorantia teneantur, Patris sententiam orthodoxe aperimus. Quum enim improba Hydroparastatarum, hoc est, eorum, qui Aquam offerebant, antiqua esset hæresis, qui pro vino sola aqua in proprio sacrificio usi sunt, refellens hic vir divinus detestabilem

„ ejusmodi hæresis doctrinam, & ostendens, quod directe Apostolicæ traditioni adversatur, id quod jam dictum est, affirmavit. Nam & suæ Ecclesiæ, ubi est illi Pastoralis administratio tradita, Aquam Vino miscendam tradidit, quando incruentum peragi sacrificium oportet, ex Christi nostri Redemptoris latere ex sanguine & aqua contemperationem ostendens, quæ in totius Mundi vivificationem effusa est, & peccatorum redemptionem; & in omni vero Ecclesia, ubi spiritualia lumina refulserunt, hic ordo divinus traditus servatur. Nam & Jacobus Christi Domini nostri secundum carnem frater, cui Hierosolymitanæ Ecclesiæ thronus primum est creditus, & Basilius Cæsareensium Ecclesiæ Archiepiscopus, cujus gloria omnem terrarum orbem pervasit, mystico nobis in scriptis tradito sacrificio, ita consecrandum in divina Missa ex Aqua & Vino sacrum Calicem ediderunt. Et qui Carthagine convenerunt, Sancti Patres, his verbis aperte & præcise mentionem fecere, ut in Sanctis nihil plus, quam Corpus & Sanguis Domini offeratur, ut ipse Dominus tradidit, hoc est, Panis, & Vinum Aqua mistum. Siquis ergo Episcopus, vel Presbyter non secundum traditum ab Apostolis ordinem facit, & Aquam Vino miscens, sic immaculatum offert Sacrificium, deponatur, ut imperfecte mysterium enuncians, & quæ tradita sunt, innovans „. Hucusque Canon Trullanus. Ad eam praxim Armenios impulit contraria Hydroparastatarum seu Aquariorum hæresis, cujus meminere Sanctus Irenæus, Cyprianus, Philastrius, Augustinus, Joanes Chrysostomus, Epiphanius, quam & Marcioni adscribunt: *Aqua hic in mysterio utitur*. Eandem hæresim sequutus est & Tatianus: *Mysteriis usus est ad imitationem Ecclesiæ, verum Aqua sola usus est in eisdem mysteriis*. Hoc ipsum Encratitis attribuit Sanctus Epiphanius: *Utuntur & ipsi mysteriis per Aquam. Vino omnino non utuntur, diabolicum esse dicentes, & bibentes ac utentes esse iniquos & peccatores*. Ex eo fonte & Manichæi blasphemant, Vinum esse fel Principis

tenebrarum ; ideoque Sancti Leonis Papæ tempore, licet cum orthodoxis sanctum Eucharistiæ panem dolose sumerent, sacrum tamen Calicem, utpote vino & aqua mistum, penitus aversabantur. Ex his demum magistris etiam Mahometes suis sequacibus Vinum interdixit. At vero S. Jo: Chrysostomus erroris duces statuit Ebionitas, de quibus & S. Irenæus : *Nolunt cœlestis Vini permistionem, sed sola illum recolunt Aqua.*

Aliam Aquariorum speciem ex S. Cypriano epist.63. ad Cæcilium refert Christianus Lupus in notis ad Can.32. Trullanum. *Omnis religionis & veritatis disciplina subvertitur, nisi id, quod spiritualiter præcipitur, fideliter reservetur. Nisi in sacrificiis matutinis hoc quis veretur, ne per saporem vini redoleat Sanguinem Christi. Sic ergo incipit & a passione Christi in persecutionibus fraternitas retardari, dum in oblationibus discit de Sanguine ejus & cruore confundi.* Gentilium Frumentarii, nostrorum mysteriorum non prorsus ignari, Christianos ex matutino vini odore venabantur, omnemque illud mane redolentem, tamquam de secta gravissime suspectum, trudebant in custodiam. Quod periculum a plebe sua aversuri quidam Episcopi, mane semper in sola Aqua, dumtaxat autem Vesperi offerebant in Aqua & Vino. Erroris causa fuit Episcoporum simplicitas, de qua idem Cyprianus. *Viderit, si quis de Antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non hoc observavit, vel tenuit, quod nos Dominus facere exemplo suo & magisterio docuit; potest simplicitati ejus de indulgentia Domini venia concedi, nobis vero non poterit ignosci, qui nunc a Domino admoniti & instructi sumus, ut Calicem Domini cum vino mixtum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus - Et de hoc quoque ad Collegas nostros literas dirigamus, ut ubique lex Evangelica & traditio Dominica servetur, & ab eo, quod Christus & docuit, & fecit, non recedatur.* Unicus ejus in ista Epistola scopus est, auctoritate sua Primatiali extinguere istum errorem. Hactenus Lupus :

Armenii, dum Aquariorum errorem vitant, in contra-

trarium incidunt, solum Vinum in Domini Calice offerentes. Causam erroris mox proferam. Lutherani quoque Armenorum disciplinam amplexi, Vinum purum offerunt, sugillantque Sanctam Romanam Ecclesiam, quæ illud Aqua temperat. Lutherus in primo scripto, quod adversus Henricum VIII. Anglorum Regem anno 1522. exaravit. *Meo sensu* (inquit) *melius & tutius foret Aquam non miscere Vino, quum sit merum figmentum humanum*. Idem apud Bellarminum in formula Missæ pro Ecclesia Witembergensi anno 1523. conscripta sic loquitur: *Nondum constitui mecum, miscenda ne esset Aqua Vino: quamquam huc inclino, ut merum Vinum paretur absque Aquæ mixtura*. Calvinistæ Lutheranis adhærent: mero scilicet Vino in Cœna utentes. Contendunt quippe mixtionem Calicis sola humana traditione niti, indeque concludunt, Evangelicæ puritati eam penitus adversari. Mirum proinde non est, quod Calvinus nec in suis Institutionibus, nec in Catechismo, nec in Formula, ad quam vult, ut Sacramenta dispensentur, mixtionis hujuscemodi non meminerit. Sed relinquamus hosce Novatores, qui quum vero Sacerdotio careant, vero Vino ad ebrietatem usque utantur, licet. Ad Armenios revertor.

Erroris eorum originem exponit Gregorius Sisensis Patriarcha in literis ad Haytonem ex Armenorum Rege Monachum, patrem Leonis Regis, apud Galanum Tom. I. Conciliationis Ecclesiæ Armenæ cum Romana pag.442. *Interroga* (inquit) *Cœnobitas istos, tuos confratres, quidnam referant Libri, quos & ipsi in futuro Concilio ostendemus; aut quid narret Albanensis Historicus: Id plane, quod universo notum est Orienti: Decem nimirum Episcopos in Tevinensi Conciliabulo permutasse totam pene Legem, quæ a Divo usque Gregorio* (Armeniorum Apostolo ac primo Episcopo) *in nobis inviolata perstiterat*. Ejusdem Conciliabuli meminit antiqua Armeniorum Historia apud eund. Galanum Tom. I. cap 10. p.85. *Dominus Nierses Patriarcha Pacrievantanus, ex oppido Ascdarachensi, jussu Regis Persarum, ut Armenos separaret*

raret a Græcis, *Synodum coëgit in Civitate Tevin*, *cujus suffragio decrevit errores varios*: Synodum nempe Chalcedonensem ac duas in Christo Domino naturas rejiciendas: addendum Trisagio hymno, *Qui crucifixus es pro nobis*: mutandum Ritum Dominicarum festivitatum: Sacrosancto Sacrificio detrahendam Aquam: atque ita unico Vini elemento unicam in Domino naturam deinceps profitendam, uti testatur Nicephorus Callistus lib. 18. cap. 5. Aliam erroris causam dant in literis jam laudatis Gregorius Sisensis, & Synodus Adanensis per Constantinum Patriarcham celebrata sub Oscino Rege anno Domini 1308. *Dicebant*, *nefas esse Aquam in Calicem injicere*, *quod Aqua corruptibilis sit*; *in Christo autem nulla fuerit corruptio*. Et quod Dominus neque in Cœna, neque post Resurrectionem, cum Discipulis bibens *Vinum novum in Regno Patris sui*, fuerit Aqua usus: quod e quatuor Evangelistis nullus faciat ejus mentionem: quod Sanctus Joannes Chrysostomus non solum Aquariorum errorem damnet, sed omnino omnem in Sacrificio Aquam. Aquam vero e Domini latere fluxisse dicebant, non ad potum, sed ad solum lavacrum. Duravit hic error usque ad Heraclium Augustum, cujus jussu in Charnensi Synodo Jeser Necainus Patriarcha damnavit Tevinense Conciliabulum, restituit Synodum Chalcedonensem, & usum Aquæ in Sacrificio: uti testantur antiqua Historia, Gregorius Sisensis, Tarsensis Armeniorum Synodus, ac in oratione ibidem habita Niersses Lampronensis. Verum circa Sextæ Synodi tempora Joannes Ozniensis Patriarcha antiquos errores restituit, de quo eadem antiqua Historia apud Galanum cap. 17. pag.201. *Hic jussu Homaris Saracenorum Ducis*, *&* *auxilio Chaliphæ Babylonis*, *Synodum congregavit in urbe Manaschierti in confinibus Hyrcaniæ Provinciæ*, *ubi convenientibus cum Armenis sex Assyriis Episcopis*, *definita fuit una in Christo natura*, *una voluntas*, *una operatio*: *Canoneque statutum est*, *non esse amplius in Sacrificiis Vino Aquam miscendam*. Atque hunc erraticum Canonem præsens Trullana Synodus merito damnat.

Ne-

Notandum tamen, eos toto cœlo errare, qui errorem Armenorum, in Calice Vinum sine Aqua offerentium, ad Syros Jacobitas traducunt; eosdemque Armenos, nomine Jacobitarum appellant. Lupus in Notis ad Can. 32. Trullanum: *Quomodo Ebionitæ sola Aqua humanam, ita Armeni Jacobitæ solo vino divinam in Domino naturam duxere profitendam*. Et paulo superius. *Nierses Patriarcha in Conciliabulo Thevinensi decrevit errores varios seductus a Jacobo Syro, Eutychianæ blasphemiæ propugnatore: Synodum Chalcedonensem ac duas in Domino naturas anathematizandas: addendum sacro Trisagio: mutandum ritum Dominicarum festivitatum: sacrosanctò Sacrificio detrahendam Aquam, atque ita unico elemento unicam in Domino naturam deinceps profitendam*. Et infra. *Joannes Ozniensis congregavit Synodum in urbe Manaschierti cum Assyriis sex Episcopis, Canoneque statuit, non esse amplius in sacrificiis Vino Aquam miscendam*. Non Jacobus Syrus, neque Syri, neque Ægyptii Jacobitæ, cum Armenis hæreticis ulla alia in re convenerunt, aut conveniunt, præterquam in profitenda unica in Christo natura, unica voluntate, unica operatione, & in rejicienda Synodo Chalcedonensi. Cæterum tam Syri quam Ægyptii Armenos damnant plurimorum errorum, in quibus præcipui sunt, quod Armeni Aquam Vino non miscent, & quod Pane Azymo utuntur. Dionysius Barsalibæus, Amidæ Episcopus, Syrus Jacobita, in expositione Liturgiæ cap. 6. agit *de Vino Aqua misto: & de Pane Fermentata*, non Azymo: ejus verba sunt Tom. 2. Bibliot. Orient. pag. 182. *Quare in Pane Fermentato consecramus, non in Azymo, ut insipientes Armeni faciunt? Respondemus, quia nomen Panis ex Fermento, seu Vita deducitur; nomen vero Azymi, ex morte, seu ex farina & aqua dumtaxat. Et quotiescumque Scriptura de Pane loquitur, Fermentatum, non Azymum significat*. Argumentum plane ridiculum, ut loc. cit. demonstravi. At, quoad Armenos, verissimum: ipsi enim Azymum Panem offerunt, ubi Syri & Ægyptii Fermentatum adhibent. Renaudotius in Historia Patriarcharum Ale-

Alexandrinorum loquens de Cyrillo Patriarcha LXVII. pag. 461. *Eo die* (inquit auctor Historiæ Patriarcharum Ægyptiorum seu Coptorum) *fama apud omnes percrebuit, de consensu Coptitarum, Armenorum, Syrianorum, Æthiopum, & Nubarum, circa fidem Orthodoxam* (imo hæreticam) *quam communi sententia tenuerant Veteres Sancti* (impii) *patres, quamque Nestorius, Leo, Conciliumque Chalcedonense perverterant*. Ita hæreticus historicus de consensione earum gentium quoad unam in Christo naturam, voluntatem & operationem, contra Synodi Chalcedonensis & Sexti definitionem, non tamen quoad alios articulos, in quibus & Syri, & Ægyptii Armenos reprehendunt: nam pergit ibidem Renaudotius: „ Sicut „ Græci etiam in illis ex illa gente Christianis, qui levius errabant, nec hæresibus Dioscorianorum Severianorumque tenebantur, multa damnabant, ut ex Nicone, Euthymio, aliisque manifestum est; ita quoque „ Jacobitæ in iis, qui suæ communionis esse dicebantur, non pauca reprehendebant. Ea autem emendata „ non fuisse ab Armenis posterioribus, certissime demonstratur ex variis erroribus, quos in illorum secta „ notat Abulbircat duobus locis; præsertim referens verba Petri Melichæ Episcopi, qui septemdecim capita „ disciplinæ in illis condemnat. Ita quoque Tractatus „ Anonymus Syriacus adversus eos multis disputat, tum „ quod Pane Fermentato (*lege, Azymo*) utantur ad sacrificium; tum quod Vino Aquam non admiscent „. Idem Ranaudotius in Gabriele Patriarcha LXX. pag. 508. de Gregorio Armenorum Ægypti Episcopo loquens: „ „ Cur Armeni (*inquit*) Ecclesias proprias *in Ægypto* „ peterent, duplex ratio fuit. Prima, quod lingua patria Liturgiam, omniaque sacra officia celebrarent, „ ut qui erant in Ægypto Syriani, hoc est, Syri Jacobitæ, quorum Ecclesias & Monasteria non pauca „ commemorantur, & in hujus historiæ serie, & apud „ Macrizium; tum eum, quem maxime sequutus est „ Chanechium, qui singularem de Ægypti Monasteriis „ tractatum scripserat, & Abuselah Armenum, qui mul-
„ ta

„ ta quoque ex eo in opus suum transtulit. Altera ra-
„ tio erat, quod ritus Armenorum diversi admodum a
„ Coptiticis forent, non modo secundum Cæremonias,
„ & quam Græci vocant ἀκολȣθίαν, quæ per se indiffe-
„ rens est; verum in duobus capitibus, quæ Coptitæ
„ inter gravissimos errores numerabant, Azymorum u-
„ su, & Vini meri nulla Aqua commisti consecratione.
„ Hæc in Armenis etiam Jacobitas Coptitas probavis-
„ se, ne levi quidem indicio existimari potest: dam-
„ navisse, probant testimonia Petri Melichæ Episcopi,
„ Ebnassali, Abulbircat, & eorum, qui illa inter Arme-
„ norum errores numerant „. Hæc obiter de Armenorum errore. Ad S. Joannem Chrysostomum redeo.

In Jure Græco Romano Lib. 3. pag. 186. *Inter Sententias Synodales, & Sanctiones Pontificias Archiepiscoporum & Patriarcharum Constantinopolis*, primum locum occupat *Johannis Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolis, de Emendatione seu correctione delinquentium*. Ἰωάννȣ Ἀρχιεπισκόπȣ κωνςαντινȣπόλεως τȣ̃ χρυσοςόμȣ, περὶ ἐπιτιμίας τῶν ἁμαρτανόντων. Initium. ȣ̉χ ἁπλῶς πρὸς τὸ τῶν ἁμαρτημάτων μέτρον δεῖ τὴν ἐπιτιμίαν ἐπάγειν, ἀλλὰ τῆς τῶν ἁμαρτανόντων σχολάζεσθαι προαιρέσεως. *Non simpliciter pro delictorum modo Correctio facienda est, sed delinquentium simul spectandus est animus, ne quum vis rupturam sarcire, deteriorem eam facias, & quum erigere prostratum studes, graviorem casum efficias. Imbecilles enim, & dissoluti, quique magis mundi deliciis dediti sunt, præterea etiam qui generis nobilitate & potentia gloriari possunt, si quidem paulatim in eorum delicta censura adhibeatur, possunt, si non perfecte, saltem ex parte, a malis liberari, quibus detenti sunt: quod si quis nimia disciplinæ severitate utatur, minore etiam eos disciplina & emendatione privabit. &c.*

Theodorus Balsamon, Antiochenus Græcorum Patriarcha, dum sacros exponit Canones, hæc ex S. Johanne Chrysostomo in Præfatione expositionis Synodi Gangrensis profert, de Eustathianis hæreticis loquens, in quos ea Synodus anathema vibrat „ Adversus eos ergo
„ San-

„ Sancti Patres congregati hic subjectos Canones exposuerunt: & ideo unicuique Canoni anathema adjecerunt ad subversionem hæresis, docentes sic oportere Eustathianos ad Ecclesiam accedentes, unamquamque suam opinionem anathematizare. Ac præsens quidem Synodus, occasione malorum, quæ fiebant ab Eustathio, adversus ea, quæ recte decreta sunt ab universali Ecclesia, statuit, ut ii anathematizentur qui sunt ejusdem cum illo sententiæ. Sancta autem Chalcedonensis Synodus, in II. & VII. Canone, statuit, laicos anathematizandos, qui, ut aliqui pecuniis ordinentur, intercedunt. Similiter Monachos & Clericos, qui militant, & non agunt pœnitentiam. Lingua autem aureus [*Chrysostomus*] orbis terrarum doctor, præcipiens ne homo fidelis anathematizetur, hæc dicit expresse; Quid autem aliud est hoc quod dicis Anathema, quam quod, Diabolo hic dedicetur, & nullum salutis locum habeat? sit a Christo alienus? & quis es tu? Hæc sunt auctoritatis & magnæ potentiæ. Tunc enim collocabit & statuet Dominus oves a dextris, hœdos vero a sinistris. Cur hanc ergo dignitatem arripuisti? *Et paulo post*. Apostolus quidem certe in duobus tantum locis necessario hanc vocem dixisse videtur; sed non eam definitivo modo protulit, ut qui in Epistola ad Corinthios dicat: Siquis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema. Et, siquis vobis evangelizet aliud, quam accepistis, sit anathema. Quid ergo? quæ nullus eorum, qui potestatem acceperunt, fecit, nisi solus qui accepit; tu ea facere audes adversus Domini præceptum, & tu Imperatoris judicium anticipas? Anathema enim a Christo penitus excindit. Doce ergo in lenitate; *& quæ sequuntur*. „ Hactenus Chrysostomus. *subdit Balsamon*, „ Propterea ergo, ut est verisimile, exolevit etiam Synodalis decisio facta sub Imperatore Domino Constantino Porphyrogenito, & tempore Patriarchæ Domini Alexii, de anathematizandis defectoribus & multariis, & qui adversus Imperatorem arma excitant, & tyranni-

„ nidem moliuntur. Si autem quæ a magno Patre & Do-
„ ctore nostro Chrysostomo scripta sunt, debent esse su-
„ periora iis, quæ a Chalcedonensi Synodo & Gangrensi
„ definita sunt; quid dicent, qui horum habent compo-
„ nendorum & ordinandorum potestatem? Hæc autem
„ decisio, vel potius ejus effectus, situs est in tertio Ca-
„ none præsentis Synodi. „ Atqui Canon tertius Synodi Gangrensis sic habet. *Siquis docet servum, pietatis prætextu, dominum contemnere, & a ministerio recedere, & non cum benevolentia, & omni honore, domino suo servire, sit anathema.* Balsamonis autem in eundem Canonem hæc est interpretatio. „ Et Canon quidem eos
„ sic punit, qui servis suggerunt, non esse parendum
„ dominis, etiamsi hoc fiat prætextu religionis. Quæ
„ autem mense Julio, nona Indictione, anno 6534.
„ (*Christi* 1026.) ab Imperatore Domino Constantino
„ Porphyrogenito (*Romani filio, Constantini Porphyro-*
„ *geniti nepote*) facta est Novella, sanctissimo quoque
„ Patriarcha Domino Alexio & Synodo assentiente, quæ
„ decisionis locum obtinet, ut quæ ab Imperatore & Sy-
„ nodo descripta est, & quæ decernit, eos anathema-
„ tizari, qui defectionem ab Imperatore moliuntur, vel
„ tyrannidem invadere, & ea ratione subjectos adver-
„ sus eorum magistratus incitant, & ad insurgendum
„ provocant, inter alia hoc quoque circa finem expres-
„ se definit. *Iis, qui ab hoc deinceps tempore insidias*
„ *sunt machinaturi, vel tumultum excitaturi, anathe-*
„ *ma. Eis, qui ipsis opem ferunt, & in defectione sunt*
„ *socii, anathema. Iis, qui consulunt, vel ad hujusmo-*
„ *di incitant, anathema. Iis, qui ipsos ad pœnitentiam*
„ *suscipiunt, quum defectionis pœnitentiam non agant,*
„ *nec eam relinquant, anathema.* Refertur hæc Synodica adversus defectionum & tumultuum auctores definitio in Jure Græco-Romano lib. 2. pag. 118. quam definitionem quum *Harmenopulus* in Epitome Juris civilis exposuisset probassetque, eam *Philotheus Patriarcha* [qui ab anno 1354. Sedem Byzantinam tenuit] testimonio Balsamonis usus, exolevisse scribit in eodem Jure Græ-

co-Romano Lib. 4. pag. 288. hoc præfixo titulo: Τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κυρίου Φιλοθέου, ἀνατροπὴ τῶν γεγραμμένων παρὰ τῷ Ἁρμενοπούλῳ ἀναθεματισμῶν. *Sanctissimi Patriarchæ Domini Philothei, Refutatio scriptarum apud Harmenopulum exsecrationum*. Sic enim Philotheus Harmenopulum alloquitur. „ Quum peritus sis hujusmodi „ rerum, Venerabilis Nomophylax & Judex generalis „ Harmenopule, cur non hoc quoque scriptis adjecisti, „ quod videlicet propter aureas & sanctas leges illius „ magni luminis Ecclesiæ Joannis, ab aurea lingua di„ cti Chrysostomi, quibus prohibentur anathemati sub„ jici Christiani, quamdiu rectæ de Deo sententiæ ad„ hærent, esse desierint in usu illi Tomi, qui defe„ ctionum auctores, & Imperatoribus perduelles, ana„ themati devovent? Hoc enim tradit eruditus ille „ Nomophylax, & consimilium tuis studiorum particeps „ Balsamon, tam in Legibus, quam Canonibus maxi„ mam adeptus scientiam atque doctrinam, qui & ma„ gnæ illius Antiochiæ Patriarcha tandem designatus „ fuit: id quod ne te quidem ignorare dixerim, virum „ doctum, & hujusmodi rerum in primis studiosum. „ Aut igitur, & illa tibi adscribenda erant iis, quæ „ de hisce tomis abs te dicta sunt, aut hæc pulcherri„ mis & accuratis illis scriptis tuis nequaquam inferen„ da „. Pergit verba Balsamonis Chrysostomum laudantis [ut supra] proferre: mox addit: „ Et hæc quidem Pa„ triarchæ Balsamonis verba sunt. Ostendit autem per „ ea, quæ dicit, primum quidem ab illo tempore, vel „ potius etiam ante suam ætatem esse in usu desiisse „ prædictum illum Tomum, sub Porphyrogenito, & „ Alexio Patriarcha factum. Dicit enim: *Desiit esse in* „ *usu*. Eo vero, ceu fulcro vel fundamento quodam „ subruto, etiam alii duo Tomi postea facti, tum Do„ mini Manuelis Comneni, tum Palæologi tempore, ne„ cessario cum eis corruunt. Deinde præter hoc, etiam „ illud innuit, quod videlicet ne illarum quidem Syno„ dorum Anathematismi valeant, licet magnis & neces„ sariis quibusdam in negotiis promulgati sint; Siqui-

„ dem

„ dem communi Patri Chrysostomo, & aliis Sanctis Doctoribus obsequendum sit, qui eadem cum illo sentiunt ac docent, maximæque Christi clementiæ potius patrocinantur. Sed enim de his quidam hæc, alii fortasse diversa prolaturi sunt, Conciliis illis semet adjungentes. Ego vero ea missa faciens [non enim in præsentia altercari volo] saltem hoc ajo, clare ac dubio procul hactenus esse demonstratum, & copiose quidem, quod primus ille Tomus, tamquam non consentiens cum Ecclesiæ scopo, maximeque cum illo communi Doctore, Chrysostomo, inquam, & cessaverit, & in usu esse desierit, secundum sapientem illum Balsamonem: quod nobis etiam propositum erat ostendere. Illius autem usu exspirante, cæteri quoque deinceps facti, necessario robur suum consimili modo amittent & exspirabunt, uti jam antea diximus.

Hæc Philotheus, & cum eo Theodorus Balsamon, Chrysostomi verbis abutentes, perinde ac si sanctissimus ille orbis terrarum Doctor absolute negaverit, posse ab orthodoxo Antistite, etiam justa de causa, orthodoxum virum anathematizari. Atqui Chrysostomus in eos tantum invehitur, qui sine gravi causa vel sine auctoritate anathema in populum vibrare solent: id quod, etiam ante Chrysostomum, sacris Canonibus vetitum fuerat. Quintus enim Nicænæ primæ Synodi Canon, a Matthæo Blastario in syntagmate Alphabetico *litera A.* cap. 18. *περὶ ἀφορισμοῦ*, *de excommunicatione* citatus. „ Contra eos, *inquit*, qui sive Clerici sint, sive Laici, ab Episcopis, qui sunt in unaquaque provincia, segregantur (*κατὰ τῶν γενομένων ἀκοινωνήτων*, *adversus eos, qui excommunicantur*) valere oportet Canon, qui pronunciat, eos qui ab aliis ejecti sunt, non esse ab aliis admittendos. Prospicere autem oportet, annon vel simultate, vel contentione, excommunicatos fieri contigerit. Quare a Synodis annuis, quæ iis objecta sunt, examinentur, & vel is, qui injuste segregavit, juste reprehendatur; vel qui indignatur, quod segregatus fuerit, pœnam æquo animo ferat „. Similiter

Canon XIV. Sardicensis ait : „ Si quem Clericum pro-
„ prius Episcopus ad iram propensus, per iram segre-
„ gaverit [quod fieri non debet] non oportet, talem
„ illico a communione separari , sed ad Provinciæ Me-
„ tropolitanum , cui subjectus est Episcopus qui segre-
„ gavit , proficisci , ut segregationis causa coram eo
„ examinetur, Episcopo [*qui segregavit*] id æquo ani-
„ mo ferente ; sic enim sententia ejus confirmabitur ;
„ vel, si injusta sit, corrigetur. Priusquam autem per-
„ fecta rei cognitio habeatur, non oportet eum qui se-
„ gregatur , ad communionem impudenter accedere.
„ Utique & reliqui Clerici, Episcopo debitam reveren-
„ tiam exhibentes, sicut & ipse iis charitatis jura, eum
„ qui punitur , & excussis habenis contumaciter erga
„ pœnam se gerit, corripiant, donec examinatio de eo
„ statuat quod oportet „. Huic Canoni concinit etiam
Canon 129. Synodi Carthaginensis; „ Siquis enim [*in-*
„ *quit*] Episcopus ad iracundiam propensus, quod fieri
„ non oportet , subito commotus , aliquem ex Clericis
„ sibi subjectis ab Ecclesia & communione expulerit; ca-
„ vendum est, ne qui punitur, injuste ejiciatur. Veniam
„ igitur habeat, Episcopos vicinos adeundi, a quibus
„ accusatio strictæ examinationi subjiciatur : quin & E-
„ piscopus examinationem æquo animo & humaniter fer-
„ re debet, & plurium suffragiis rem placide submitte-
„ re, quibus ejusdem sententia, vel rata, vel irrita fiet.
Demum Canon 32. ejusdem Synodi Carthaginensis. „ Qui
„ propter socordiam [*inquit*] sive peccatum aliquod a
„ communione segregatus fuerit , sive Episcopus, sive
„ cujusmodicumque Clericus, quamvis sese injuria affe-
„ ctum existimet, non debet reprehensionem contemne-
„ re , donec ea quæ ipsi objiciuntur , pleniori judicio
„ confirmata fuerint . Quodsi ante examinationem ali-
„ quibus communicasse deprehensus fuerit , ipse plenam
„ depositionis sententiam jamjam adversus seipsum tulit.
In hanc sententiam Chrysostomus docet , non esse Chri-
stianos anathemate feriendos ; ira , nempe , simultate,
vel contentione. Cæterum quod asserit Philotheus Pa-
triar-

triarcha : *Verbis Chrysostomi prohibentur anathemati subjici Christiani, quamdiu rectæ de Deo sententiæ adhærent* : est omnino falsum, & ipsis Græcanicæ Ecclesiæ moribus repugnat. Non enim in solos *hæreticos* anathema vibratur, sed etiam in orthodoxos ob grave aliquod crimen. Photius in Nomocanone, Tit. IX. cap. XV. ἐκ ποίων (inquiens) τις αἰτιῶν ἐν τῷ ἀυτῷ καὶ ἀφορίζεται, καὶ καθαιρεῖται, ἢ καθαιρεῖται, καὶ τῆς κοινωνίας καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐκκόπτεται: *Ob quales causas aliquis simul & excommunicetur & deponatur; aut deponatur, & a communione, vel Ecclesia separetur*. Et citat *Apostolorum Canones* 25. 29. 30. 65. Idem cap. 16. ἐκ ποίων αἰτιῶν Κληρικὸς ἢ Λαϊκὸς ἀναθεματίζεται : *Quas ob causas Clericus aut Laicus anathemate feriatur*. Et citat *Concilii Gangrensis* Canonem 18. *Concilii Chalcedonensis* Canones 2. 7. *Basilii* ex epistola ad Gregorium Presbyterum. Idem cap. 18. ἐκ ποίων τις αἰτιῶν τελείως ἐκβάλλεται. *Ob quas causas aliquis omnino ab Ecclesia ejiciatur*. Et citat *Apostolorum* Can. 28. 51. 62. *Concilii Antiocheni* Can. 4. *Concilii Laodiceni* Can. 36. *Concilii Sexti* Cap. 21. Atqui laudati Canones non de hæreticis loquuntur, sed de Christianis qui rectæ de Deo sententiæ adhærent quidem, verum ob gravia delicta, excommunicatione aut depositione digni censentur: id quod in omnibus tam particularibus, quam œcumenicis Synodis observare est, quarum Canones ad orthodoxos in recta fide bonisque moribus retinendos sub excommunicationis aut depositionis comminatione, referuntur.

Alia essent plurima ex Chrysostomo ad Jus Canonicum illustrandum recitanda : sed iis contenti simus, quæ ex eodem sanctissimo Doctore profert Gentianus Hervetus in eo Nomocanone, quem e Bibliotheca Joannis Tilii Briocensis Episcopi Parisiis anno 1561. apud Guilelmum Morelium typographum Regium edidit. Ibi enim Par. 2. pag. 93. hunc Chrysostomi *de Sacerdotio* tractatum exhibet, cujus initium : „ *Talem esse Doctorem oportet, ita suorum discipulorum curam gerere, eos omnino existimare*. Enumerat quippe Chry-

sosto-

ſoſtomus tum ea quæ a Sacerdote erga populum, tum quæ a populo erga Sacerdotem debentur: atque inter alia de Sacerdote etiam indigno hæc habet. „ Neſcis „ quid ſit Sacerdos. Eſt Angelus ſeu nuncius Domini: „ ſua enim non dicit. Si eum contemnis, non ipſum „ contemnis, ſed Deum, qui ipſum ordinavit. Et or- „ dinavit. Et undenam (*inquis*) clarum evadet, quod „ Deus ipſum ordinavit? Si hanc ergo habes opinio- „ nem, ſpes tua exinanita eſt. Si Deus enim nihil per „ ipſos operatur, nec Lavacrum habes, nec es Myſte- „ riorum particeps, nec benedictiones percipis: non es „ ergo Chriſtianus. Quomodo ergo Deus omnes etiam „ indignos ordinat? Per omnes operatur, etſi ſint in- „ digni, ut populus ſervetur. *Et poſt pauca*. Dic mi- „ hi: malus eſt. Quid tum? Qui enim non malus eſt, „ ipſe ſibi magna bona largitur. Pro tuæ fidei ratione „ univerſum exercetur: nec te juſtus juverit, ſi non ſis „ fidelis, nec tibi malus obfuerit, ſi ſis fidelis. Per bo- „ ves Deus in Arca operatus eſt, quando voluit ſerva- „ re populum. Neque enim vita Sacerdotis, nec vir- „ tus tantum confert: non ſunt ea, quæ Deus gratifica- „ tur, talia, ut a ſacerdotali virtute peragantur. Uni- „ verſum quidquid eſt, eſt gratiæ. Ejus eſt, os ſolum ape- „ rire; Deus autem totum largitur. Is ſolum ſignum, „ ſymbolumve peragit. *Et paucis interjectis*. Quod au- „ tem Deus facit univerſum, volo tibi aliquid dicere „ mirabilius; ſed ne miremini, neque conturbati ſitis. „ Quid hoc autem eſt? Eadem eſt Oblatio, quicumque „ eam offerat, ſeu Petrus, ſeu Paulus, quam tunc Chri- „ ſtus dedit Diſcipulis, & quam nunc Sacerdotes pera- „ gunt. Quamobrem? quia & eam non homines ſancti- „ ficant, ſed ipſe, qui illic ſanctificavit. Quemadmo- „ dum enim verba, quæ Deus protulit, ea ipſa ſunt, „ quæ Sacerdos quoque nunc loquitur: ita & Oblatio eſt „ eadem, & Baptiſmus quem dedit. Ita univerſum eſt „ fidei. Spiritus protinus in Cornelium inſiliit, quo- „ niam primo ſua opera oſtenderat, & fidem introduxe- „ rat. Et hoc ergo Corpus eſt, & illud. Qui autem hoc il-
„ lo

„ lo minus esse existimat, nescit quod Christus nunc quo- „ que adest, & nunc operatur „. Idem ipsum docet Chrysostomus in primam in Corinthios pag. 95. ex Herveti Versione. „ Contingit enim, ut laici pie vivant, „ Sacerdotes autem improbe: etsi omni ex parte gratia „ dignitatem requireret, non erat futurus Baptismus, „ nec Corpus Christi, nec per illos Oblatio. Jam vero „ quia etiam per indignos Christus operari est solitus, „ Baptismatis quoque gratia nihil a vita Sacerdotis læ- „ ditur: ita enim qui accepit, erat detrimento afficien- „ dus. Hæc dico, ne quis de vita Sacerdotis nimis cu- „ riose inquirens, in iis quæ peraguntur, offendatur. „ Nihil enim affert Sacerdos ad mysteria quæ peragun- „ tur; sed est universum opus Dei potentiæ, & ille „ est μυςαγωγῶν, qui nos ad mysteria ducit. „ Hanc Chrysostomi doctrinam confirmat S. Augustinus Tract. 6. in Joannem de Baptismo sic scribens. „ Quid ergo per „ Columbam didicit (*Joannes*) ne mendax postea inve- „ niatur, [quod avertat a nobis Deus opinari] nisi „ quamdam proprietatem in Christo talem futuram, ut, „ quamvis multi ministri baptizaturi essent, sive justi, „ sive injusti, non tribueretur sanctitas Baptismi, nisi „ illi, super quem descendit columba, de quo dictum „ est: Hic est qui baptizat in Spiritu Sancto. Petrus „ baptizet, hic est qui baptizat. Paulus baptizet, hic „ est qui baptizat. Nam si pro diversitate meritorum „ baptisma sanctum est, quia diversa sunt merita, di- „ versa erunt Baptismata: & tanto quisque aliquid me- „ lius putatur accipere, quanto a meliore videtur acce- „ pisse. *Et mox*. Sunt alii aliis sanctiores, sunt alii „ aliis meliores. Quare ergo si unus ab illo, verbi gra- „ tia, justo, sancto baptizetur, alius ab alio inferioris „ meriti apud Deum, inferioris gradus, inferioris con- „ tinentiæ, inferioris vitæ: unum tamen, & par, & æ- „ quale est, quod acceperunt, nisi quia hic est, qui ba- „ ptizat?

In Euchologio Græcorum, Formula Baptismi hæc est. *Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα* (*sive ἡ δούλη τοῦ Θεοῦ ἡ δεῖνα*)

„ lis ei dictantibus, illam edidit: & divus Jacobus, qui „ Hierosolymitanam Ecclesiam nactus est in sortem, „ ejusque primus à primo magnoque illo summo Pontifice Christo Deo nostro fuit constitutus Episcopus. „ Tum inde magnus Basilius hominum socordiam & in „ deterius prolapsionem conspicatus, ac proinde longinquitate productæ Missæ pertæsos, non quod ipse supervacaneum quidquam, vel nimis longius productum „ in ea fore arbitraretur, sed ut pariter tum simul „ orantium, tum audientium ignaviam ex longo illo „ temporis intervallo præcideret, breviorem recitandam tradidit. *& paucis interjectis*, quum *Apostolos* „ dixisset, quod multam consolationem in mystico illo „ Dominici Corporis Sacrificio positam reperissent, fusissime longoque verborum ambitu Missam decantasse: „ cumque plane religiosum ritum hucusque (*hoc est, usque* „ *ad ipsius Procli tempora*) servatum, & ad finem usque „ sæculi servandum fore: *subjungit*: At posteri, fidei „ firmitatem fervoremque abjicientes, negotiis hujusce „ sæculi, & mundi curis mancipati, longinquitatem „ productæ Missæ (τὸ μῆκος τῆς λειτουργίας) ut superius „ dixeram, pertæsi, vix ad divinam audiendam recitationem Dominicorum conveniebant verborum. Quamobrem & divus Basilius medica quadam ratione usus, „ breviorem eam, concisioremque reddidit. Haud verò „ multo post Pater ille noster, aurea præditus lingua, „ Joannes, de ovium salute, ut Pastorem decet, strenua cura sollicitus, naturæ humanæ socordiam ignaviamque respiciens, fibras omnes ac radices Satanici „ prætextus hujus prorsus voluit evellere. Et idcirco „ multa præcidit, & concisiori pressiorique oratione „ Sacrum conficiendum statuit, ne sensim homines, qui „ libertatem quamdam & inertiam quammaxime complectuntur, fallacibus adversarii rationibus decepti, „ ab ejusmodi Apostolica hac & divina absterriti Traditione, eam omitterent, quemadmodum hoc ipsum „ multis, variis sæpe in locis, accidisse, ad hunc usque „ diem deprehendimus.

 Hunc

Hunc Tractatum esse germanum S. Procli opus, asserunt qui de Scriptoribus Ecclesiasticis Catalogum texuere. De eodem hæc Baronius ad ann. Chr. 446. *De Procli scriptis nihil præterquam Homilias legi, & de Traditione divinæ Missæ perbreve scriptum, quo asserit Missam prolixiorem olim fuisse: sed a S. Basilio primum, & inde a S. Joanne Chrysostomo, ob socordiam & tædium stertentium potius quàm astantium Christianorum, esse redditam breviorem.* Extat Græce manu exaratus in Bibliotheca Scorialensi; non tamen integer, sed fragmentum esse videtur Epistolæ, quam idem Proclus contra Nestorium scripserit, quemadmodum Vincentius Riccardus Clericus Regularis in not. ad hunc ipsum Tractatum recte conjicit; *nam de Nestorio* (inquit p. 583.) *& ejus Magistro Theodoro Mopsvesteno, Leontius* Byzantinus *ait lib. 3. contra Nestor. apud Canisium tom. 4. antiq. lect. Audet & aliud malum non secundum ad superiora: aliam enim Missam effutivit, præter illam quæ a Patribus tradita est Ecclesiis, neque reveritus illam Apostolorum, nec illam magni Basilii in eodem Spiritu conscriptam. In qua Missa blasphemiis, non precationibus,* τὴν τελετὴν, *Eucharistiæ mysterium opplevit.* Quam hic *Apostolorum Missam* Leontius vocat, eadem videtur esse, ac illa quæ *Jacobo Apostolo*, ac primo Jerosolymorum Episcopo tribuitur: silet proinde tum de ea, quæ ad *Clementem* Petri Apostolorum Principis Discipulum refertur, tum de altera, quam *Joannes Chrysostomus* edidit. Similiter Trullani Patres can. 32. *Jacobi*, & *Basilii* Liturgias tantummodo memorant, his verbis: *nam & Jacobus Christi Domini nostri secundum carnem frater, cui Jerosolymitanæ Ecclesiæ thronus primum est concreditus: & Basilius Cæsareensium Ecclesiæ Archiepiscopus, cujus gloria omnem terrarum orbem pervasit, mysticum nobis in scriptis tradentes Sacrificium, ita in divina Missa peragendum ex Aqua & Vino sacrum Calicem ediderunt.* Gennadius item Scholarius in cap. 2. Concil. Florent. sect. 2. *Beatus Jacobus Jerosolymorum primus Hierarcha, sic inquit. Magnus Pontifex & Magister noster Christus Deus,* *nocte*

nocte illa &c. Et post hunc divus & sacer Basilius: Quum panem, inquit, in sanctas & immaculatas manus suscepisset. Chrysostomum tamen Jacobo & Basilio addit Bessarion Cardinalis lib. de Eucharistia: *Hinc est, quod Basilius Jacobi, Chrysostomus vero Basilii Missas breviores fecerunt*. Marcus autem Ephesius in expositione Liturgiæ, *Clementem, Basilium, & Chrysostomum*, auctores Liturgiæ agnoscit: *nam in Liturgia* [inquit] *Sanctorum Apostolorum à Clemente conscripta*: nimirum lib. 8. Constitutionum Apostolicarum; & mox. *Hæc quidem divi Apostoli per Beati Clementis scriptionem Ecclesiæ tradiderunt*: & rursus. *Hos sequentes & ii, qui postea Missam ipsam concisiorem ediderunt, tum magnus ille Basilius, tum post eum Joannes Chrysostomus*. Et Gregorius Protosyncellus in sua Apologia contra eundem Marcum Ephesium. *Nam ipse Venerabilis Marcus Ephesius fatebitur, divinum Sacrificium celebrari solitum etiam ante tempora Sanctorum Basilii & divi Chrysostomi; non tamen eo ritu, quem ipsi tradiderant*. Denique Jeremias Patriarcha Constantinopolitanus in cap. 13. Censuræ Oriental. Eccl. non alias, præterquam Basilii & Chrysostomi, Liturgias commemorat: *Hoc unum certo scimus* [inquit] *quod à majoribus nostris duo tomi nobis relicti leguntur, hactenusque exstant; ex quibus sacram celebramus Liturgiam; ipsius, inquam, magni Basilii, atque Sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi, uno Spiritu uterque conscriptus, uniusque & ejusdem traditionis; præter id, quod S. Basilii superat, & plenior est verbis: divus autem Chrysostomus compendiosius, & concisius loquitur*.

Græcorum igitur constantissima traditio est, Basilium, primum post Clementem Apostolorum discipulum, & post Jacobum fratrem Domini, Liturgiam scripsisse: tum post eum, à Joanne Chrysostomo eandem Græcam Liturgiam concisiorem factam fuisse; & Proclum quidem testem omnes laudant, neque de opusculi, quo illius testimonium continetur, auctoritate dubitant; quamvis à

recentioribus (1) Criticis ea in ſuſpicionem vocetur. At dudum, antequam Proclus ſcriberet, Baſilii Liturgiam in uſu fuiſſe apud Græcas omnes Eccleſias [ſi Hieroſolymitanam & Alexandrinam excipimus, in quibus Jacobi & Marci nominibus inſcriptæ Liturgiæ uſurpabantur] certiſſimum eſſe, cl. Renaudotius Diſſert. de Liturgiar. Orientalium origine & auctoritate cap. 5. pag. XXXVII. oſtendit, primo quidem ex iis verbis, quæ in ejuſdem Baſilii vita per Amphilochium ſcripta leguntur, citanturque ab Æneа Pariſienſi Epiſcopo in Tractatu adverſus Græcos, quem ſcripſit ante annum Chr. 870. qui ei ſupremus fuit: Utitur enim ejus teſtimonio, eamque vitam dicit de Græco in Latinum à quodam Græco, vocabulo Eveimio [leg. Euthymio] de verbo ad verbum translatam. Hæc vero ſunt quæ laudantur ex Amphylochio. *Poſt quoddam autem tempus poſtulavit Deum ut daret illi gratiam atque intellectum propriis ſermonibus offerre in ſanguinem ſacrificium illi, & venire ſuper eum Sancti Spiritus adventum. Poſt dies vero ſex, ſicut in extaſe factus adventu Sancti Spiritus, ſeptima die apprehendente, cœpit miniſtrare Deo, per ſingulos dies, & poſt aliquod tempus, fide & oratione, cœpit propria manu ſcribere Miniſtrationis myſteria. Atque una nocte adveniens ei Dominus in viſione cum Apoſtolis, propoſitionem panis faciens in ſacro Altari, excitavit Baſilium, dicens ei, ſecundùm ſuam poſtulationem: Repleatur os tuum laude, ut per proprios ſermones offeras in ſanguinem ſacrificium. Qui non ferens viſionem, ſurrexit cum tremore, & accedens ad Altare cœpit dicere ſcribens in charta ſic*: Repleatur os meum laude &c. Reliquas ſcilicet

(1) Fabric. tom. 8: Bibliothec. pag. 605. *Non prætereundum autem eſt, illud fragmentum an vere à Proclo ita ſcriptum ſit, dubitari etiam à Viris doctis in ipſa Eccleſia Romana.* Quia veritati deeſſe nequeo (inquit Richardus Simon in notis ad Gabrielem Severum Philadelphienſem pag. 204.) quamvis ſciam Scriptores graviſſimos, qui id argumenti attigerunt, totos a Procli illius auctoritate dependere, hunc de Traditione Miſſæ Tractatum extra controverſiam Procli eſſe, non auſim contendere. *Dubitaſſe etiam ſe profeſſus eſt Allatius p. 17. de libris Eccleſiaſticis Græcorum. E noſtris conferendus eſt VV. Erneſtus Tenzelius ὁ μακαρίτης de diſciplina Arcani adverſus Emman. Schelſtratenum tom. 2. Diſſ. ſelect. pag. 255.* Hactenus Fabricius.

licet Liturgiæ preces. Agnoſcimus ſane (inquit Renaudotius) in iſta narratione, Græcorum φιλόμυθον; nec in vindicanda illius veritate operam abutemur. Ex ea tamen ſatis confirmatur pia omnium Græcorum traditio, preces Euchariſticas, quæ verſabantur omnium manibus, & ad Altaria toto paſſim Oriente uſurpabantur, eſſe à Baſilio juxta receptam conſuetudinem ordinatas, uſuque Eccleſiarum probatas & confirmatas. Verùm [ut ibid. Renaudotius ſubjungit], „ Exſtat antiquius multo
„ de Liturgia Baſilii jam ſcripta teſtimonium Petri Dia-
„ coni, & aliorum Monachorum, qui in cauſa fidei ex
„ Oriente Romam miſſi fuerant, in libro de Incarna-
„ tione & Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti ad Fulgen-
„ tium & alios Epiſcopos Africæ, Chriſti, ut ajunt, con-
„ feſſione decoratos: nempe quum à Thraſamundo re-
„ legati ſunt in Sardiniam, unde anno DXII. reſtituta
„ Africanis Eccleſiis ab Hilderico Hunerici filio pace,
„ reverſi ſunt. Paulo poſt liber ille ſcriptus eſt, in cujus
„ octavo capite hæc leguntur. *Hinc etiam Beatus Baſi-*
„ *lius Cæſarienſis Epiſcopus, in oratione ſacri Altaris,*
„ *quam pene univerſus frequentat Oriens, inter cætera:*
„ *Dona*, inquit, *Domine virtutem & incrementum: ma-*
„ *los, quæſumus, bonos facito: bonos in bonitate con-*
„ *ſerva: omnia enim potes, nec eſt, qui contradicat tibi:*
„ *quum enim volueris, ſalvas, & nullus reſiſtit voluntati*
„ *tuæ*. Laudatus eſt is locus à pleriſque Theologis,
„ nobilioribuſque Criticis, obſervatumque ſimul eſt, ea
„ verba, neque in Græcis Codicibus exſtare, neque
„ in Syriaca à Maſio interpretata, nec in Coptica.
„ Verumtamen præcipua ſententiæ pars, quæque ad quæ-
„ ſtionem a Petro Diacono & reliquis adverſus Pela-
„ gianorum reliquias agitatam, maxime ſpectabat, in
„ Græco textu (1) legitur „: Τὺς ἀγαθὺς ἐν τῇ ἀγαθότητί σε διατήρησον. τὺς πονηρὺς, ἀγαθὺς ποίησον ἐν τῇ χρηστότητί σε: ut & in veteri verſione Latina: *Bonos in bonita-*

(1) Vide Euchölog. Græcor. a Goario editum Venetiis 1730. pag. 146. lin. 8. Græc. & 10. Lat. *Bonos in bonitate tua conſerva: malos in bonitate tua bonos effice.*

bonitate conserva : malos , bonos fac in bonitate tua.
„ Ea sola particula viris doctissimis non observata, dimovere eos a præcipitata censura debuisset : omnes enim, etiam quorum diligentia merito commendatur, negaverunt ea verba, quæ Petrus Diaconus allegavit, in Basiliana Liturgia reperiri. Inde statim judicaverunt , non pervenisse illam ad nos , nisi valde interpolatam. Neque enim inventi sunt, qui ad Goarii (2) sententiam accederent. Is quippe dum vitam Basilii vulgo Amphilochio adscriptam ut legitimum auctoris, cujus nomen præfert, opus, defendere pertendit, duplicem ab eo Liturgiam compositam fuisse suspicatus est: quæ conjectura nullum in historia aut antiquis monumentis fundamentum habet, meritoque explosa est. At negari non potest , quin illa quæ retulimus, ea ipsa sint, quæ Petrus Diaconus citavit „. Hanc Renaudotii sententiam confirmat ejusdem S. Basilii Liturgia Syriaca, qua Græci Melchitæ in Syria utebantur , quæque exstat in Cod. Syr. Vat. de quo Tom. 1. Biblioth. Oriental. p. 615. Ibi enim eadem Græca verba , quæ supra retulimus, sic habentur Syriace. ܘܠܛܒ̈ܐ ܒܛܝܒܘܬܟ ܢܛܘܪ . ܘܠܒܝܫܐ ܛܒ̈ܐ ܥܒܕ ܒܚܢܢܘܬܟ *Et bonos in bonitate tua conserva, & malos in tua clementia bonos efficito.* Quodsi reliqua (ut ibidem scribit Renaudotius) non eodem loco reperiuntur, probabiles adduci rationes possunt, cur , etiamsi ita sit , non idcirco tamen suspectum Petri Diaconi testimonium esse debeat. Nam , vel dicendum est, illa verba ex primævis Basilianæ Liturgiæ exemplaribus , amanuensium vitio , excidisse ; vel cum Renaudotio sentiendum , *ab antiquis sæpe observari , quæ allegant ita referri , ut verba ipsa non eo ordine , quo exstant in libris , unde deprompta sunt , recitent. Oratio , de qua agitur , occurrit inter multas alias, quæ a* Μνήσθητι, *seu* Memento, *incipiunt : atque ea ratione certum esse quodammodo , prima testimonii verba ,* Do-

(2) Vide Goar. in not. ad S. Basilii Liturgiam, pag. 157. *Geminam quoque ab ipso conscriptam diversis temporibus fuisse suspicor &c.*

Dona Domine virtutem & tutamen, *ex orationibus petita esse, ubi frequenter occurrunt, aut alia quæ idem significant, non minus quam in omnibus cujuscumque linguæ officiis sacramentalibus. Ultima verba ex alio quoque loco petita verisimile est. Nam in orationibus continuatis, quæ a* Memento *incipiunt, subsequitur acclamatio* τῦ Amen, *vel* Kyrie eleison. *clausula vero non est, nisi in omnium memoriarum fine. Illius autem formulæ non una sunt; communior illa*, Quia tuum est regnum, potestas, virtus & gloria Patris, Filii, & Spiritus Sancti: *aut paulo aliter. Sunt tamen aliquando diversis verbis expressæ: ut*, quia tu es sanctus Deus noster: Quia tu es misericors & miserator Deus, *& similes aliæ. Facile igitur fuit, ut in Codicibus, quos habebat Petrus Diaconus, hæc clausula alicubi reperiretur, quum ex Scripturæ verbis contexta sit, exstetque in variis Latinis Missalibus, imo & in Romano.* Hactenus Renaudotius. Unum ego ex eodem Renaudotio addendum censeo: nimirum in Liturgia Severi Antiocheni, quam Guido Fabricius Boderianus Syriace & Latine edidit, quamque idem Renaudotius Tom. 2. Liturgiar. Orientalium a pag. 321. recudit, extare eadem fere verba, quæ Petrus Diaconus ex Basilio Magno recitavit: sic enim post verba Consecratoria, & post Invocationem Spiritus Sancti, pag. 325. Severus Sacerdotem orantem inducit: *Domine, quemadmodum illa per gratiam & virtutem tuam perfecta sunt, ita fac illis omnibus quicumque illorum participes futuri sunt, neque ullus per duritiam cordis sui iracundi aut impœnitentis teneatur, aut prohibeatur ab accessu ad mysteria; sed omnes ad bonam voluntatem tuam converte, & dispone, quia tu es, qui facis, convertis & ordinas quodcumque ad bonum: timorem tuum in nobis insere, & spem vitæ æternæ: tibique gloriam referemus, & Unigenito Filio tuo &c.* Quidquid tamen sit, constat ex Petri Diaconi testimonio, jam sua ætate, hoc est, quinto sæculo labente & sexto ineunte, totum prope Orientem usum esse Basilii Liturgia, neque dubitatum, quin sacras preces, quæ erant in om-

omnium manibus, ordinasset: atque est illa εὐχῶν διάταξις, de qua Gregorius Nazianzenus Orat. 20. loquitur.

Non minus autem constat, *Marci* & *Jacobi* nominibus inscriptas Liturgias, per Ægyptum, & Orientem fuisse usurpatas. Nam, ut recte observat Gregorius Protosycellus in Apologia adversus Marcum Ephesium, idem ipse Ephesius fateri cogitur, divinum sacrificium in Ecclesiis Orientalibus celebrari solitum fuisse etiam ante tempora Sanctorum Basilii & Chrysostomi: idque eo ritu, qui in laudatis Sanctorum *Jacobi* & *Marci* Liturgiis præscribitur, prodiitque Græce & Latine apud Renaudotium Tom. I. Liturg. Orient. p. 73. & 176. & *Marci Græca Liturgia* extat apud me in antiquissima membrana, in seipsam volubili, quam ex Ægypto comparavi, eodem fere anno, quo Marcus Patriarcha Alexandrinus vivebat, aut paulo etiam anteriore exaratam. Et vetustissimum quidem de *Jacobi Liturgia* testimonium jam ex Proclo Constantinopolitano Præsule accepimus. Huc accedit Canon trigesimus secundus Trullanus anno Chr. 692. conditus, quem Theodorus Balsamon his verbis illustrat. Σημείωσαι, ὅτι ἀπὸ μόνου τοῦ παρόντος Κανόνος φαίνεται τὴν θείαν ἱεροτελεσίαν παραδοθῆναι, καὶ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου, πρώτως ἐπισκοπεύσαντος τῆς ἐκκλησίας τῶν Ἱεροσολύμων: *Nota, quod ex hoc solo præsente Canone apparet sacrum ac divinum mysterium etiam a Sancto Jacobo fratre Domini, qui Hierosolymorum Ecclesiæ primus fuit Episcopus, fuisse traditum*. Ignorabat quippe Balsamon, ut qui extra urbem Constantinopolitanam pedem non intulerat, in Palæstina & Syria Liturgiam Jacobi esse usurpatam, & laudatum Procli opus fortasse non viderat. Quia tamen censebat, Orientales omnes Ecclesias Ritum Constantinopolitanæ Sedis sequi debere, idcirco tam Jacobi, quam Marci Liturgiam neque in Ægypto, neque in Oriente esse celebrandas; sic enim subjungit: ἥτις τέως παρ' ἡμῶν οὐδὲ εὑρίσκεται, οὐδὲ γινώσκεται, ὡς ἀπρακτήσασα. ὅπως δὲ οἱ κατὰ Παλαιστίνην ἱερατεύοντες λειτουργοῦσι μετὰ τῆς παραδοθείσης μυσταγωγίας, ὡς λέγουσι πα-

ρά

ρὰ τȣ̃ αὐτȣ̃ ἀδελφοθέȣ, καὶ οἱ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἐπίσκοποι καὶ ἱερεῖς τὰς ἱεροτελεσίας ποιȣ̃σι μετὰ εὐχῶν, ὥς φασι παραδοθεισῶν ὑπὸ τȣ̃ ἁγίȣ Μάρκȣ, καὶ ȣ̓κ ἀκολȣθȣ̃σι τοῖς πραττομένοις ὑπὸ τῶν πᾶσαν τὴν οἰκȣμένην ἱερȣργȣ́ντων, ἤγȣν ȣ̓κ ἐπιστρέφονται τῶν παραδοθεισῶν μυσταγωγιῶν παρά τε τȣ̃ ἁγίȣ Βασιλείȣ, καὶ τȣ̃ ἁγίȣ Ἰωάννȣ τȣ̃ Χρυσοστόμȣ, ἀγνοῶ. *Quæ quidem traditio nunc apud nos non invenitur, neque cognoscitur, ut quæ exoleverit. Quomodo autem Palæstinæ Sacerdotes celebrant cum mysterii ritu, ut ipsi dicunt, a fratre Domini tradito, nescio: & Alexandrini quoque Episcopi & Sacerdotes sacrificia peragunt cum orationibus, ut ajunt, a Sancto Marco traditis, nec ea, quæ ab iis, qui universo terrarum orbe sacrificant, sequuntur, seu a Sancto Basilio & Sancto Joanne Chrysostomo traditos mysterii ritus non curant, nescio*. Sed scire debuerat, Alexandrinam, Antiochenam, & Hierosolymitanam Ecclesias ritum sacrificandi, antequam Constantinopolitana Ecclesia in lucem emersisset, ab Apostolis jam accepisse; non erat proinde, cur Alexandrinum Patriarcham Marcum a celebranda S. Marci Liturgia avocaret: Sic quippe concludit loc. cit. τȣ̃το δὲ καὶ συνοδικῶς, μᾶλλων δὲ καὶ ἐνώπιον τȣ̃ κραταιȣ̃ καὶ ἁγίȣ ἡμῶν βασιλέως, ἐλαλήθη παρ᾽ ἐμȣ̃, ὅτε ὁ πατριάρχης Ἀλεξανδρείας ἐνδημήσας εἰς τὴν τῶν πόλεων βασιλεύσαν, καὶ μέλλων συλλειτȣργῆσαι μεθ᾽ ἡμῶν, ἀρκεσθέντων πάντων τῇ καταθέσει καὶ μόνῃ τȣ̃ πατριάρχȣ εἰπόντος μηκέτι τȣ̃το ποιῆσαι. *Hoc autem etiam synodice, vel potius etiam coram ipso potente, & sancto Imperatore nostro, a me dictum est, quando Patriarcha Alexandrinus in urbium Regina ageret, & una nobiscum celebraturus* cum tradito, ut dicebat, a Sancto Marco mysterii ritu, sacrificare vellet: *quum omnes, Patriarchæ assertione, eaque sola contenti essent; quia dixit, se id non amplius facturum*. Quibus tamen, & quam insulsis argumentis usus fuerit Theodorus Balsamon, ut Sanctorum Jacobi & Marci Liturgias rejiceret, atque Marcum Patriarcham Alexandrinum ab avita traditione avocaret, constat ex ipsius Balsamonis Responsione ad Marci ejusdem Interrogationem. Sic enim in Jure Græco-

 Ro-

Romano Freheri Tom. 1. pag. 362. prima Marci Patriarchæ habet Interrogatio. *Αἱ περὶ τὰ μέρη τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ τῶν Ἱεροσολύμων ἀναγινωσκόμεναι λειτουργίαι, καὶ λεγόμεναι συγγραφῆναι παρὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Ἰακώβου τοῦ Ἀδελφοθέου, καὶ Μάρκου, δεκταί εἰσι τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἢ οὔ;* ,, Quæ in partibus Alexandriæ & Hierosoly-,, morum leguntur Liturgiæ, & conscriptæ dicuntur fuisse ,, a SS. Apostolis, Jacobo fratre Domini, & Marco, re-,, cipiendæ sunt a sancta & Catholica Ecclesia, nec ne? *Respondet Balsamon. ὁ μέγας Ἀπόστολος Παῦλος, ὁ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ ῥήτωρ καὶ διδάσκαλος* &c. *Magnus Apostolus Paulus, sanctarum Dei Ecclesiarum Orator & Doctor, ad Corinthios scribens ait; Fratres, obsecro vos per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idem dicatis omnes, nec sint in vobis dissidia: sitis autem* (1) *compositi* [Conglutinati.] *eadem mente, eademque voluntate. Dicimus igitur, nos neque a sacra Scriptura, neque a Canone synodico edito, edoctos fuisse, sacrum ministerium a S. Apostolo Marco traditum: solus enim* XXXII. *Canon sanctæ & œcumenicæ Synodi coactæ in Trullo magni Palatii ait, a Sancto Jacobo Dei fratre mysticum sacrificium fuisse compositum. Attamen* LXXXV. *Canon sanctorum & omni laude celebrium Apostolorum, &* LIX. *Canon Laodicenæ Synodi, enumerantes Veteris Testamenti, & Novi, ipsosque Apostolicos Libros, qui in usu nobis esse debent, nullam sacrificii Sancti Jacobi, vel Sancti Marci mentionem faciunt. Neque etiam catholica sanctissimi & œcumenici Throni Constantinopolis Ecclesia ullo modo eas Liturgias agnoscit. Pronunciamus igitur, non esse has recipiendas. Etsi enim ab iis factæ sint, ab omni usu vacare jubentur, ut & alia multa. Idque manifestum est ex* LXXXV. *Canone sanctorum & benedictorum Apostolorum, & secundo Canone sanctæ & œcumenicæ Synodi in Trullo magni Palatii coactæ. Alter enim, Apostolicus videlicet, duas Clementis Epistolas, & Constitutiones octo librorum ejus, legi quidem, verum non evulgari, ob arcana, quæ in iis sunt recondita: alter autem vult eas neque legi, propterea quod iis spuria quædam multa, & a pietate aliena inter-*

terpoſitoa ſint ab hæreticis . Quamobrem omnes Eccleſiæ Dei ſequi debent morem novæ Romæ , nimirum Conſtantinopolis , & ſacra celebrare juxta traditiones magnorum Doctorum & luminarium pietatis , Sancti Joannis Chryſoſtomi , & Sancti Baſilii . Ait enim XLI. *Caput , primi Tituli , ſecundi Libri Baſilicorum : De quibus ſcripta lex non eſt , morem , quo Roma utitur , ſervari oportet .* Hactenus Balſamon , Reſponſione erroribus plena .

Primus error eſt , quod quadrageſimum primum caput tituli primi , libri ſecundi Baſilicorum , ubi dicitur: *De quibus ſcripta lex non eſt , morem quo Roma utitur , ſervari oportet* : de Byzantina Eccleſia perperam intelligit , quum id de Roma Italica , non de Thracica ſcriptum ſit . Verba enim ſunt *Ulpiani Juriſconſulti , qui tempore Helagabali & Alexandri Severi Imperatorum vivebat . adeoque , quum morem , quo Roma utitur , ſervari oportere dicit* , de Roma nova ſeu Conſtantinopoli , ne ſomniare quidem potuit . Ex præjacta igitur ea Baſilicorum lege , tantum abeſt , ut concludatur , omnes Eccleſias ſequi debere morem novæ Romæ , nimirum Conſtantinopolis , & ſacra celebrare juxta traditiones Sanctorum Baſilii , & Chryſoſtomi ; ut potius conſequens ſit , veteris Romæ , ſeu Eccleſiæ Latinæ ritum in ſacris celebrandis , ſectandum eſſe . Verùm quia de diſciplina Eccleſiaſtica agitur , ritum inſuper Sacrorum celebrandorum , Antiochena , Hieroſolymitana , & Alexandrina Sedes traditum ſibi à temporibus uſque Apoſtolorum acceperant , quando Conſtantinopolitana Eccleſia nondum nata fuerat ; idcirco illa Baſilicorum Lex è Juſtinianeis Digeſtis deſumta , ad rem , de qua agitur , non facit .

Secundus Balſamonis error eſt , quod eas , quæ Sanctis Jacobo aut Marco tribuuntur , Liturgias idcirco reſpuendas rejiciendaſque cenſet , quia neque à Scra Scriptura , neque à Synodico Apoſtolorum aut Laodicenorum Patrum , ubi veteris & novi Teſtamenti Libri enumerantur , Canone , illas à Marco Euangeliſta aut Jacobo fratre Domini eſſe compoſitas edocemur . Patriarchales enim Orientis Eccleſiæ , in quibus Sacrum Miniſterium

iis Liturgiis celebratur, Alexandrina, inquam, Antiochena, & Hierosolymitana, non quidem contendunt, divinam illis auctoritatem, qualis novi veterisque fœderis Libris debetur, esse tribuendam; sed hoc dumtaxat affirmant, sacrificia cum eo ritu à Marco & Jacobo tradito à se confici. Quis enim negare potest, & Apostolos Sacrificium celebrasse, & Successores eorum Episcopos, in præcipuis præsertim Orientis Occidentisque Ecclesiis, juxta traditos mysterii ritus sacrificasse? Alioquin dicendum esset, aut ante S. Basilium nullam fuisse, in toto saltem Oriente, celebratam Liturgiam; aut ipsum Basilium celebrandarum Liturgiarum primum fuisse auctorem inventoremque: quod nemo in Sacra Historia peritus, nemo fide Christiana vel leviter imbutus, persuaderi sibi patietur. Græci ipsi, quotquot Constantinopoli anno 692. in Trullana Synodo convenerunt Episcopi, disertis verbis fatentur, à S. Jacobo Domini fratre mysticum Sacrificium fuisse compositum: noverant enim eam Liturgiam, quæ in Palæstina & Syria usurpabatur, ad S. Jacobum fratrem Domini vulgo referri. Ægyptii Episcopi alteram sub nomine S. Marci habebant, quæ apud Alexandrinam Ecclesiam usque ad tempora ipsius Balsamonis, teste Marco Græcorum in Ægypto Patriarcha, in usu fuerat. Quid ad hæc Balsamon? Utramque rejicit, puerili sane atque irridendo argumento: quod nempe ambæ illæ Liturgiæ neque in censu Sacrorum Testamenti novi Librorum essent relatæ in Apostolicis & Laodicenis Canonibus: neque in Constantinopolitana Ecclesia, cujus Ritum totus Oriens sequi deberet, adhiberentur. Jam vero dictum est, Ecclesias Orientales, Alexandrinam, Antiochenam, & Hierosolymitanam, non modo ante Constantinopolitanæ exortum in Christiana Republica post Romanam omnium Matrem & Magistram claruisse; sed etiam Constantinopolitanæ ipsi Ecclesiæ, Ritum Sacrorum tradidisse. Adde, id etiam factum, postquam Constantinopolitanus Antistes, tum in Primo Constantinopolitano anni 381. Concilio, tum in Chalcedonensi anno 451. Synodo, Primatum sibi post Romanam Sedem præ reliquis Orien-

Orientalibus usurpavit. Nam divinorum Officiorum Acoluthia à Palæstinis Monachis concinnata, ad Ecclesiam Constantinopolitanam manavit, eodem ferme modo, quo à Basilio Magno, & Chrysostomo Joanne elaboratæ Liturgiæ à Byzantinis Episcopis sunt usurpatæ: cujus rei testimonium e Typico Sancti Sabæ petitur: quod Typicon Græcanicis ubique locorum officiis formam præscribit. Unde Græcis Byzantinæ Ecclesiæ sectatoribus nihil omnino in divinis celebrandis relinquitur, quod sit ab ipsius Ecclesiæ Alumnis traditum, præter fœdos illos errores, quos cl. Leo Allatius in suis ad Ecclesiasticos Græcorum Libros Animadversionibus adnotavit. Sunt quidem [ut finem dicendi faciam:] Sunt multa Liturgiis Jacobi & Marci facta additamenta, quæ ad illorum ætatem referri nullo modo queant; quæque à seculo Apostolico prorsus aliena videntur, atque â posterioribus vel addita, vel detracta, vel pro opportunitate temporis immutata; quemadmodum idem Leo Allatius Dissertatione hac de re edita, quam Symmictis suis inseruit, Par. 1. pag. 176. & Card. Bona de Reb. Liturg. lib. 1. cap. 8. §. 53. ostendunt: id enim Liturgicis omnium Ecclesiarum Officiis usu venire solet; & ipsæ quoque Sanctorum Basilii & Chrysostomi Liturgiæ, quas Balsamon esse genuinas affirmat, & ab omnibus ubique Orientis Ecclesiis celebrandas pronunciat, prout exstant hodie, plurimum sunt interpolatæ, variisque additamentis pro sæculorum genio & conditione auctæ. Verum binas illas Jacobi & Marci Liturgias *non longe ante Quinisextum Concilium*, idest, ante annum Chr. 692. (uti Gulielmus Caveus hist. Liter. tom. 1. pag. 7. edit. Genev. 1693. arbitratur)] *esse confictas*, nemo sanæ mentis asserat, tum quia ante Basilii & Chrysostomi ætatem, si non ab Apostolis illis conscriptæ, saltem sub eorum nomine ambulantes, in toto Oriente Liturgiæ celebrabantur; tum quia Proclus Byzantinus Patriarcha, qui anno Chr. 446. decessit, disertam Liturgiæ Jacobi mentionem facit: tum demum quia Leontius Byzantinus, à nobis supracitatus, lib. 3. contra Nestorium, disertam *Apostolorum* [idest, Jacobi, aut Marci, aut

aut Clementis) & *Basilii Liturgiarum* mentionem facit. Quæ vero Liturgiis illis facta esse additamenta perhibentur, siquidem probarent, eas ante Trullanum Concilium fuisse confictas, probarent simul, Basilii quoque & Chrysostomi Liturgias non esse genuinas, quum de illis idem Caveus non absimilia tradat, plurimum nempe esse interpolatas.

Ad alterum S. Procli opus pergo: scriptam nempe ab eo *ad Armenios Epistolam*. Titulus περὶ πίστεως, de Fide, *ad Armeniæ Presbyteros & Archimandritas*, Dat. *Theodosio* Juniore XV. & Valentiniano IV. Coss., hoc est, anno Chr. 435. Incipit: οὐ μετρίως ἀδελφοί: *Non mediocriter, fratres, confudit animum nostrum, & mærore validissimo sauciavit rumor novellorum erroris zizaniorum &c.* Meminere hujus *Tomi*, sive *Epistolæ*, *Patres Synodi Quintæ*, Constantinopolitanæ Secundæ, Collatione IV. V. & VI. *Cyrillus* Alexandrinus in Epistolis, quæ Actis Concilii Ephesini addi solent, ad Joannem Antiochenum, & ad Monachos Anastasium, Alexandrum, & Martinianum: *Facundus* pluribus in locis: *Liberatus* in Breviario cap. 10. *Jo. Maxentius* in Catholica professione de Christo: & Imp. *Justinianus*, qui *Magnum Proclum* vocat, lib. 1. tit. 1. Codicis, de Summa Trinitate, Leg. VII. Causam scribendæ hujus ad Armenios Epistolæ accipe.

Anno Chr. 435., post celebratam Synodum Ephesinam quarto, quum ex scriptis Nestorii in eadem Synodo damnati, jugiter in Ecclesia Orientali controversiæ agitarentur, Theodosius Imperator ad tollendum discordiarum ac tumultuum seminarium, ipsos Nestorii libros damnavit, publica edita sanctione, quæ in Cod. Theodosiano leg. ult. *de hæreticis* incipit: *Damnato portentosæ superstitionis auctore Nestorio*: & data dicitur, *CP.* III. *Non. Aug. Theodosio* XV. *& qui fuerit nunciatus*: sive, ut Pagius ad eund. ann. 435. num. III. & num. XIV. contendit, *dat.* III. *Kal. Apr.* Hæc eadem (1) sanctio ex

(1) In Actis Synodi V. anno 553. celebratæ, Collat. IV. (Tom. 6. Concil. Labb. edit. Venet. pag. 84. & 85.) extat duplex Lex Theodosii & Valentiniani, quarum 1. incipit: *debitam a nobis venerationem*. 2. *Jam prius quidem Nestorius*. In priore

ex Cod. Theodosiano accepta, aliquanto latior exstat in Actis Ephesinis [1] cap. 45. nam & ad finem habetur hujusmodi additamentum: *Summa proinde illustrisque auctoritas tua curet, ut nostra hæc Sanctio omnibus Provinciis, usitatis edictis & promulgationibus, primo quoque tempore nota fiat. Hanc autem Legem Romano simul & Græco sermone edidimus, quo omnes perspicue intelligere queant.* Hæc ibi: quibus appendix inhæret Præfectorum, qui eandem sanctionem promulgaverunt (2), idem ipsum instantius inculcantes. Nam cap. 46. Partis tertiæ Concilii Ephesini, laudatæ sanctioni Theodosianæ subjicitur edictum Præfectorum de Nestorii libris non legendis, in cujus epigraphe hæc verba leguntur: *Flavius Anthemius Isidorus: Flavius Bassus: Flavius Simplicius Reginus, Præfecti edicunt.* Ad Orientales quod spectat, ejusdem Legis publicatio & executio, *Aristolao* Tribuno ac Notario demandata fuit, qui ideo secunda vice ad Joannem Antiochenum ab Imperatore missus, Ecclesias Orientales adiit. Cumque *Cilices* Episcopi, tam in Synodo Anazarbica, quàm in Tarsensi, necnon *Syri*, una cum Joanne Patriarcha, (exceptis (3) nonnullis, quorum pars in exilium sunt pulsi, partim ultro Ecclesias suas deseruere, ne cum Sancto Cyrillo communicarent, aut Nestorii depositioni consentirent:) *Communionem cum Sancta Synodo Ephesina amplectentes, Nestorium* [4] *qui quandam fuit felicissimæ Constantinopolis Episcopus, haberent depositum & anathematismo subjicerent super omnibus, quæ impie coram Ecclesia docuit, seu in scriptis exposuit, seu semotim locutus est, sequentes Sanctos Episcopos Sixtum Romæ, & Proclum magni nominis Constantinopolis, & Cyrillum Alexandriæ, & Joannem Antiochiæ,*

priore fit mentio *doctrinæ Diodori, Theodori, ac Nestorii.* In secunda, Nestorii Diodori, Theodori, *ac Theodoriti.* Utraque Latine tantum legitur, nullus est autem dubitandi locus, quin nomina *Diodori, Theodori, ac Theodoriti sint addita diu post tempora Theodosii, & Valentiniani.*

(1) Edit. Labb. Venet. Tom. 3. pag. 1730.

(2) Ibid. pag. 1731.

(3) Alexandro nempe Hierapolitano: Meletio Mopsvesteno: & aliis tredecim, quorum Catalogum texit Irenæus cap. 190. Synodici.

(4) Uti in Synodica 192. Synodi Tarsensis legitur, ad Theodosium Imp. missa.

chiæ, & omnes reliquos religiosissimos Episcopos in omnibus, quæ pie definiuntur ab eis, coanathematizantes ipsum Nestorium, & eos qui eadem impie asserunt, idest Nestorianos, quos juste vestrum sic cognominavit Imperium: Quum, inquam, Sanctioni Theodosianæ potior Episcoporum Orientalium numerus obtemperasset, atque ita libri Nestorii, qui inventi essent, igne vindice cremarentur, ne magno periculo (1) eorum lectio clandestina usui esse posset: mox qui blasphemiarum fluenta sic exsiccata viderunt Nestoriani, ipsum fontem aperuerunt, unde illa primitus derivarant: nimirum Theodori Mopsvesteni Episcopi, à quo venenum Nestorius hauserat, libros ubique legendos exposuere: & quo latius spargerentur, in Syrorum, Armenorum, atque etiam Persarum linguam transferendos curarunt.

Ubi hæc agnoverunt Acacius Melitenus in Armenia Episcopus, & Rabula Edessæ civitatis Episcopus (verba hæc sunt Liberati in Breviario cap. 10.) *Scripserunt Armeniæ Episcopis, ne Theodori Mopsvesteni libros susciperent, tamquam hæretici essent, & auctores dogmatis Nestoriani: insimulantibus Episcopis Ciliciæ, Rabulam & Acacium, quod hoc non ex caritate, sed ex æmulatione & contentione fecissent.* Congregati sunt ergo in unum Venerabiles *Armeniæ Episcopi*. Fuit hoc Concilium in Armenia anno 435. celebratum, cui, unacum aliis Episcopis, idem Acacius cum Rabula Edesseno Episcopo interfuit. Stabilita itaque fide Catholica, & cognitis Theodori Mopsvesteni scriptis, inventisque impiis, & à tramite Orthodoxæ fidei abhorrentibus, ne ipsi soli eos damnasse viderentur, sed universa Ecclesia Orientalis, ad id peragendum, legationem ex Synodo direxerunt ad Proclum Constantinopolitanum Episcopum: de qua legatione hæc scribit Liberatus Diaconus loc. cit.

Miserunt duos Presbyteros, Leontium & Aberium ad Proclum Constantinopolitanum Episcopum, secundum morem cum libellis suis, & uno volumine Theodori Mopsvesteni, scire volentes, utrum doctrina Theodori, an Rabulæ

(1) Baron. ann. 435. num. 3.

Rabulæ & Acacii vera esse probaretur. In Quinta Synodo Collatione v. (edit. Labb. Tom. 6. pag. 76.) exstat Libellus a Legatis Synodo Armenorum porrectus Proclo cum hac Epigraphe : *Ex libellis porrectis a Presbyteris & Diaconis, qui transmissi ab Episcopis & Clericis, & Monachis & cæteris magnæ Armeniæ, & Persidis, & aliis gentibus, Proclo sanctissimo Episcopo Constantinopolitanæ Civitatis*. Initium. *Fuit aliquis pestifer homo, magis autem fera, hominis habens formam diabolicam, mentito nomine Theodorus*. In fine rogant condemnare nominatim Theodorum, & eos qui secundum impiam ejus expositionem hactenus in Syria & Cilicia sapiunt & docent : Mox additur : *Porrecta sunt autem & impia capitula ex Theodori capitulis, sanctæ mem. Proclo ab Armenis : quorum multa in antelatis continentur* : nimirum Collat. iv. ejusdem Synodi, & subjicitur. *Ad tales igitur libellos Armenorum rescribens san. mem. Proclus, inter alia dogmata, de Theodoro & ejus impietate, dicit. Fugiamus turbulentos &c.* Exstat integer hic Procli ad Armenios Tomus Græc. & Lat. post Concilium Ephesinum [Tom. 3. Concil. Labb. edit. Venet. pag. 1738.] Titulus : *Dei amantissimis ac religiosissimis Episcopis & Presbyteris & Archimandritis per universam Armeniam orthodoxæ sanctæ Ecclesiæ, Proclus in Domino gaudere*. Incipit. *Non mediocriter, fratres, animum rationemque nostram confundit &c.* Sed audiatur Liberatus.

Itaque Proclus accipiens Armeniæ Episcoporum libellos, & illud Theodori volumen, diligentius utraque examinans, Tomum Armenis scripsit & destinavit, in quo posuit, ad interimendum Nestorianorum versutias, qui duas in Christo inducunt personas, unum de Trinitate incarnatum : quem & direxit Joanni Antiocheno per Theodotum Diaconum, continentem subter Capitula ab hæreticis prolata, expetens ab eo pro communi fide servanda, ut cum suo Concilio eum (nempe Tomum a se scriptum ex sententia Rabulæ, Acacii & Synodi Episcoporum Armeniæ :) *susciperent & subscriberent. Joannes autem & qui cum eo erant congregati Episcopi* (in Sy-

nodo Antiochena:) *legentes Tomum, & ejus laudantes compositionem subscripserunt in eo, & Proclo transmiserunt: hunc & Chalcedonensis Synodus per relationem suam, quam Marciano Imperatori direxit, ad probandum non tantum gestis Synodalibus, verum etiam Epistolis fidem constare, inter Sanctorum Patrum Epistolas suscepit, & confirmavit.*

In Libello Synodico, qui omnes Synodos tam orthodoxas quam hæreticas brevi compendio continet ab Apostolorum inde tempore usque ad octavam Synodum, in qua, damnato Photio, Sanctus Ignatius fuit restitutus: Græcus auctor (apud Fabric. Tom. XI. Bibliothec. Græc. pag. 224.) de Procli ad Armenios Tomo hæc habet: *Nestorio igitur deposito, Maximinus* (1) *in Thronum Constantinopolitanum intruditur. Cui succedens Proclus, divinam & sanctam Constantinopoli congregavit Synodum, & omnes, qui sacræ Dei Ecclesiæ sese opponerent, anathemati subjecit. Ad hæc pii quidam ex Armenia Monachi Constantinopolim appulerunt, qui referebant, Theodori Mopsvesteni libros blasphemiarum plenos, ab Orientalibus, qui Nestorium defenderent, in pretio magno haberi. Quapropter Proclus, & Imperator Theodosius ad Joannem Antiochiæ scribunt, ut Synodo convocatà, contra impium Theodorum definiat. Is vero Synedrio* (2) *frequente congregato, sine ulla inquisitione Libros Theodori nihil reprehendendum habere, Theodosio & Proclo rescripsit.* Hujus Antiochenæ Synodi fragmenta nobis conservavit Facundus, & collegit Baluzius in nova Collect. Concil. pag. 943. & seqq. Scripsit porro Synodus ad Proclum, plurimumque ejus Tomum laudavit: tum inquit: *Siquidem sobrie agere velint, qui turbis & juvenilibus levitatibus contra commune corpus Ecclesiæ, nunc nescio unde potestate sumpta, utuntur, & suas quidem patrias relinquentes, venientes* (3) *vero ad Imperii Ur-*

(1) Leg. *Maximianus*.

(2) Perperam hæc Antiochena Synodus (apud Fabric: Tom. XI. p. 225.) ad ann. Chr. 438. conjectur.

(3) Ita sugillant Patres Antiocheni eos Monachos, qui ex Armeniæ Synodo Constantinopolim ad Proclum missi fuerant ab Acacio & Rabula.

Urbem, & calumnia adversus proprios Episcopos, eorum qui illic sunt sordidantes auditus, non utique nunc necessarium fuerat. Postea pluribus laudant Patres Antiocheni Theodorum, ajuntque, quod si in ejus libris aliqua putantur obscura, similia multa & a plurimis anterioribus Patribus dicta esse. Similia ad S. Cyrillum scripsere, ut legere est apud Facundum, apud quem extat etiam fragmentum Epistolæ Synodalis ad Theodosium Imperatorem, qui Legem emisit ibidem recitatam, qua jubet, ut cum omni statuant Ecclesia, *nequis adversus eos, qui in ejus pace defuncti sunt, quicquam de cætero tale præsumat*. Et Cyrillus quidem in Epist. *ad Theodotum Ancyræ, & ad Firmum Cæsareæ Cappadociæ Episcopos* (1) de Antiochena Synodo hæc scribit. „ Non oportebat latere sanctitatem tuam, aut forsitan & cognovit, quod omnes Orientales religiosissimi Episcopi in Antiochia convenerunt, quum transmisisset eis Tomum Dominus meus sanctissimus Episcopus Proclus, bonorum plenum intellectuum & rectorum dogmatum. Erat enim ratio multa & longa de dispensatione Domini nostri Jesu Christi: supposuit vero etiam Capitula quædam collecta a Theodori Codicibus, quæ consonantem Nestorii perfidiis intellectum habent, & adhortatus est etiam illa anathematizare. Illi vero non passi sunt, & scripserunt (2) ad me, quod si contigerit anathematizari ea quæ sunt Theodori, perveniat omnimodo macula etiam ad Sanctos nostros Patres, Athanasium dico, & Basilium, & Gregorios, & Theophilum, & ceteros. Nam scripserunt & ipsi quædam consonantia eis, quæ sunt Theodori. *Idem Cy-*

 „ *ril-*

(1) Habetur hæc Epistola Latine Tom. 6. Concil: Labb. edit. Venet. p. 19. in Actis Synodi v. Collat. iv.

(2) Jo: Antiochenus in Epist. ad S. Cyrillum apud Pagium ann. 435. n. 25. de Tomo Theodori: *Sunt in illo Tomo quædam incerta, & aliter quam dicta sint, intelligi valentia*. Cohæremur hoc etiam nos. Plurima vero eorum aperta videmus; & sine ulla ambiguitate recta. Sed illis quæ putantur obscura, similia multa a plurimis anterioribus ejus & gloriosis Patribus dicta invenimus &c. Nominat Athanasium, Basilium, Gregorium utrumque, Amphilochium, Theophilum, Eustathium, Meletium, & Flavianum, *quibus*, ait, *plura istis concordantia sunt dicta*. Ita Jo. apud Facundum lib. 8. cap. 5.

(1) Tom. 6. Concil. Labb. edit. Venet. pag. 1012.

„ *rillus in Epist. ad S. Proclum* (1). Nunc vero, ficut „ fcripfit ad me Dominus meus fanctiffimus Epifcopus „ Antiochiæ Joannes, initium apud ipfos (*Orientales* „ *fcilicet*) alterius tempeftatis furrexit, & plurimus eft „ timor, ne forfitan quidam inftabiles ad priora revertantur. Dicunt enim quofdam ad magnam illam Civitatem perveniffe, deinde interpellaffe piiffimos & „ Chriftianiffimos Imperatores, & poftulaffe per divinam „ eorum fanctionem anathematizari libros Theodori Mopfvefteni, ipfumque memoratum virum: magnum vero ejus nomen effe per Orientem, & mirificari nimium confcripta ejus: &, ficut dicunt, contriftantur „ omnes, quod vir nobilis, & defunctus in communione Ecclefiarum, anathematizatur. Nunc vero quod in „ confcriptis ejus invenimus quædam nefaria dicta, & „ nimiæ plena blafphemiæ, nulli dubium eft recte fapientium. Sciat vero tua fanctitas, quod prolata apud fanctam Synodum expofitione ab eo compofita, ficut dicebant qui protulerunt, nihil fanum habente, reprobavit quidem eam fancta Synodus, utpote perverfis „ plenam intellectibus, & Neftorianam impietatem quafi „ effluentem: his vero condemnatis qui fic fapiunt, nullam viri memoriam fecerat difpenfative, nec ipfum „ nominatim anathemati fubjecit propter difpenfationem, ne quidam ad exiftimationem viri refpicientes, „ feipfos ab Ecclefiis feparent. *Et poft alia*. Et per „ alium vero modum anathematizatis & ejectis Neftorii „ blafphemiis, unacum eis ejecta funt & quæ illius funt, „ plurimam habentia ad ifta confonantiam. Et fi quidem hoc agerent indubitanter per Orientem, nullumque effet tumultum inde fperare, dicebam utique nullum effe impedimentum, nunc exigi eos etiam in „ fcriptis hoc facere. Si vero, ficut fcribit Dominus „ meus fanctiffimus Epifcopus Antiochiæ Joannes, eligant utique magis comburi, quam aliquid ejufmodi „ peragere; quare flammam fopitam refufcitamus, fedatofque tumultus non opportune commovemus, ne „ forfitan unquam ultima primis pejora inveniantur?

In

In eandem S. Cyrilli ſententiam conceſſit & *Sanctus Proclus*, licet *Maximus* Archimandrita (1) nihil prætermiſerit, ut eum in contrariam ſententiam deflecteret. Imo quidam ejuſmodi *diſpenſationi* non ſolum noluere acquieſcere, ſed etiam *Procli Tomo* annexa & ab illo damnata (2) *Capitula* cœpere divellere, eis *Theodori* nomen præponere, eiſdem anathema adſcribere, ac hujuſmodi chartas per omnem Orientem ſpargere, dicentes, juſſu Procli hæc fieri. Ex illis unus fuit Maximus Archimandrita, qui Proclum ad ſcribendum Tomum generoſe accenderat. Verum Proclus in ſua ſententia perſtitit, & Maximum increpuit, mandans ei, nihil fieri debere ſine Joannis Antiocheni conſilio. Id conſtat ex fragmento epiſtolæ Procli ad Maximum, quod extat apud Facundum lib. 8. cap. 1. *Memor eſt tua reverentia, quando ad Sanctiſſimum Antiochenum Epiſcopum tibi literas injungebam, quia omnia cum ejus admonui voluntate fieri oportere, & nihil ad confuſionem vel tumultum Eccleſiarum pacem habentium agi; ſed Tomum quidem ſubſcribi; capitula autem ſubdita ſine nomine, hæc tamquam non habentia ſubtilitatem pietatis averti & abdicari. Quomodo igitur per literas didici nunc, quia Theodori Mopſveſteni, & aliorum quorumdam nomina præpoſita ſunt Capitulis ad anathematizandum, quum illi jam ad Deum migraverint, eos qui vitam reliquerunt, ſupervacaneum eſt injuriari poſt mortem, quos nec vivos aliquando culpavimus? Rogo ergo, feſtina ſicut filius exquirere; ſed omnia permittere auctoritati ejuſdem Reverendiſſimi Conſacerdotis Joannis. Poſt ſubſcriptionem Tomi, & poſt abjectionem Capitulorum, quæ cujus ſint ignoramus, continuo præpara Diaconum Theodotum venire ad Regiam civitatem, quatenus tempeſtate & tumultu non impleantur Eccleſiæ urbis ſanctiſſimæ, & doneris aliquid deſiderio impii Neſtorii, qui ſe putat habere multos ſimilia ſapientes.*

Iſta

(1) Pagius ad ann. 435. num. 24.

(2) Ad calcem Tomi Procli non extant quidem hæc quæ dicuntur *annexa capitula*, ſed videntur ea eſſe aut eorum ſimilia quæ *præfixo Theodori nomine*, recitata ſunt in v. Synodo Collat. iv.

Ista omnia *propter dispensationem* à Sanctis Cyrillo & Proclo dicta sunt, ut perfecte à Nestoriano errore Orientales abducerent adhuc in eo detentos, & compescerent tumultus, quos ab hæreticis forte suspicabantur. „ Quoniam vero hujusmodi dispensationem (1) „ Cyrilli & Procli sanctæ memoriæ non susceperunt, e „ contrario vero permanserunt defendentes etiam ipsas „ blasphemias Theodori, & dicentes eas consonare scri- „ ptis à Sanctis Patribus, videns S. Cyrillus crescentem „ impietatem, & inde simpliciorum læsionem timens, „ coactus est libros conscribere adversus Theodorum & „ adversus ejus blasphemias, & post mortem ejusdem „ Theodori, & hæreticum & impium & super Paganos „ & super Judæos blasphemum eum ostendere; *& post* „ *pauca*. Si verò & propter dispensationem aliquid Pa- „ tres dixerunt, ut separarent ab errore Nestorii tunc „ defensores ejus; tamen quoniam nec susceperunt dicta „ illorum, & tempus, quod dispensationis indigeret, præ- „ teriit, jam ad perfectum venerunt, & scripserunt quæ „ superius dicta sunt, & post mortem ejus, adversus eum „ & impia ejus conscripta. Sicut etiam Paulus Aposto- „ lus quum ad tempus concessisset circumcisionem He- „ bræis, necnon etiam ipse circumcidisset propter di- „ spensationem Timotheum; postea vero quod est per- „ fectum docens, in Epistola ad Galatas inquit: ecce ego „ Paulus dico vobis, quod, si circumcidamini, Christus „ vobis nihil prodest &c. *& iterum*: ego vero, fratres, „ si circumcisionem prædico, quid adhuc persecutionem „ patior? &c. Et propter dispensationem iterum quam- „ dam castificatus in Templo unacum aliis, etiam sta- „ tutas pro castificatione legales oblationes offerens, in- „ firmisque condescendens, iterum corrigit, dicens in „ epist. ad Colossenses: nemo ergo vos judicet in cibo, „ aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, „ aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, &c. Per „ ista vero Apostolus legalem dispositionem & quasi cor- „ poralia

(1) Verba hæc sunt Synodi Quintæ Collat. IV. (Tom. VI. Concil. Labb. edit. Venet. pag. 103.

„ poralia legis recusans, docet, quod interdum dispen- „ satio per congruum tempus prodest, & interdum effi- „ cit læsionem ad temporis qualitatem. Quum enim „ opus est ignorantes vel errantes docere, tunc maxi- „ ma dispensationis utilitas est. Quando vero in doctri- „ na perfectionis tempus est, tunc relinquentes patien- „ tiam, ad perfectionem dogmatum pervenimus. „ Subinde proferuntur exempla Patrum, Basilii & Athanasii, qui Apollinarium aliquando laudarunt, tamquam eadem in fide sapientem, & tamen postea cognitis illius in scripto blasphemiis, post ejus mortem adversus eum scripsere. Sanctus quoque Leo Papa & suscepit Eutychem, & rescripsit comprobans eum, & tamen postea condemnavit & anathematizavit eum tamquam hæreticum. Demum concluditur: *Et multos quidem etiam alios invenimus post mortem anathematizatos*.

Acerrime igitur de hac quæstione disceptatum est & ante & post Quintam Synodum; dum alii negarent, fas esse eum, qui in pace Ecclesiæ obierit, post mortem anathematizare; alii vero affirmarent, sequendam in hoc doctrinam Sanctorum Patrum, qui non solum viventes hæreticos condemnaverunt, sed etiam post mortem, utpote in sua impietate mortuos, anathematizarunt. Utrumque hoc argumentum, in causa ipsius Theodori Mopsvesteni, in Quinta Synodo expensum fuit, & à Chr. Lupo in Scholiis & notis ad Canones ejusdem Synodi cap. 1. & 2. illustratum: *Impium enim ea Synodus in suis* (1) *canonibus, & insanientem Theodorum vocat, eosque anathemati subjicit, qui ipsum & impia ejus conscripta defendunt, in quibus*, ait, *tam prædictas, quam alias innumerabiles blasphemias effudit contra magnum Deum & Salvatorem Jesum Christum, & non anathematizant eum, & impia ejus conscripta, & omnes qui suscipiunt, vel defendunt eum, & dicunt orthodoxe eum exposuisse, & qui scripserunt pro eo, & eadem illi sapuerunt, vel scribunt pro eo, vel impiis ejus conscriptis, & eos qui similia illi sapiunt, vel aliquando sapuerunt, & usque*

(1) Can. 4. 5. 6. & 12.

& usque ad mortem permanserunt, vel permanent in tali impietate. Quæ tamen Synodi verba si idem Lupus attendisset, non negasset, in eadem Synodo anathematizatos fuisse etiam eos qui Theodoro anathema non dicerent. Sic enim scribit (1) cap. 2. *Recte tamen dixere, Origenistas & Acephalos fuisse duos titiones dolose invicem junctos ad Synodi Chalcedonensis auctoritatem, quasi sub defensionis & purgationis fuco, circumscribendam. Liquet ex primo eorum in Theodorum decreto, formato ante Synodum per factionem Theodori Cappadocis. Siquis non anathematizat Theodorum Mopsvestiæ, & ejus dogmata, eosque, qui aut similia ei sapuerunt aut sapiunt, anathema sit. Ejusmodi namque Formulam, [inquit Facundus lib. 3. cap. 1.) in nullius hæretici damnatione meminimus contigisse, ut illi quoque anathema essent, qui anathema ei non dicerent. Siquidem multorum hæreticorum multos & dogmata latent & nomina, qui anathema esse non debent, quoniam non anathematizant eos, quos nesciunt. Edicit & scopum ab ista nimium crudeli formula intentum: ut Synodus Chalcedonensis Catholica non esse firmetur, quæ Theodorum non damnavit, quum ex Ibæ Epistola recitari laudes dogmatum ejus audiret. Et hinc Formulam probare noluit nostra Synodus, sed temperavit in hæc verba: Siquis defendit Theodorum &c. anathema sit*. Atqui Synodus Quinta non modo anathema dixit iis qui *Theodorum defendunt aut ejus dogmata propugnant*; sed etiam iis, qui *eundem Theodorum non anathematizant*. Repete Canonem XII. modo recitatum.

Ad Synodum Chalcedonensem quod spectat; vere de Quinta Synodo scribit S. Gregorius Papa ad Episcopos Iberiæ lib. 2. epist. 36. *In Synodo, in qua de tribus Capitulis actum est, aperte liquet, nibil de fide esse convulsum, vel aliquatenus immutatum, sed de quibusdam solummodo personis est illic actitatum, quorum una* (Theodorus scilicet Mopsvestenus) *cujus scripta evidenter a rectitudine Catholicæ fidei deviabant, non injuste damnata est*. Et ad Secundinum Monachum lib. 7. epist. 57. *Synodus*

(1) Edit. Lovanii ann. 1665. pag. 717. Tom. 1.

dus quæ post Chalcedonensem generaliter facta est idcirco à nobis recipitur, quia ejusdem Synodi in omnibus sequax, honorem illius, auctoritatemque custodit. Et ad Constantium Episcopum Mediolanensem lib. 3. epist. 37. *De illa Synodo, quæ in Constantinopoli postmodum facta est, quæ à multis Quinta nominatur, scire vos volo, quia nihil contra quatuor sanctissimas Synodos constituerit, vel senserit, quippe quia in ea de personis tantummodo, non autem de fide aliquid gestum est, & de his personis, de quibus in Chalcedonensi Concilio nihil continetur, sed post expressos Canones facta contentio, & extrema actio de personis ventilata est.* Demum ad Sabinum Subdiaconum lib. 2. epist. 49. *De personis, de quibus post terminum Synodi Chalcedonensis aliquid actum fuerat, Justiniani temporibus est ventilatum, ita tamen ut nec fides in aliquo violaretur, nec de eisdem personis aliquid aliud ageretur, quam apud eandem sanctam Synodum Chalcedonensem fuerat constitutum.* Hæc quidem fuerat mens Justiniani Imperatoris, eorumque orthodoxorum Præsulum Orientalium, qui ad tria damnanda Capitula Synodum Quintam congregandam curarunt; ut nempe Chalcedonensem Synodum ab hæreticorum dicteriis propugnarent: ea quippe Synodus, uti ajebant hæretici, Theodoretum, & Ibam, Nestorianis erroribus faventes, in Episcopalem communionem susceperat; Theodori quoque Mopsvesteni laudes, in Epistola Ibæ ad Marim Persam contentas, absque ulla censura audierat, quum is Nestorianæ hæreseos parens fuisset. Ad hanc igitur refellendam calumniam, in Quinta Synodo inprimis asserta iterum fuit Synodi Chalcedonensis fides contra Nestorianos & Eutychianos; deinde damnata sunt tria Capitula, quæ eidem Catholicæ fidei adversabantur.

Alia tamen hæreticorum Acephalorum mens erat; aliud in ea Synodo cogenda consilium. Theodoro, Iba, ac Theodoreto damnatis, consequenter damnari putabant Chalcedonensem Synodum, quæ illos admisisset. Ita initium, progressumque hujus causæ narrant Victor Tunumensis, & Liberatus Diaconus: Victor quidem in Chro-

nico ad Consulatum Joannis Gibbi, idest, ad ann. Chr. 499. Anastasii Augusti nonum. *Anastasius Imperator, Flaviano Antiocheno, & Philoxeno Hierapolitano Præsulibus, Constantinopolim Synodum congregat: & contra Diodorum Tarsensem, Theodorum Mopsvestenum cum scriptis, Theodoretum Cyri, Ibam Edessenum, Andream, Eutherium, Cyrum, & Joannem Episcopos, cæterosque alios, qui in Christo duas prædicabant naturas, duasque formas, & qui non confitentur Unum de Trinitate Crucifixum, unacum Leone Romano Episcopo, & ejus Tomo, atque Chalcedonensi Synodo, inferre anathema persuasit*. Ejusmodi scelerata Synodus, agentibus Acephalis, & Severo potissimum atque Philoxeno, cœpit damnare non modo Theodorum, Theodoretum & Ibam, sed & eorum causa Synodum Chalcedonensem, quæ, uti ajebant, hosce Nestorianos in Episcopalem communionem suscepisset; quidquid in contrarium Flavianus ipse Antiochenus, aliique per Syriam & Palæstinam Antistites pro eadem Chalcedonensi Synodo obluctarentur. Liberatus vero in Breviario cap. 23. altius repetit excitatorum eam ob causam tumultuum originem. *Redeunte* [inquit] *Pelagio* Romanæ Ecclesiæ Diacono & Vigilii Pontificis Apocrisiario, *Constantinopolim, Monachi quidam ab Hierosolymis, per quos Pelagius in Gazam transitum habuit, venerunt ad eum in Comitatu, portantes Capitula de libris Origenis excerpta, volentes agere apud Imperatorem, ut Origenes damnaretur cum illis Capitulis. Igitur Pelagius, æmulus existens Theodoro Cæsareæ Cappadociæ Episcopo, volens ei nocere, eo quod esset Origenis defensor, unacum Menna Archiepiscopo Constantinopolitano flagitabat à Principe, ut juberet fieri quod illi Monachi supplicabant, ut Origenes damnaretur, ipsaque Capitula talia docentia. Annuit Imperator facillime, gaudens se de talibus rebus judicium ferre. Jubente eo, dicta est in Origenem & illa Capitula, anathematis damnatio, quam subscribentes unacum Menna Archiepiscopo apud Constantinopolim reperti, deinde directa est Vigilio Romano Episcopo, Zoilo Alexandrino, Ephræmio Antiocheno, & Petro Hiero-*

Hierosolymitano. Quibus eam accipientibus & subscribentibus, Origenes damnatus est mortuus, qui vivens olim fuerat ante damnatus. Facta est (verbis Chr. Lupi in Schol. ad Canones Quinti Concilii utar) *Facta est damnatio ante Quintam Synodum à Menna Patriarcha & Pelagio Diacono* (1) *in Synodo ex Episcopis ob negotia propria in Regia Civitate repertis, qualium Synodorum mos & dignitas sunt abunde superius elucidata. Et quoniam Romani Pontificis ac reliquorum Patriarcharum confirmatio accessit, damnationi nihil defuit ad irretractabilem auctoritatem. Ejusdem confirmatricem legem Justiniani, directam ad Mennam Patriarcham, publicavit D. Cardinalis Baronius. Vere nihilominus addit Cyrillus Monachus: Post hæc quum sancta & œcumenica Quinta Synodus congregata fuisset Byzantii, Origenes & impia de præexistentia & restitutione dogmata, generali fuerunt subjecta anathemati.* Repetitæ in Quinta Synodo damnationis Origenis caussam mox explicat idem Lupus loc. cit. Quid igitur ad hæc Theodorus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, Origenis defensor? Audi Liberatum Diaconum Carthaginensem in Breviario cap. 24. *Reserato aditu adversariis Ecclesiæ, ut mortuus* (Origenes) *damnaretur, Theodorus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, dilectus & familiaris Principum, secta Acephalus, Origenis autem defensor acerrimus, & Pelagio Romanæ Ecclesiæ Diacono æmulus, cognoscens Origenem ab ipso & Menna Patriarcha fuisse damnatum, dolore damnationis ejus, ad Ecclesiæ conturbationem, damnationem molitus est & in Theodorum Mopsvestenum, eo quod Theodorus multa opuscula edidisset in Origenem, exosusque & accusabilis haberetur ab Origenistis, & maxime quod Synodus Chalcedonensis laudes ejus susceperat in tribus epistolis. Cujus, Theodori nempe Mopsvesteni, damnationem memoratus Theodorus Cappadox tali machinatione perfecit. Scribente Principe contra Acephalos in defensionem Synodi Chalcedonensis, accedens idem Theodorus unacum suis satellitibus, qui sub nomine Catholico*

(1) Ea Synodus Constantinopoli habita est circa ann. Chr. 543., decimo nempe ante Quintam Synodum anno.

tholico Acephalis studebant, cum Theodoræ Augustæ favore, Imperatori suggessit, scribendi laborem non eum debere pati, quando compendio possit Acephalos omnes ad suam communionem adducere. Siquidem illi, inquit, hoc offenduntur in Synodo Chalcedonensi, quod laudes suscepit Theodori Mopsvesteni Episcopi, Epistolamque Ibæ, quæ per omnia Nestoriana esse cognoscitur, Synodus ipsa judicio suo pronunciaverit orthodoxam. Qui Theodorus si cum dictis suis, & hac Epistola anathematizatur, tamquam retractata Synodus atque purgata, suscipietur ab eis per omnia, & in omnibus, & sine Pietatis vestræ labore, Ecclesiæ Catholicæ societati, gaudente universali Ecclesia, clementiæ vestræ laus erit sempiterna. Hæc audiens Imperator, & dolum dolosorum minime perspiciens, suggestionem eorum libenter accepit, & hoc se facere promptissime spopondit. Sed rursus illi callida fraude rogaverunt eum, ut dictaret librum ad damnationem trium Capitulorum: quo libro ejus edito, & toti mundo manifestato, dum emendare Princeps erubescit, irrevocabilis causa fieret. Annuit eis Princeps, & hoc se lætus implere promisit. Et relinquens operis sui studium, unum in damnationem trium Capitulorum condidit librum, pro delictis nostris, nobis omnibus notissimum. Pergit Liberatus, utpote trium Capitulorum, unacum Schismaticis Schismaticus ipse defensor, mala quæ ex eorum damnatione in Ecclesiam, uti putabat, invecta enarrans: *Cætera vero, quæ subsequenter in Episcopis & Catholica Ecclesia ab eodem Principe facta sunt, quomodo consentientes Episcopi in trium damnationem Capitulorum, muneribus ditabantur, vel non consentientes depositi, in exilium missi sunt, vel aliqua fuga latitantes, in angustiis felicem exitum susceperunt; quoniam nota sunt omnibus, puto nunc a me silenda. Illud liquere omnibus credo, per Pelagium Diaconum & Theodorum Cæsareæ Cappadociæ Episcopum, hoc scandalum in Ecclesiam fuisse ingressum. Quod etiam publice ipse Theodorus clamitavit, se & Pelagium vivos incendendos, per quos hoc scandalum introivit in mundum.*

Alia

Alia denique mens eorum, qui tam Synodum Chalcedonensem propugnabant, quam acerrimi erant Trium Capitulorum defensores: ac proinde Quintam Synodum, in qua facta fuit Trium Capitulorum damnatio, admittere recusabant. Hi fuere Istrii, Afri, Hispani, & nonnulli Itali, quorum fundamenta, ex quibus adeo pertinaciter Quintam Synodum aversati sunt, duo potissimum Christianus Lupus recenset. Primum quidem erat anterior Ecclesiæ mos neminem in orthodoxæ communionis pace defunctum damnandi post mortem, nec non auctoritas Theodori Mopsvesteni Episcopi, qui celeberrimus olim Dioeceseos Orientalis magister cernebatur, effutiisse quidem locutiones quoad verborum sonum Nestorianas, at credi a plurimis non poterat prava sensisse: *necdum enim exorto* (inquit Facundus) *Nestorio, secura simplicitas loquebatur*. Alterum & principale fundamentum erat, Chalcedonensis & omnium in ipso generalium Conciliorum auctoritas, quam Latini Episcopi, Istrii, Afri, & Hispani, dolosa Acephalorum insinuatione, credebant retractari, & exsufflari. Hinc per Quintam Synodum ajebant maximum Chalcedonensi Concilio præjudicium illatum fuisse, quemadmodum Sanctus Isidorus Hispalensis Episcopus in Catalogo de viris illustribus scribit de Theodoro Mopsvesteno: *Hunc Acephalorum Episcopi in præjudicium Chalcedonensis Concilii, Justiniano Principe compellente, damnare post mortem cum Iba & Theodoreto Episcopis censuerunt: dum constet, eum laudabilium virorum testimoniis clarissimum Ecclesiæ Doctorum fuisse*. Qui vero Quintam Synodum unacum Chalcedonensi admittebant, orthodoxæ nempe Fidei professores, ostendebant, Tria Capitula ad Synodum Chalcedonensem & ad Sancti Leonis Papæ Epistolam Dogmaticam non pertinere; ideoque potuisse retractari, simulque instituta de quibusdam solummodo personis actione, tam Chalcedonensis quam Ephesinæ Synodorum definitiones non modo non violari, sed potius confirmari; quemadmodum ex supra recitatis S. Gregorii Papæ literis, & ex ipsis Quintæ Synodi Canonibus constat.

Quam-

Quamobrem idem Gregorius Pontifex missis ad omnem Ecclesiam nervosissimis Epistolis, Trium Capitulorum adversus Quintam Synodum acerrimos defensores Gallos, Italos, Hispanos, ad Apostolicæ Sedis communionem reduxit. In schismate persliterunt soli quidam Istriæ ac Venetiæ Episcopi cum suo Metropolita Aquilejensi Severo, Eliæ successore: hæsitque ibi malum usque ad S. Sergium Primum, Pontificem, de quo Liber Pontificalis: *Hujus temporibus, Aquilejensis Ecclesiæ Archiepiscopus, & Synodus quæ sub eo congregata est, qui Sanctum Quintum Universale Concilium, utpote errantes, suscipere diffidebant, ejusdem beatissimi Papæ monitis atque doctrinis instructi, conversi sunt, idemque venerabile Concilium cum satisfactione susceperunt. Et qui prius sub erroris vitio tenebantur, doctrina Apostolicæ Sedis illuminati, cum pace consonantis veritati, ad propria relaxati sunt.*

Ita pax in Occidente, Romanorum Pontificum cura ac studio Ecclesiis restituta fuit, dum simul & Synodus Chalcedonensis unacum Ephesina adversus Nestorianam & Eutychianam hæresim, plene integreque, uti prius, admitteretur, & Tria Capitula in Quinto Concilio damnata, utpote Nestorii doctrinam propugnantia, rejicerentur. Secus contigit in Oriente, ipsorum Acephalorum opera. Hi enim quum essent unius in Christo naturæ propugnatores, atque adeo aperti Synodi Chalcedonensis hostes, damnatis Theodoro, Iba, ac Theodoreto, consequenter damnatam volebant eam Synodum, quæ illos admiserat. Jam quippe Syri illi, atque Armenii, qui Proclum circa Theodori scripta consuluerant, quique Tomum ejusdem Procli adversus Nestorianos errores conscriptum susceperant, a via veritatis deflectentes, dum Nestoriana dogmata acriter aversantur, in contrariam Eutychianam hæresim inciderant a Monophysitis Barsuma Archimandrita, Severo Antiocheno, Philoxeno Hieropolitano, & Jacobo Baradæo seducti: quemadmodum ex Chronico Patriarcharum Syrorum Jacobitarum, & ex Annalibus Patriarcharum Armenorum alibi est a nobis adnotatum. Theo-

Theodorum itaque, Acephali illi dicebant, *laudatum & probatum in variis magnorum Episcoporum Epistolis, admissis a Synodo Chalcedonensi: Ibæ siquidem Edesseni Metropolitæ ad Marim Persam Epistola prius per Berytensem, deinde per Chalcedonensem Synodum discussa & probata arguit Rabulam Ecclesiæ Edessenæ Episcopum, quod fidei occasione laceraret non vivos tantummodo, sed & in Domino mortuos, eosque inter beatum Theodorum, veritatis prædicatorem & Doctorem Ecclesiæ, qui in vita sua cecidit hæreticos, & post mortem spiritualia arma in suis opusculis, Ecclesiæ dereliquit. Et Joannes Patriarcha Antiochenus in literis ad Sanctum Proclum Episcopum Constantinopolitanum, ejus ad Armenios Tomi confirmatoriis, laudatisque & probatis a Synodo Chalcedonensi in Relatione seu Allocutione ad Principem Marcianum, beatum Theodorum mire extollit, tamquam præstantissimum Orientalium Ecclesiarum per quadraginta quinque & amplius annos Magistrum, Theodosio Augusto seniori carissimum, a Flaviano Patriarcha Antiocheno in sacris dogmatibus enutritum, graviterque queritur, a nescio quibus, volentibus conturbare Ecclesias, calumniis gravari. Et laudatus Proclus in literis ad dictum Joannem, probatis item a Synodo Chalcedonensi, ait: Quando ego scripsi tuæ sanctitati oportere Theodorum anathemati subdi? Purgat se a rumore, quo, ob damnata in suo ad Armenios Tomo quædam Capitula, ferebatur etiam Theodorum, ex cujus illa excerpta videbantur, velle damnare. Has, inquiebant, tres Theodori laudatrices Epistolas probavit Chalcedonensis Synodus: ideoque Theodori damnatio credebatur ab eis ipsarum Epistolarum ipsiusque Synodi damnatio.* Hoc ipsum esse ajebant, quod Theodoretus Cyri, & Ibas Edessæ Præsules in Synodo Chalcedonensi sunt suscepti, quamquam in Sanctum Cyrillum, ejusque duodecim Capitula, ac Ephesinam Synodum pessime sint quidem antea obloquuti, postea tamen in eadem Chalcedonensi Synodo Nestorianam hæresim palam detestati. Sed de his, quæ occasione Tomi Procli ad Armenios, Triumque in Quinta Synodo

Ca-

Capitulorum in Oriente consequuta sunt, dissidiis, æquum Lectorem ad Ecclesiasticam Historiam remitto.

CAPUT IV.

De S. Gennadio Patriarcha Constantinopolitano.

Gennadius ex Presbytero Constantinopolitanæ Ecclesiæ post Anatolii obitum, anno Chr. 458. Patriarcha Constantinopolitanus constituitur: *Vir* (uti de eo scribit Gennadius Massilienses in lib. de Scriptor. Eccles.) *lingua nitidus & ingenio acer, tam dives ex lectione Antiquorum fuit, ut Danielem Prophetam ex integro ad mortem commentatus exponeret. Homilias etiam multas composuit.* Quæ interciderunt. De ipso in Excerptis Theodori Lectoris hæc leguntur. „ Mortuo Anatolio, „ Gennadius Presbyter Ecclesiæ Constantinopolitanæ in „ ejus locum substituitur, simul nominato quorumdam „ suffragiis Acacio Orphanotrophii Præposito. Porro „ Gennadius Œconomum Ecclesiæ constituit Marcianum, „ qui ex Catharorum secta ad Ecclesiam Catholicam „ confugerat. Hic simul atque Œconomus factus est, de„ crevit, ut quæ in unaquaque Ecclesia offerebantur, „ Clerici ejusdem Ecclesiæ acciperent: quum ad id tem„ pus magna Ecclesia, universa accipere soleret .... „ Hic Gennadius neminem ordinabat, qui Psalterium „ non sciret memoriter ... Quum vero noctu, orandi „ gratia, ad Altare descendisset, dæmoniacum quoddam „ spectrum vidit. Quod quum objurgasset, audivit il„ lud exclamans in hæc verba: seipso quidem supersti„ te, quiescere; postea vero Ecclesiam vero vastaturum. „ Quod metuens Gennadius, quum Deum ardentissime „ precatus esset, paulo post e vita discessit „: Anno nempe Christi 471. quem Acacius excepit, schismatis de nomine suo appellati famosus auctor. Ex sorore nepotem Gennadius habuit *Macedonium*; qui postea ad Sedem Constantinopolitanam anno 496. evectus est, fuitque hujus nominis Secundus, & a Græcis colitur die 25. Aprilis: de quo

quo hæc Theodorus Lector : *Porro hic Macedonius erat summæ districtionis & sanctitatis , utpote educatus sub Gennadio , cujus etiam nepos ex sorore fuisse dicitur* . Gennadium quoque Græci colunt die 17. Novembris in hæc verba : *Eadem die Sanctus Gennadius Patriarcha Constantinopolitanus , in pace consummatur* : additis hisce versibus :

Ὁ Γεννάδιος ἦυρε τὴν ἐδὲμ στέφος,
Φανεὶς νοητὴν πρὸς παλαίστραν γεννάδας.
Reperit coronam Gennadius aulæ poli ,
Qui se palæstra strenuum mentis probat .

Iterum in Menæis fit ejusdem S. Gennadii commemoratio ad 25. Augusti , sic : *Memoria Sanctorum Patrum nostrorum Gennadii & Joannis , Archiepiscoporum CP*. Et in Menol. Basiliano. *Memoria SS. PP. NN. Gennadii , Joannis , Stephani , & Mennæ , Archiepiscoporum CP*. Quod autem apud Bollandianos ad 25. Aug. de S. Gennadio §. 1. dicitur . *Martyrologium Arabico-Ægyptiacum, a Gratia Simonio pro nobis ex Arabico Latine redditum*, sic eum refert hac die : *Memoria SS. Gennadii & Joannis Episcoporum Civitatis Reginæ urbium* : Hoc , inquam, cave intelligas de Martyrologio Arabico , quo Copti utuntur : nam in illo nulla fit Gennadii , utpote qui Synodum Chalcedonensem adversus Monophysitas propugnavit, memoria ; sed id designat Martyrologium Arabicum , quod Syri Maronitæ atque Melchitæ usurpant . Gennadium autem egregiam operam fidei Catholicæ adversus Timotheum Ælurum , & Petrum Fullonem navasse , ex Theophane ac Theodoro Lectore ostendunt laudati Bollandiani Patres §. 2. & 4.

Quod igitur Gennadius adhuc juvenis ante Synodum Chalcedonensem adversus S. Cyrilli Capitula scripserat , postea non modo emendavit , sed etiam acerrimus tam ipsius, quam Ephesinæ Synodi propugnator adversus Nestorianos , & Eutychianos fuit . Facundus Episcopus Hermianensis provinciæ Africanæ , libros 12. direxit ad Justinianum Imperatorem pro defensione Trium Capitulorum , ubi famosum Gennadii scriptum contra S. Cyril-

lum laudat, in quo is acri ac mordaci ſtylo [Ibæ inſtar, ac Theodoreti] in eundem Cyrillum invehitur, quod putaret, ſanctum virum, dum contra Neſtorium ſcriberet, in errorem Apollinaris incidiſſe. Verba Facundi lib. 2. cap. 4. hæc ſunt. „ Quale vero illud eſt, „ quod jactant, ideo ſe damnaſſe hanc Epiſtolam, quod „ ejus conſcriptor videatur in ea de beato Cyrillo quod „ male ſenſiſſet, quum ſcripſerit adverſus eundem Sanctum Cyrillum, & XII. ejus Capitula beatæ quoque „ memoriæ Gennadius hujus regiæ Civitatis Epiſcopus, „ nec ab iſtis reprehenſus in hac condemnatione denominetur, qui multo vehementius & contumelioſius „ eum in ſua reſponſione tractavit? Nam ſic adverſus „ eum dixit „ Væ mihi a malis. Heu, heu! Unde enim „ quiſquam in præſenti aliunde ſumat exordium? Quales Cyrilli Ægyptii, & quantas blaſphemias audivi! „ Quis revera det capiti meo aquam, & oculis meis „ fontem lacrymarum? & plorabo iſtud die & nocte: quoniam extendit lingua ejus mendacium, & non fidem: „ confortatus eſt ſuper terram. Ex certo pax peccatoribus deceptio: propter hoc enim obtinuit eos, inquit, ſuperbia eorum in finem: cogitaverunt & loquuti ſunt in malignitate: iniquitatem in altum locuti „ ſunt: poſuerunt in cœlo os ſuum, & lingua eorum „ tranſivit ſuper terram. Pſalmiſtæ iſta ſunt. Væ malo Alexandriæ, familiari ejus, & proprio jam iſti „ ſecundo. Quæ corrupta ploremus, quæque corrumpit. „ Ex toto jam myſterium iniquitatis, & vereor, ne forte numquam, qui tenet, de medio fiat .... Quid „ enim minimum, aut quid mediocre in illis? Omnem „ ſupereminentiam blaſphemiæ jaculatus eſt adverſus ſanctos Patres, adverſus eorum priores Apoſtolos, adverſus ipſum Salvatorem, in reſurrectionem meditatus eſt. „ Aſſumptam quidem humanitatem ex nobis & pro nobis „ injuriat: divinam ejus naturam & impaſſibilem, paſſionibus ſubjacere contendit. *Hactenus Gennadius. Pergit Facundus*: Ecce quanta & qualia Sanctus Gennadius in beatum Cyrillum effudit, & nulla hinc fit no-

„ mi-

„ minis ejus invidia, quoniam ipse non interfuit Chal-
„ cedonensi Concilio . Quin etiam respondens Primo
„ ejusdem S. Cyrilli Capitulo , qui dixit „ Si quis non
„ confitetur Deum esse secundum veritatem Emmanuel,
„ & propterea Dei genitricem Sanctam Virginem , ge-
„ nuit enim carnaliter factum Dei Verbum , anathe-
„ ma sit „ ; ita in eum invectus est : *Anathematiza-*
„ *turus est te Deus* , *paries dealbate* . Et cætera , quæ in
„ eodem opere , si quis volet , inveniet „ : Quæ quum
„ Facundus retulisset , subjungit : Cur igitur in hac ul-
„ tione , sicut dicunt , injuriarum beati Cyrilli , non ma-
„ gis Sancti Gennadii nomen , & pro sui loci auctorita-
„ te , quasi regiæ Civitatis Episcopi , & pro maledictio-
„ num atque contumeliarum magnitudine ventilatur ?
„ Quod si hoc consideraverunt , quoniam talia Genna-
„ dius de Cyrillo non scriberet , nisi dicentis intentio-
„ nem minus intellexisset ; hanc prudentem & piam con-
„ siderationem ego quoque suscipio . Potuit enim & ip-
„ se de Christiana religione , quæ recta sunt credens ,
„ non intellectum beatum Cyrillum bona intentione cul-
„ pare : & bonam damnare intentionem , damnabile cre-
„ diderunt . Quod si hoc etiam consideraverunt , quo-
„ niam si ea , quæ ante centum annos in beato Genna-
„ dio scripta sunt , modo condemnarentur , in reprehen-
„ sione totius Ecclesiæ fieret , quæ hoc ante non fecit;
„ hoc quoque sapienter ac modeste consideratum esse ,
„ siquis sapiens & modestus agnoscet „ . His ex Facun-
do recitatis Bollandiani Patres monent , S. Gennadium
errorem suum postea eluisse , & orthodoxum se probasse.
„ Tillemontius (*inquiunt* §. 1. *num.* 8.) in S. Gennadio
„ pag. 68. dicit , potuisse eum non habere , nisi sensa
„ maxime Catholica , & potuisse tamen Cyrilliana vi-
„ tuperare bona intentione . At vero erronea ipsius sen-
„ sa quomodo tam liberaliter excusari possint ex bona
„ intentione , non concipimus : præsertim si considere-
„ mus virulentam ipsius execrationem , quam evomit
„ contra Capitulum primum , ut modo dictum est ,
„ S. Cyrilli ; maxime si eam scripserit post Concilium

 „ Ephe-

„ Ephesinum : ut alia fortasse plura hujusmodi omittamus; quum addat Facundus, *& cætera, quæ in eodem opere, si quis volet, inveniet*. Credimus facile, Gennadium tunc contra Sanctum Cyrillum fuisse abreptum juvenili quodam impetu; quem forsan etiam accenderit amor erga Nestorium, e sede dejectum: sed errorem suum retractasse, & eluisse Gennadium, persuadent ea, quæ postea egit orthodoxe. Quid, quod alioquin ad Sedem Constantinopolitanam numquam fuisset promotus „. Vero simile mihi videtur, id operis a S. Gennadio tum fuisse conscriptum, quum nondum Joannes Patriarcha Antiochenus, unacum Orientalibus Episcopis, & compluribus magni nominis Clericis & Patriciis Constantinopolitanis, pacem cum S. Cyrillo iniisset.

Ad alia S. Gennadii pergo. Anno Christi 459. habuit Constantinopoli Synodum, quæ *Canonicam Epistolam adversus Simoniacas Ordinationes* condidit, maxime insignem. Exstat Græce & Latine suo ac Synodi nomine hæc *Epistola Encyclia* adversus Simoniam tam in ordinationibus, quam in ordinatis, apud Freherum in Jure Græco-Romano lib. 3. pag. 187. & Tom. IV. Concil. Labb. edit. Parif. pag. 1025. & in Synodico Beveregii Tom. 2. pag. 181. & cum Scholiis Theodori Balsamonis in Canones, edit. Parif. anno 1620. pag. 1084. demum in Orthodoxographis pag. 658. & inde in Bibliothecam Sanctorum translata a Margarino Bignæo] in editionibus Parisiensibus ann. 1575. & 1589. Titulus. Ἐγκύκλιος ἐπιστολὴ Γενναδίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῆς σὺν αὐτῷ ἁγίας συνόδου πρὸς ἅπαντας τοὺς ὁσιωτάτους Μητροπολίτας. *Epistola Encyclia Gennadii Sanctissimi Patriarchæ Constantinopoleos, & sanctæ cum eo congregatæ Synodi, ad sanctissimos omnes Metropolitas*. Additur in vulgatis a Frehero, & Beveregio editionibus; καὶ πρὸς τὸν Πάπαν Ῥώμης, *& ad Papam Urbis Romæ*. Verum, uti recte observat Cl. Lambecius Lib. VIII. Biblioth. Cæsareæ Cod. Ms. 45. pag. 434. & Cod. Ms. 44. pag. 420. *hoc glossema, seu additamentum in præstantissimo hoc Codice ms. Cæsareo (44.) recte deest*: Et superflua quippe est, & a schis-

schismaticis Græcis videtur obtrusa: tum quia occasionem huic epistolæ dedisse narratur simoniaca ordinatio in Galatarum Ecclesiis fieri solita; tum etiam quia ad alias potius Patriarchales Orientis Sedes, quam ad Romanam, Synodicum hujusmodi decretum ex urbe Constantinopolitana dirigi oportuisset. Incipit. Τὸ θεοσεβεστάτῳ συλλειτουργῷ . . . . . Γεννάδιος καὶ ἡ ἐνδημοῦσα τῇ βασιλευούσῃ Κωνσταντινουπόλει νέᾳ Ῥώμῃ ἁγία σύνοδος. ὁ δεσπότης ἡμῶν καὶ θεὸς καὶ σωτὴρ Ἰησοῦς Χριστὸς ἐγχειρίσας τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς τοῦ εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα. *Religiosissimo in sacris comministro . . . . Gennadius & quæ in hac Imperatoria urbe Constantinopoli, nova Roma, nunc adest sancta Synodus. Quum Dominus noster, & Deus, & Servator Jesus Christus, suis Discipulis prædicationem Evangelii credidisset &c.* Citatur Evangelicum effatum. *Gratis accepistis, gratis date:* nec non Canon Synodi Chalcedonensis: *Siquis Episcopus pecuniis ordinationem fecerit, & non venalem gratiam ad venditionem deduxerit, & pecuniis ordinaverit Episcopum, vel Chorepiscopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, vel aliquem eorum qui in Clero numerantur: vel pecuniis provehat Oeconomum, vel Defensorem, vel Paramonarium, vel omnino aliquem ex Clero propter suum turpe lucrum: qui hoc aggressus esse convictus fuerit, de proprio gradu veniat in periculum: & qui ordinatur, nihil ex ordinatione ac promotione, quæ fit instar mercaturæ, juvetur; sed sit alienus a dignitate, vel curatione, quam pecuniis assequutus est. Si quis autem his turpibus ac nefariis lucris sequester, intercessorve apparuerit, is quoque si sit Clericus, a proprio gradu excidat; sin autem Laicus, vel Monachus, anathematizetur.* Subjungitur: *Quoniam tamen his ita aperte prohibitis, quidam sunt in Galatarum Ecclesia deprehensi propter turpe lucrum & avaritiam hæc salutaria & humana præcepta negligere & transgredi, ea quoque ipsa nobis renovare visum est cum sancta Synodo, quæ in hac regnante nova Roma nunc agit: ut sine omni penitus inventione & omni prætextu, callidoque commento, impiam hanc & odiosam, quæ nescio quomodo in san-*

sanctissimas Ecclesias subiit, consuetudinem omnino excindamus. Huic Epistolæ Theodorus Balsamon in fine hæc verba adnectit: Τέτῳ τῷ ἐπιςολιμαίῳ λόγῳ σὺν αὐτῷ δὴ τῷ Γενναδίῳ ὑπέγραψαν κ̀ οἱ ἑβδομήκοντα τρεῖς: *Huic Epistolari sermoni cum ipso Gennadio subscripserunt etiam septuaginta tres*. Quibus verbis recitatis, monet Lambecius Lib. VIII. Cod. 44. *Notandum est, istas subscriptiones in Theodori Balsamonis syntagmate Canonum omnino deesse, quas tamquam superfluas de industria omisit, & generalem earum mentionem sufficere censuit. In editione autem Conciliorum Parisina Labbeana supersunt hæ tantum quinque ex iisdem subscriptionibus*. Gennadius Episcopus Constantinop. novæ Romæ. Joannes Episcopus Metropolis Heracleæ. Anastasius Episcopus Metropolis Ancyræ. Eunomius Episcopus Metropolis Nicomediæ. Petrus Episcopus Metropolis Niceæ. *Quibus subjungitur hæc clausula*: Et alii, quorum nomina exciderunt injuria temporum: *At enimvero, beneficio præstantissimi illius Codicis Ms. Cæsarei, de quo in præsens ex professo agitur, conservatæ adhuc supersunt, non solum omnes septuaginta tres subscriptiones, unacum subscriptione ipsius Gennadii, quæ prima est, atque septuagesima quarta; sed præterea etiam aliæ septem, ita videlicet ut universim sint subscriptiones octoginta & una, eleganter una & eadem pervetusta manu exaratæ, & ipsius Epistolæ synodicæ ac circulari subjunctæ hoc ordine & modo*. Ἐρρωμένος ἐν κυρίῳ ὑπερεύχε ἡμῶν θεοφιλέςατε ἀδελφέ. Αἱ ὑπογραφαί. Γεννάδιος &c. Hactenus Lambecius, qui eas subscriptiones Græce exhibet perinde ac si e Ms. Cæsareo Codice primum illæ edi debuissent. Verum longe ante Lambecium Leunclavius & ex ipso Freherus easdem ipsas subscriptiones Græce & Latine exhibuerant Lib. 3. Jur. Græco-Rom. a pag. 189. ne uno quidem apice mutato, quinimo duabus additis Episcoporum subscriptionibus, itaut universim sint subscriptiones *octoginta & tres*: adeoque vero propius existimo, mendum obrepsisse in Beveregiana editione, & pro, ὑπέγραψαν οἱ ἑβδομήκοντα τρεῖς, legendum, ὑπέγραψαν οἱ ὀγδοήκοντα τρεῖς, *subscripserunt octo-*

octoginta tres. Est tamen notandum, in numero eorum Antistitum, qui unacum Gennadio subscripsere, non paucos esse *Ægyptios Episcopos*, ut puta, Ποιμὴν Κλύσματος, *Poemen Clysmatis*: Πλουσαμμῶν Νικιωτῶν, *Plusammon Niciotarum*: Ἀπολλώνιος Ἀθρίβεως, *Apollonius Athribis*. Ἁρποκρᾶς Τάνεως, *Harpocras Taneos*. Παῦλος Σεβεννύτου, *Paulus Sebeniti*. Φώτιος Βαβυλῶνος, *Photius Babylonis*. Μάξιμος Λιβύης, *Maximus Libyæ*. Proinde tam in superiori, quam in inferiori Ægypto, & in Libya, etiam post inductum Dioscorianum schisma superstites fuisse nonnullos orthodoxæ fidei professores Episcopos, qui anno 459. Synodo Constantinopolitanæ, cum Gennadio interfuere.

CAPUT V.

De Joanne Cappadoce Patriarcha Constantinopolitano.

Victor Tununensis de Timothei hæretici Patriarchæ obitu hæc scribit *Anastasio Augusto, & Agapeto Coss.* [anno scilicet Chr. 517.] *Timotheus Constantinopolitanus Episcopus, obtrectator Synodi Chalcedonensis, quinta die mensis Aprilis occubuit, & Joanni Cappadoci in cella propria atque Presbytero, Episcopatum tradidit*. Joannes proinde a Timotheo designatus fuisse videtur, qui sibi succederet. Theophanes in Chronographia. *Timotheo vero Constantinopolitano Episcopo fatis functo, Joannem Cappadocem Presbyterum & Syncellum, Constantinopolitanum instituerunt Episcopum. Hic ordinatus tertio Paschatis die, Apostolicum induit amictum*. Tertia autem Paschatis dies anno 517. in diem 17. Aprilis incidit. Hunc *Anastasius* (ait Tununensis) *ante ordinationem suam, ut Synodum Chalcedonensem prædamnaret, exigit*. Irrito tamen conatu; tum ob ipsius Joannis constantiam, tum ob populi Constantinopolitani studia, quem Theophanes scribit, *multa importunitate contendisse a Joanne uti Severum anathemate feriret*. Quod Joannes brevi postea præstitit. Post mortem enim Anastasii Imperato-

peratoris, quæ die 9. Julii anno 518. contigit, ſtatim agi cœptum eſt à Joanne de unione Eccleſiæ Orientalis cum Occidentali, deque hæreticis damnandis, & Synodo Chalcedonenſi prædicanda: ut patet ex literis Juſtini Imperatoris, Hormiſdæ Papæ, & ipſius Joannis Patriarchæ, quæ in Labbeana Collectione (1) leguntur. Et *Juſtinus* quidem Imperator ad Hormiſdam Papam in epiſt. dat. VII. *Idus Septemb. Conſtantinopoli*, *Magno V. C. Coſ.* (ideſt anno 518.) ad petitionem Concilii Conſtantinopolitani per Gratum Comitem petit, ut Pontifex ad pacem Orientali Eccleſiæ reconciliandam, & ad lapſos recipiendos, Legatos Conſtantinopolim mittere dignetur: *Joannes* (inquit) *Vir beatiſſimus, hujus regiæ Urbis Antiſtes, & cæteri Viri religioſi Epiſcopi de diverſis locis & civitatibus hic reperti, noſtram ſerenitatem docuerunt pro concordia veram & orthodoxam fidem colentium, proque unitate venerabilium ejus Eccleſiarum, literas tuæ Sanctitati offerendas confeciſſe, ac magnopere poſtularunt, noſtras etiam epiſtolares paginas ſuper hoc ad eam emanare. Quorum petitiones, utpote ſemper unitatis amatores, libenter amplexi, hos divinos apices ad tuam beatitudinem cenſuimus prorogandos. Quibus ſcriptis, deſideriis ſupradictorum Rmorum Antiſtitum ſubvenire, proque Nobis. & Rep., cujus gubernatio noſtræ pietati cælitus credita eſt, ſupernam majeſtatem ſuis orationibus placare dignetur. Ut autem tuæ Sanctitati pacis & unitatis atque concordiæ jura plenius pateſiant, quoſdam religioſiſſimos Sacerdotes pacem amplectentes & deſiderantes, ad ſacratiſſimum noſtrum pervenire diſponat Comitatum. Ob hanc etiam cauſam Gratum V. C. Sacri noſtri Conſiſtorii Comitem & Magiſtrum ſcrinii & memoriæ, direximus, cujus præclaram opinionem multis antea notam habemus temporibus.*

Idem ipſum ad Hormiſdam Papam ſcribit *Joannes* Patriarcha, qui, ut communionem Romanæ Eccleſiæ impetret, mittit libellum, quo fidem Catholicam profitetur, & quatuor Synodos Œcumenicas à ſe ſuſcipi, & ipſius Pontificis

(1) Edit. Pariſ. Tom. IV. a pag. 1460. edit. Venet. Tom. V. a pag. 606.

ficis Hormifdæ ac S. Leonis Papæ nomina in diptychis effe defcripta; Legatos denique, per quos pax conftituatur, deftinandos. „ Domino (*inquit*) & per omnia Dei amatori „ SSmo fratri & comminiftro Hormifdæ Joannes in Domi- „ no falutem. Saluto veftram Sanctitatem, cariffime in „ Chrifto frater, & falutans prædico, quoniam recta fi- „ des falva eft, & caritas fraternitatis firmata eft. Hoc „ Deus folus potens per ftudium Chriftianorum & piiffi- „ morum Imperatorum fieri voluit. Scribere igitur Apo- „ ftolice, & refcripta sufcipere fraterne, Dei amore, „ dignemini. Ego enim inquifibili ratione doctrinam „ Sanctiffimorum Apoftolorum fecundum traditionem San- „ ctorum Patrum tenens, fimiliter honorem confub- „ ftantiali & per omnia Sanctæ Trinitati offero, ficut in „ Nicæa 318. cœtus promulgavit, & in Conftantinopo- „ li 150. conventus firmavit, & in Ephefina 200. fir- „ mavit, & in Chalcedone conventus 630. Patrum fir- „ mavit. *Et paulo poft*. Tantum ad fatisfaciendum fcri- „ pfimus, ut & venerabile nomen fanctæ recordationis „ Leonis quondam urbis Romæ Archiepifcopi, in facris „ diptychis tempore confecrationis propter concordiam „ affigeretur, & veftrum benedictum nomen fimiliter in „ diptychis prædicetur. Ut de omnibus autem fatisfiat „ veftræ Sanctitati (quoniam pacem veftram amplecti- „ mur, & de unitate fanctarum Dei Ecclefiarum curà- „ mus) rogamus vos, pacificos viros deftinare, & ve- „ ftræ dignos Apoftolicæ Sedis, qui debeant fatisfacere, „ & fatisfactionem noftram fufcipere, ut & in hàc parte „ Chriftus Deus nofter glorificetur, qui per vos pacem „ hanc mundo fervavit. „ Acceptis XIII. *Kal. Januarii* (1) *poft Confulatum Agapiti*, (hoc eft, anno Chr. 519.) Juftini & Joannis Patriarchæ literis, Hormifdas Pontifex, commendans (2) utriufque de concilianda pace sollicitudinem, ad Joannem quidem refcribit, gaudens, Concilium Chalcedonenfe & S. Leonis Epiftolas ab eo fufceptas: ad Ecclefiæ autem communionem admittendum

(1) Quemadmodum ad calcem Epiftolæ Joannis Patriarchæ Conftantinopol. legitur: nimirum anno 519. non 518. uti in margine adnotatur.

(2) Epift. 28. ad Juftinum Imp. & 29. ad Jo. Patriarcham.

pollicetur, si nomen Acacii ejusque Sectariorum è diptychis sacris expunxerit. „ Spirituale gaudium (*inquit* „ *Hormisdas Joanni Episcopo Constantinopolitano*) directis „ caritas tua significavit affatibus, docendo, ut Catho- „ licæ religionis disciplinam ordine suo vestri Pastores, „ Deo nostro juvante, receperint. *Et mox*. Dilectionis „ tuæ confessionem gratanter accepimus, per quam San- „ ctæ Synodi comprobantur, inter quas instauratione „ constitutorum omnium Chalcedonense Concilium præ- „ dicastis, & Catholicorum numero adjungi desiderans, „ Sancti Papæ Leonis in diptychis nomen asseveras scri- „ ptum. Ista laudanda sunt, si perfectionis subsequatur „ effectus: quia recipere Chalcedonense Concilium, & „ sequi Sancti Leonis Epistolas, & adhuc nomen Acacii „ defendere, hoc est inter se discrepantia vindicare. „ Quis Dioscorum & Eutychetem condamnans, innocen- „ tem ostendere possit Acacium? Quis Timotheum, & „ Petrum Alexandrinum, & alium Petrum Antiochenum, „ & sequaces eorum declinans, sicut diximus, non abo- „ minetur Acacium, qui eorum communionem sequutus „ est? *Tandem monet Joannem, ut libellum, cujus continentia subter annexa est, ab ipso subscriptum, ad se dirigat. Nam in* (1) *Indiculo, quem Hormisdas Pontifex Legatis suis Germano, ac Joanni Episcopis, Blando Presbytero, Felici & Dioscoro Diaconis, ad Justinum Imp. & Joannem Patriarcham Constantinopolim directis tradidit, sic legitur*: „ Si vero Imperator sibi aperiri vo- „ luerit, quid sit quod ab Episcopo [*Constantinopolitano*] „ fieri postuletis, formam Libelli quam portatis, osten- „ dite. Quod si de anathemate Acacii consentiens, suc- „ cessores ejus dixerit recitandos, ob hoc quod propter „ defensionem Chalcedonensis Synodi, aliqui eorum (2) „ fuerint exilio deportati; insinuabitis, nihil vos de „ Libelli posse forma decerpere, in qua sequaces dam- „ natorum pariter continentur. Sed si eos ab hac non „ potueritis intentione deflectere; saltem hoc acquiesci- „ te, ut

(1) Inter Hormisdæ Epistolam, XXXI, & XXXII.
(2) Nempe Euphemius & Macedonius.

„ te, ut anathematizato ſpecialiter per Libellum, quem „ vobis dedimus, Acacio, de prædeceſſorum ejus nomi- „ nibus taceatur, abraſis eorum de diptychorum inſcri- „ ptione vocabulis. Quo facto Epiſcopum Conſtantino- „ politanum, in veſtram communionem accipite; Libel- „ lum vero vel Epiſcopi Conſtantinopolitani, vel aliorum, „ quos vos ſuſcipere, Deo volente, contigerit, primo „ agite, ut præſente populo recitetur. Quod ſi hoc fieri „ non potuerit, ſaltem in Secretario, præſentibus Cleri- „ cis & Archimandritis, relegatur.

Idem Pontifex, unacum Legatis, duas quoque Epiſtolas ad Joannem Patriarcham tranſmiſit, alteram num. xxxiv. qua Acacium damnandum, & in Legatorum manibus fidei profeſſionem emittendam jubet: alteram num. xxxv. qua eundem hortatur, ut, quum jam fidem Catholicam profiteatur, ipſi potiſſimum de ſtabilienda pace cogitandum ſit, pro qua Pontifex Legatos deſtinavit. Porro exſtat ejuſdem Joannis Patriarchæ Conſtantinopolitani Epiſtola (1) ſeu Libellus, quo Catholicam fidem profitetur, & hæreticos omnes, ac præſertim Acacium, deteſtatur. Inſcriptio. „ Domino meo per omnia „ ſanctiſſimo & beatiſſimo fratri & comminiſtro Hormiſ- „ dæ, Joannes Epiſcopus in Domino ſalutem „ Initium „ „ Redditis mihi literis Veſtræ Sanctitatis, in Chriſto „ Frater cariſſime, per Gratum clariſſimum Comitem, „ & nunc per Germanum & Joannem Rmos Epiſcopos, „ Felicem & Dioſcorum SSmos Diaconos, & Blandum „ Presbyterum, lætatus ſum de ſpirituali caritate Ve- „ ſtræ Sanctitatis, quod unitatem SSmarum Dei Eccle- „ ſiarum ſecundum veterem Patrum requiris traditio-

 nem,

(1) Noluit per modum Libelli, ſed per modum Epiſtolæ ſuam profeſſionem conſcribere. *Dioſcorus* Legatus in Relatione. *Intermiſſa quarta Feria Epiſcopus Conſtantinopolitanus in Palatio ſuſcepit a nobis Libellum, & in primis quaſi tentavit Epiſtolam potius facere, quam Libellum*. Sed non poſt mutua certamina hoc convenit, procemium modicum facere & ſubjungere mox Libellum, quemadmodum Veſtra Beatitudo dictavit. Subſcriptio ab eodem facta eſt, Libello conveniens, ſimiliter & Datarium, cujus exemplaria & Græce & Latine Apoſtolatui veſtro direximus. In altera ſuggeſtione Germani, Joannis, Felicis, Dioſcori, & Blandi. Poſtremo quinta Feria, hoc eſt in Cœna Domini, ad Palatium in generali conventu venit Epiſcopus, & perfecto Libello conſentiens, cum ſumma devotione ſubſcripſit, nimirum die 28. Martii ann. 519.

„ nem, & laceratores rationabilis Gregis Christi animo
„ repulsare festinas. Certus igitur scito, per omnia
„ SS͞me, quia secundum quod vobis scripsi, una tecum
„ cum veritate sentiens, omnes à te repudiatos hære-
„ ticos renuo & ego, pacem diligens. SS͞mas enim Dei
„ Ecclesias, idest, superioris [1] vestræ, & novellæ istius
„ Romæ unam esse accipio, illam Sedem Apostoli Petri,
„ & istius Augustæ Civitatis unam esse definio. Omni-
„ bus actis à Sanctis illis quatuor Synodis, idest, Ni-
„ cæna, Constantinopolitana, Ephesina & Chalcedonensi,
„ de confirmatione fidei & statu Ecclesiæ assentior, &
„ nihil titubare de bene judicatis patior; sed & conan-
„ tes aut enixos usque ad unum apicem placitorum per-
„ turbare, lapsos esse a Sancta Dei generali & Aposto-
„ lica Ecclesia scio, & tuis verbis recte dictis eviden-
„ ter utens, per præsentia scripta hæc dico. Prima
„ salus est, rectæ fidei regulam custodire, & à Patrum
„ traditione nullatenus deviare: quia non potest D. N.
„ Jesu Christi prætermitti sententia dicentis: Tu es
„ Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.
„ Hæc quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus: quia
„ in Sede Apostolica, inviolabilis semper Catholica cu-
„ stoditur religio. De hac igitur fide non cadere cu-
„ pientes, & Patrum sequentes in omnibus constituta;
„ anathematizamus omnes hæreses, præcipue vero Ne-
„ storium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ
„ urbis Episcopus, damnatus in Concilio Ephesino à beato
„ Cælestino Papa urbis Romæ, & à venerabili viro Cy-
„ rillo Episcopo Alexandrinæ Civitatis: & unacum illo
„ anathematizamus Eutychetem & Dioscorum Alexan-
„ drinæ Civitatis Episcopum, damnatos in sancta Syno-
„ do Chalcedonensi, quam venerantes sequimur, & am-
„ plectimur, quæ sequens sanctam Synodum Nicænam,
„ Apostolicam fidem prædicavit: his congiungentes Ti-
„ motheum parricidam, Ælurum cognominatum, ana-
„ thematizamus & hujus discipulum & sequacem in omni-
„ bus Petrum Alexandrinum similiter condemnantes. Ana-
thema-

(1) Quid? si scriptum sit, *Senioris vestræ*?

„ thematizamus similiter Acacium quondam Constanti-
„ nopolitanæ urbis Episcopum, complicem eorum & se-
„ quacem factum: necnon & perseverantes eorum com-
„ munioni & participationi: quorum enim quis com-
„ munionem complectitur, eorum & similem adjudica-
„ tionem in condemnatione consequitur. Simili modo
„ & Petrum Antiochenum condemnantes, anathemati-
„ zamus cum sequacibus suis, & in omnibus suis. Unde
„ probamus & amplectimur Epistolas omnes B. Leonis
„ Papæ urbis Romæ, quas conscripsit de recta fide. Qua-
„ propter, sicut prædiximus, sequentes in omnibus Se-
„ dem Apostolicam, & prædicamus omnia quæ ab ipsa
„ decreta sunt, & propterea spero in una communione
„ vobiscum, quam Apostolica Sedes prædicat, me fu-
„ turum, in qua est integra Christianæ Religionis &
„ perfecta soliditas. Promittentes in sequenti tempore,
„ sequestratos â communione Ecclesiæ Catholicæ, idest,
„ in omnibus non consentientes Sedi Apostolicæ, eorum
„ nomina inter Sacra non recitanda esse mysteria. Quodsi
„ in aliquo à professione mea dubitare tentavero, his
„ quos condemnavi, per condemnationem propriam con-
„ sortem me esse profiteor. Huic vero professioni sub-
„ scripsi mea manu, & direxi per scripta Tibi Hormis-
„ dæ sancto & beatissimo Fratri & Papæ magnæ Romæ
„ per suprascriptos Germanum & Joannem Venerabiles
„ Episcopos, & Felicem & Dioscorum Diaconos, & Blan-
„ dum Presbyterum. *Et alia manu*. Joannes misericor-
„ dia Dei Episcopus Constantinopolitanus novellæ Ro-
„ mæ, hac mea professione consentiens omnibus supra-
„ dictis subscripsi sanus in Domino. Data mense (1) Mar-
„ tio, die 27. Indictione XII., consensu Domini Justi-
„ ni Imperatoris Augusti, Eutharico V. C. Consule.

Alteram ad Hormisdam Papam Epistolam Joannes Patriarcha misit, Ecclesiæ pacem initam esse nuncians, ideoque plurimum eum gaudere jubens. Titulus. *Domino meo per omnia Sancto & Deo amabili fratri & commi-*

(1) Al. die 28. Ind. XII. Consulibus, Domino Justino Imp. Aug. & Eutharico V. C. *hoc est*, anno Chr. 519.

comministro Hormisdæ, Joannes in Domino salutem. Initium. *Quando Deus propria mirabilia in suis operatur*. Laudat *Justinum pium Imperatorem, qui primam suorum certaminum palmam, devicto inimico, evidenter ostendit: secundum virtutis ejus meritum, adunationem Sanctissimis Ecclesiis sapientissime comparavit*. Deinde ad Hormisdam Pontificem conversa oratione: *Gaude itaque in Domino* [inquit] *gaudium tuæ conveniens sanctitati: nam quæ fuerant divisa, conjuncta sunt, & dispersa collecta sunt: & quæ longe erant, sibi invicem adunata sunt: & sicut oportet dicere, & olim scripsi, utrasque Ecclesias tam senioris, quam novæ Romæ, unam esse evidenter intelligens, & utriusque earum unam Sedem recte esse diffiniens, indivisibilem adunationem, & utriusque nostrorum consonam confirmationem cum judicii integritate cognosco*. Vicissim Hormisdas Pontifex data ad ipsum Joannem Epistola VII. *Idus Julii, Eutharico V. C. Cos.* laudibus eum extollit, quod ad unitatem Ecclesiæ redierit, simulque hortatur, ut Alexandrinæ & Antiochenæ Ecclesiæ unionem procuret. *Consideranti mihi* [inquit] *tuæ scripta caritatis, in quibus cum Sede B. Apostoli Petri unam Tibi esse fidem professus es; prophetica libet exclamare licentia: Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum*. Et mox. *An dubium est, cuncta hæc providentiam disposuisse divinam? Primum, eum Principem esse delectum, qui quum se hominum suscepisse videret Imperium, non se oblitus est Deo esse subjectum. Dehinc quod talem fraternitatem tuam Ecclesiæ suæ Præsulem dedit, quem non esset ambiguum, cum Sede nostra, idest Apostolica, certam mansuramque fidei subiturum esse concordiam. Etenim Libello à nobis fidei libenter accepto, quum redintegrationis in Christo fueris avidus, nunquam in prædestinatione divina fuisse à nobis cognosceris alienus*. Et paulo post. *De Antiochenæ quoque atque Alexandrinæ Ecclesiæ statu non supersedeas sollicitus, & clementissimo subinde Principi supplicato, ut in his quoque pacem religiosa ordinatione restituat, quatenus bonis cœptis plenæ cumulum perfectionis adjungat*.

Ter-

Tertiam denique Epiſtolam Joannes Patriarcha ad Hormiſdam Papam ſcripſit, datam *Conſtantinopoli* XIV. *Kal. Februar. Vitaliano & Ruſtico VV. CC. Conſulibus*, hoc eſt, die 29. Januar. ann. Chr. 520. quæ (1) *inſtantem Dominicæ Reſurrectionis diem recte celebrari* XIII. *Kal. Majas*, ideſt, die 19. Aprilis, affirmat. Initium: *Quemadmodum puro corde & caritate ſpirituali apud noſmetipſos habemus te, frater cariſſime.* Et mox. *Hæc operibus oſtendere feſtinamus, vinculum inſolubile ſpirituali caritate ad unitionem Sanctarum Eccleſiarum continentes, quo nec contrariorum ſpirituum ictibus, nec fluctuationibus malorum principis vel veritatis inimici titubare poſſimus, auxiliante nobis Sancta & Conſubſtantiali Trinitate, interceſſione glorioſæ & veræ Dei Genitricis Mariæ: per quæ præcipue nobis, Domine atque Sanctiſſime immobilem permanere oramus noſtrarum veſtrarumque Eccleſiarum ſtatum, nihilominus & inſeparabilem cuſtodire fidei unitionem: potens eſt enim Deus victoriæ palmam ſperantibus in eum ſine certamine condonare. Inſtantis autem Dominicæ Paſſionis numerum, qui veſtris continetur literis, ex repoſitis apud nos diei Paſchalis annalibus recte habere ſignificamus, & nunc ſcrupuloſius requirentes, ſine dubitatione mundi feſtivitatem incolumes nos celebrare* XIII. *Kal. Majarum die optamus: qui eſt proprie nonus decimus dies futuri menſis Aprilis.*

Hæ tres Joannis ad Hormiſdam, quas laudavi, literæ, Latine tantum exſtant: Græce vero & Latine, aliæ duæ habentur in Actis Synodi Conſtantinopolitanæ Anno 536. habitæ ſub Mena, Actione V. Tom. V. Concil. Labb. edit. Venetæ a pag. 1131. una nempe ad *Jo. Hieroſolymorum*, altera ad *Epiphanium Tyri*, miſſæ ab eodem Jo. Patriarcha Conſtantinopolitano una cum Actis Synodi ab ipſo celebratæ anno 518. cujus Synodi Acta accipe.

Poſt-

(1) De hac Joannis Epiſtola loquuntur Legati Sedis Apoſtolicæ Germanus Epiſcopus, Felix & Dioſcorus Diaconus & Blandus Presbyter ſuggeſtione ad Hormiſdam Papam, quæ exſtat inter Epiſtolas ejuſd. Hormiſdæ de rebus Dorothei Theſſalonicen. Epiſcopi, his verbis apud Baron. ad ann. 519. num. 142. *De Paſchali die Veſtra Beatitudo cognoſcat, concordare Orientalium cum Apoſtolica Sede ſententiam ut* XIII. *kal. Maji die feſtivitas celebranda ſperetur, ſicut Joannis quoque Conſtantinopolitani Antiſtitis relatione clarebit.*

Postquam Justinus Imperium adeptus fuit, Populus Constantinopolitanus Ecclesiam ingressus die 15. & 16. Julii ann. 518., magnis clamoribus a Joanne Patriarcha extorserat, ut excommunicatis Nestorianis & Eutychianis, sacrosanctum Chalcedonense Concilium, unacum S. Leonis Papæ, & Epiphanii & Macedonii Episcoporum Byzantinorum nominibus, sacris Diptychis restitueretur; Titulus (1) & initium. „ Quomodo prædicatæ sint „ Synodi. Introitu facto secundum consuetudinem in „ sanctissima magna Ecclesia nostra, die Dominica, xv. „ præsentis mensis Julii, Indictione xi. a Domino san„ ctissimo Archiepiscopo & œcumenico Patriarcha Joan„ ne (sicut non ignorat vestra erga Deum dilectio) dum „ ipse unacum venerabili Clero esset circa ambonem, „ voces factæ sunt a populo dicentes: Multi anni Pa„ triarchæ: multi anni Imperatoris: multi anni Augu„ stæ: multi sint anni Patriarchæ: Quid manemus in„ communicati? per tot annos quare non communica„ vimus? Ex tuis manibus communicare volumus. „ Heus ascende ad ambonem. *Cætera*. His (2) sequu„ tis, sequenti die, quæ est xvi. mensis (3) Julii, fini„ ta memoria prædictorum Sanctorum Patrum, rursus„ que Sancto Introitu a sanctissimo & beatissimo Archie„ piscopo & Patriarcha œcumenico Joanne, statim dum „ ipse appropinquaret amboni, voces a toto populo ve„ nerunt sic. Multi anni Patriarchæ &c. Et quum ipsi „ clausissent portas, & in eisdem acclamationibus per„ manentibus, accipiens Diptycha sanctissimus & beatis„ simus Archiepiscopus & Patriarcha œcumenicus Joan„ nes, jussit ordinari sanctas quatuor Synodos Sanctorum „ Patrum, videlicet in Nicæa congregatorum, & Con„ stantinopoli similiter convenientium sub Nectario san„ ctæ memoriæ, ac in Epheso congregatorum super de„ positione Nestorii, necnon illorum de Chalcedone su„ per dejectione Eutychis, & ejusdem impii Nestorii, „ ordinarique jussit nomina in sancta memoria defuncto„ rum

(1) Concil. Labb. Tom. v. pag. 1147. edit. Venet. (2) Pag. 1151.
(3) Additur *Indict.* xi. sed hoc abest a Græco textu. (4) Pag. 1152.

„ rum Archiepiscoporum hujus regiæ urbis Euphemii, „ & Macedonii, ac etiam Leonis Romani Archiepisco- „ pi „. Quod quum Joannes Patriarcha præstitisset, idque minus legitime factum judicasset, procuravit ut eadem rite, more majorum, in Synodo Patrum agerentur. Post quatuor igitur dies a dictis publicis Actis in Ecclesia habitis, nempe die 20. Julii, Constantinopoli collecta est Synodus Quadraginta Episcoporum ibidem commorantium. In qua principio oblatus est (1) *a Clericis & Monachis Antiochiæ ad Joannem Patriarcham, & Synodum congregatam* libellus contra Severum, cujus Inscriptio: „ Sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo „ œcumenico Patriarchæ Joanni & sanctæ Synodo con- „ gregatæ, supplicatio a Clericis & Monachis Apostoli- „ ci Throni Antiochenæ magnæ Civitatis Catholicæ san- „ ctæ Ecclesiæ Dei. *Initium*. Nunc est, si quando fuit, „ tempus, beatissimi Patres, omnes orbis sanctas Dei „ Ecclesias, tamquam ex uno ore propheticum illud cla- „ mare: Lætentur cœli, & exultet terra, &c. „ Mox lecta est *Relatio synodica ad Johannem Patriarcham*, continens Libellum Monachorum Constantinopolitanæ Civitatis, Quinque Capitula petentium. Titulus (2), & Inscriptio. „ Relatio ad Joannem Patriarcham a Synodo con- „ gregata. Domino nostro sanctissimo & beatissimo Patri „ Patrum, Archiepiscopo & œcumenico Patriarchæ Jo- „ hanni, Synodus in hac Imperiali Civitate congrega- „ ta, in Domino salutem. *Incipit*. Quum Deus omnium „ Dominus, pro commodo orthodoxæ fidei, & stabili- „ tate Catholicæ Ecclesiæ, præterita Dominica, & Fe- „ ria secunda, expleta Missa in sancta Dei Ecclesia hu- „ jus Regiæ urbis, una voce movit innumerabilem & in- „ finitum populum, & hunc divino zelo accendit plu- „ rimum, sedulo petere vestram beatitudinem, ascende- „ re ambonem, & exclamare pro recta fide, pro qua „ semper agonizastis, & agonizatis: Et quum hoc feci- „ stis, factæ fuerunt [ut dictum est] exclamationes plu- „ rimæ ac continuæ populi vos laudantis pro orthodoxa „ fide, & Patres prædecessores vestros expulsos restitui

(1) Pag. 11..

(2) Pag. 1131.

„ expetentis. Quum autem vester (1) Nuncius totum no-
„ stræ examinationi tradiderit, & opportune considera-
„ re mandaverit; necessarium putavimus, quæ sequuta
„ sunt, & a nobis formata, per relationem primum Ve-
„ stræ Beatitudini annunciare, & tunc per vos piissimo
„ & potentissimo Imperatori nostro manifesta statuere.
„ Sunt autem hæc. Vigesima instantis mensis Julii, In-
„ dict. XI. Consulatu Magni clarissimi viri, universus
„ Monachicus ordo hujus Christo amatæ Imperialis Ci-
„ vitatis, qui ex diversis Monasteriis convenit, hic
„ quidem Archimandritarum, alius vero reliquorum,
„ Libellos porrexit huic omni congregatæ nostræ Syno-
„ do, petieruntque ipsos legi, & Capitula in eis con-
„ tenta, examinata a nobis, fini tradere, imo vero sub
„ forma Synodali ponere. Quum itaque ipsos Libellos le-
„ geremus, quos & subordinavimus formæ prædictæ, hæc
„ contineri in ipsis legimus. Primam petitionem Libel-
„ li habent, ut sanctæ memoriæ Euphemius & Mace-
„ donius expulsi & in exilio mortui, juste & canonice
„ revocentur; & tradantur Catalogo prædecessorum Ar-
„ chiepiscoporum in Domino ibidem quiescentium, om-
„ nibus vacuis manentibus, quæ contra ipsos quando-
„ cumque facta fuerunt, ponanturque in sacris Dipty-
„ chis, secundum quod omnis populus & Monachicus
„ ordo sedulo & multum exclamavit &c. Secundum Ca-
„ pitulum in Libellis continebatur, ut qui propter cau-
„ sam prædictorum Patrum [Euphemii dicimus & Ma-
„ cedonii:] damnati fuerunt & fugati, reversi restituan-
„ tur propriis gradibus &c. Tertium Capitulum in pe-
„ titione continebatur, ut pro majori scripturarum au-
„ ctoramento; sancta & magna Synodus 318. Patrum con-
„ gregatorum in Nicæa, qui factum Symbolum fidei de-
„ finierunt & exclamarunt, in quo baptizati sumus &
„ baptizamus, & quæ in Constantinopoli sub Nectario
„ sanctæ memoriæ congregata est, & prædictum sanctum
„ Symbolum 318. Patrum confirmavit, & ea quæ Ephesi
„ similiter confirmavit sanctum illorum 318. Ss. Patrum
„ Sym-

(1) Vester Angelus.

„ Symbolum ; ea quoque , quæ Chalcedone subsignavit „ similiter dictum Symbolum 318.Ss.Patrum, ponantur in „ sacris Diptychis &c. Quartum Capitulum in petitio- „ ne Venerabilium Monachorum continebatur , ut no- „ men sanctæ memoriæ Præsulis Romanorum Leonis, „ in sacris Libris similiter prædicetur &c. Quintum Ca- „ pitulum in ipsis petitionibus continebatur , ut is qui „ ausus fuit contra sanctam Chalcedonensem Synodum „ temere quippiam proferre, aut verba blasphema con- „ tra ipsam effutire, (Severum dicimus, qui Antiochiæ „ inordinate & proterve moratur) anathemati subjicia- „ tur &c. Hæc a nobis approbata & formata ad sanctum „ Nuncium tuæ Beatitudinis festinavimus , exaravimus, „ & propria manu subscripsimus &c. „ Post Quadragin- ta Episcoporum subscriptionem, adjectus est (1) ibidem Monachorum *Libellus* ad eosdem Episcopos & Synodum Constantinopoli congregatam , qui sic incipit : *Cura equidem erat Vestræ Sanctitati rectæ fidei , & alterius boni ordinis sanctissimarum Ecclesiarum etiam ante nostram petitionem novam &c.* Continet autem quinque memoratas in Synodo eorum Monachorum petitiones , & adjectas habet exclamationes & Acclamationes , quæ in Ecclesia die 15. & 16. Julii ad Joannem Patriarcham a populo facta fuerunt.

His constitutis Joannes Patriarcha omnes Orientis Episcopos de omnibus per literas ad eos missas certiores reddidit. Exordium literarum ad *Joannem* Archiepiscopum (2) Hierosolymorum est : *Christus Deus noster.* Ejusdem argumenti Literarum ad Epiphanium Tyri Episcopum initium : *Deus qui omnia ad utilitatem desuper dispensat* . Quæ in Constantinopolitana Synodo digesta sunt contra inimicos veritatis, *manifesta facere* (inquit) *religiosissimis & ejusdem fidei comministris, & Monachis, ac Christi amantissimis populis , sicut certe teneris , stude Dei amantissime*. Subjunguntur *Rescripta Joannis* Hierosolymorum, & *Epiphanii* Tyriorum Præsulum . Et Joannis quidem unacum Synodo trium Palæstinarum Synodica

(1) Pag. 1139. (2) Pag. 1158.

dica (1) incipit: *Quoniam duplex est lacrymarum motus, alter quidem, qui in dolorem fert; alter vero qui in lætitiam*. Synodica (2) autem *Epiphanii*, & qui sub Tyria Metropoli sunt, Antistitum: *Benedictus Deus pacis Dominus, qui misit nobis honorabilem literam Vestræ Sanctitatis*. His adjecta est *Synodica* (3) *Episcoporum secundæ Syriæ, ad Joannem Patriarcham & Synodum Constantinopolitanam*: quæ incipit: ὅταν ἀποβλέψωμεν πρὸς τὴν φορὰν τῶν περιστοιχισάντων ἡμᾶς χαλεπῶν. *Quum aspeximus ad multitudinem malorum quæ nos circumdederunt*. Ei inseruntur documenta de delictis *Severi* Antiochiæ, & *Petri* Apameæ Antistitum hæreticorum. Quæ tamen omnia post obitum Joannis Patriarchæ, qui die 25. Februar. ann. 520. contigit, Constantinopolim delata fuisse videntur ad *Epiphanium* ejusdem Joannis successorem: qui proinde, acceptis iis documentis, unacum Synodo Constantinopolitana sententiam tulit contra Severum & Petrum, cujus (4) initium. *Sancta Synodus dixit: Licet quid novius fuerit, quod a venerabilibus Prioribus venerabilium Monasteriorum petitum est, tamquam pro sanctissimis Ecclesiis porrectum; dimittere omnino nos oportet, & ipsorum pio zelo communicare & convenire*.

Ita, schismate Acaciano, atque hæresi Eutychiana, quæ sub Imperatoribus Zenone, Basilisco & Anastasio ab anno circiter 474. usque ad ann. 518. in Oriente obtinuerant, Hormisdæ Papæ, Joannis Patriarchæ Constantinopolitani & Justini Imperatoris opera studioque extinctis, pax Orientalibus Ecclesiis est restituta. Duo tamen sunt observanda in hac Ecclesiæ Orientalis cum Romana inita concordia.

Primum: quod S. Hormisdas Papa non solum ab Orientalibus exegit, ut Acacius nominatim damnaretur, sed etiam ut a sacris Diptychis nomina Euphemii & Macedonii Byzantinorum Episcoporum expungerentur. Hæc sunt Hormisdæ verba „ in Indiculo, quem acceperunt „ Legati Apostolicæ Sedis. Quum Deo propitio partes „ Orientales fueritis ingressi. *Et post pauca*. Si vero Im-„ pe-

(1) Pag. 1159. (2) Pag. 1166. (3) Pag. 1183. (4) 1226.

„ perator sibi aperiri voluerit, quid sit quod ab Episco-
„ po fieri postuletis; formam Libelli, quam portatis,
„ ostendite. Quod si de anathemate Acacii consentiens,
„ successores ejus dixerit recitandos ob hoc, quod pro-
„ pter defensionem Chalcedonensis Synodi aliqui eorum
„ [*nempe Euphemius & Macedonius*] fuerint exilio de-
„ portati; insinuabitis nihil vos de Libelli posse forma
„ decerpere, in qua sequaces damnatorum pariter con-
„ tinentur. Sed si eos ab hac non potueritis intentione
„ deflectere; saltem hoc acquiescite, ut anathematizato
„ specialiter per libellum, quem vobis dedimus, Aca-
„ cio, de prædecessorum ejus nominibus taceatur, ab-
„ rasis eorum de Diptychorum inscriptione vocabulis.
„ Quo facto, Episcopum Constantinopolitanum in ve-
„ stram communionem accipite „. Jussa Pontificis ada-
mussim sequutus Joannes Patriarcha, Acacio quidem spe-
cialiter per Libellum anathematizato, nomina Euphe-
mii & Macedonii prædecessorum suorum reticuit; eorum
tamen vocabula de Diptycorum inscriptione per Legatos
Sedis Apostolicæ abradi permisit; quamquam idem ipse
eorumdem Euphemii & Macedonii nomina die 16. Ju-
lii ann. 518. in Diptycha retulit. Audiatur Dioscorus Sedis
Apostolicæ Legatus in Suggestione (1) ad Pullionem Sub-
diaconum: „ Intermissa Quarta Feria (2) Episcopus Con-
„ stantinopolitanus in Palatio suscepit a nobis Libellum,
„ & in primis quasi tentavit Epistolam potius facere,
„ quam Libellum. Sed non post multa certamina hoc
„ convenit, procemium modicum facere, & subjunge-
„ re (3) mox Libellum, quemadmodum Vestra Beatitu-
„ do dictavit. Subscriptio ab eodem facta est, Libello
„ conveniens, similiter & Datarium, cujus exemplaria
„ & Græce & Latine Apostolatui vestro direximus. Post
„ factum Libellum nomen Acacii de Diptychis est de-
„ letum, similiter & Phravitæ, Euphemii, Macedonii,
„ & Timothei: & non solum hoc in ipsa sola Ecclesia,
„ in

(1) Tom. v. Concil. Labb. edit. Venet. pag. 625.
(2) Hebdomadæ Majoris anni Chr. 519.
(3) Vide Epistolam Jo. Patriarchæ, quæ incipit: *Redditis mihi literis Sanctitatis Vestræ*. Tom. v. Concil. Labb. pag. 62.

„ in qua Episcopus manet, verum etiam per omnes Ec-
„ lesias cum grandi diligentia, Deo adjutore, suggeri-
„ mus fuisse factum. Similiter deleta sunt de Diptychis
„ Zenonis & Anastasii nomina. Episcopi diversarum Ci-
„ vitatum, quanti inventi sunt, Libellum similiter ob-
„ tulerunt; & cum grandi cautela suggerimus custodi-
„ tum, ne quis nobiscum communicaret Episcopus, qui
„ Libellum primitus non dedisset. Pari modo & omnes
„ Archimandritæ fecerunt „. Ægre tamen ab Orientalibus quoad Euphemii & Macedonii nomina id fuisse factum, constat ex iis quæ postea contigerunt sub Epiphanio Joannis Constantinopolitani Antistitis successore. Justinus quippe Imperator, postquam Libellos supplices ab variarum Orientis Ecclesiarum Episcopis accepisset, eorum exemplaria per Joannem Episcopum aliosque Legatos ad Hormisdam Papam misit, scripsitque ad eundem Epistolam, datam *Idibus Sept. Chalcedone, Rustico U. C. Cos.* (idest anno Chr. 520.) *Acceptam prid. Kalend. Decemb. Consule suprascripto*. Incipit: *Quo fuimus semper, & quo sumus studio pro conciliandis sententiis Catholicam fidem colentium, ut eodem animo cuncti venerentur numen individuum Trinitatis, palam fecisse dignoscimur: nunc Legatum ad Vestram Beatitudinem ultro ob hoc ipsum dirigentes Gratum virum sublimem Magistrum scrinii, quo remedium tandem reperiatur discordiis varia cunctantium, nunc prono libentique suscipientes affectu viros religiosissimos, quos interventores unitatis vestra Sedes Apostolica credidit destinandos*. Dissidium potissimum erat de Euphemio & Macedonio, Constantinopolitanis quondam Patriarchis, quorum memoria apud Orientales in benedictione erat: Pergit itaque Justinus Imperator. *Profecto enim, tamquam ipsam pacem, & jucundis oculis eos aspeximus, & extensis manibus duximus amplectendos: quinetiam omni intentione ordinavimus, ut venerabilis Ecclesia Constantinopolitana, nec non complures aliæ vota suscipiant vestra, non solum in cæteris, sed in auferendis etiam nominibus ex sacris Diptychis, quæ removenda maxime postula-*

stulastis. Verum nonnullæ fuerunt urbes & Ecclesiæ tum Ponticæ, tum Asianæ, & præcipue Orientales, quarum Clerici, & populi, omnibus pertentati minis & persuasionibus, tamen nequaquam flexi sunt, ut tollant Antistitum & repellant nomina, quorum opinio apud eos floruit; sed morte vitam duriorem æstimant, si mortuos condemnaverint; quorum gloriabantur vita superstitum. Quid igitur faciamus hujusmodi pertinaciæ, quæ nec dicto audiens existit, & tormenta in tantum despicit, si corpore prius, quam religioso desistat consilio? Nobis quidem videtur opus esse mollius agendi & clementius: quæ si non in tua sanctitate, jam nec in alio poterunt inveniri. Nam neque sanguinis & suppliciorum cupidi [quod dictu etiam grave est] Libellum suscepimus, neque ut parvo discrimine remaneant imperfecta concordiæ desideria, sed ad propagandam quo possumus ordine conjunctionem membrorum Ecclesiæ. Utrum itaque præstantius erit, minorum gratia in totum esse nobis adjectas tantas multitudines, an concessis exiguis & remissis, majora & omni ratione quærenda corrigi, ut quæ non licuit per omnia saltem ex necessariis partibus allegentur? Veniam itaque nominum postulamus, non Acacii, non utriusque Petri, non Dioscori, vel Timothei, quorum vocabula ad nos datæ tuæ sanctitatis Epistolæ continebant, sed quos in aliis celebravit Civitatibus Episcopalis reverentia: & hoc exceptis urbibus, ubi Vestræ Beatitudinis Libellus jam in plenum admissus est: nisi hanc quoque partem benevolentia statuerit vestra mitius corrigendam. Verum nec judicio caret Sedis Apostolicæ, ut non magis venia dicenda sit, quam deliberata jam ac perspecta definitio. Anastasius quidem religiosissimæ memoriæ, vestræ culmen Ecclesiæ palum aperteque constituit, quum hoc idem scriberet negotium Prædecessori nostro [Anastasio Imperatori] *satis esse, pacem affectantibus, si nomen tantum reticeatur Acacii. Ergo priora vestræ Sedis constituta sequitur, qui non omnes memorias mortuorum judicat contemnendas; ut indignum habeatur & incongruum, si non placidior omnibus non solum defunctis, sed etiam superstitibus vestra divul-*

divulgetur in omni fine terrarum lenitas . Hæc Justinus Imperator . In eandem sententiam scripsere ad Hormisdam Papam Epiphanius Episcopus Constantinopolitanus, & Justinianus tunc Vir Illustris , nondum Augustus Imperator : & Epiphanius quidem in Epistola , quæ *accepta* dicitur *Prid. Kalend. Decemb. Rustico U. C. Cos.* idest , anno Chr. 520. cujus Inscriptio & initium (1) . *Domino per omnia sancto ac beatissimo fratri , & comministratori Hormisdæ , Epiphanius Episcopus in Domino salutem . Quantam habuimus alacritatem nos quoque & piissimus & christianissimus Imperator unacum fidelissima & in omnibus bonis florentissima Conjuge sua circa rectam & puram sanctarum Ecclesiarum unionem , & quemadmodum cum caritate Dei qua nos decebat , destinatos a vobis sanctos Episcopos & religiosos suscepimus & venerandos habuimus Clericos ; existimamus quidem , & ante ex his quæ* (2) *acta sunt , satisfactum Vestræ Beatitudini* . De tolerandis in Diptychis Episcoporum orthodoxorum nominibus , qui , durante Acacii schismate , vita functi erant , hæc ad Hormisdam suggerit . *Quemadmodum per Dei gratiam & fidelissimorum Principum nostrorum , Constantinopolitanæ Civitatis nostra Ecclesia pacifice est gubernata , & nomina eorum inter sacra non sunt recitata mysteria , quæ Sedi vestræ profana cognovimus ; sed quatuor Conciliorum pro recta fide consonantia prædicatur , & hoc ipsum omnibus sacrorum Diptychorum recitatione manifestum est . Annuncient igitur vobis , quia non pauci nobis subjecti Sacerdotes , nec rursus sub eorum ordinatione Episcoporum parva est subdita multitudo , quæ bonum hujus cæptæ unitionis amplectitur ; Vestra etiam Sanctitas cognoscat istius se generalis boni & Principem & inceptorem nihilominus constitutum . Unde fortiter ad vigilandum Beatitudo Vestra laudum est stimulis excitanda , ne id , quod divina in honorem vestri cæperat ordinare misericordia , non ad plenum ita ut condecet communis unitas pervenire videatur . Diligentius autem de*

(1) Tom. v. Concili Labb. Venet. pag. 663.

(2) In Epist. Epiph. ad Hormisdam , cujus init. *Deus qui in alto habitat*. Tom. v. Concil. pag. 666. & apud Baron. ann. 520. num. xxx.

de his fideliſſimi & piiſſimi noſtri Principes de ſanctarum Dei Eccleſiarum unitate & concordia gaudentes, ad Veſtram mandaverunt Beatitudinem ſupplicationes a plurimis ſanctis Sacerdotibus ſuſcipientes, tam Ponti, quam Aſiæ provinciæ, & maxime Orientis, apud quos nomina quondam Sacerdotum ſuorum tacere difficile & impoſſibile eſſe videtur; tantaque eorum obſtinatio eſt, ut omnes periculum pro tali facto parati ſint ſubſtinere. Igitur præcedentes omnes circa pacis ſtudium neceſſarium cauſas conſiderantes: quia per ſolam iſtam humilitatis viam, communem omnibus unitionem & ſalutem invenimus, interrogantes, ſicut dictum eſt, & ſatisfacientes vobis ab illis, qui a nobis in hoc negotio ſunt deſtinati, cauſam cum pacifica, qua vos decet, gubernatione diſpenſetis; nam dum una utraque ſit Eccleſia; proculdubio & bona, quæ per vigilantiam eveniunt, communis exinde laudis gloria utriuſque Patriarchalibus Sedibus rimatur, ut conſuete omnium Dominus & conditor Chriſtus verus Deus noſter magnificetur. De his autem omnibus ſummo vobis ſupplicentur effectu Joannes ſanctiſſimus Epiſcopus, multos nobis cum ſudores in præſenti deponens certamine, & Heraclianus Reverendiſſimus Presbyter ſanctæ noſtræ majoris Eccleſiæ, & cohabitator noſter, & Conſtantinus Reverendiſſimus Diaconus ejuſdem majoris Eccleſiæ, per quos & noſtra Synodalia ſecundum Eccleſiaſticas Veſtræ Beatitudinis ordinavimus Leges. Nimirum, *Acta Synodica* de ordinatione ejuſdem Epiphanii, quæ (1) incipiunt: *Innumerabilem & ininveſtigatam magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſapientiam.* Cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum viginti: & ipſius Epiphanii de ſua Electione ad eundem Hormiſdam *Epiſtola*, unacum *Fidei Profeſſione*, quæ (2) incipit: *Deus qui in alto habitat.*

Hoc ipſum, quod Epiphanius, Juſtinianus quoque ab Hormiſda petiit *Epiſtola*, *accepta* xv. *Kal. Octob. Ruſtico V.C. Coſ.* quæ (3) incipit: *Domino noſtro Jeſu Chriſto favente*: in qua rogat, ut in diptychis relinquantur Epiſco-

(1) Tom. v. Concil. pag. 656. (2) Tom. cit. pag. 666.
(3) Tom. cit. pag. 667. & apud Baron. ann. 520. num. 35.

porum in fide Catholica defunctorum nomina: *Quia* (inquit) *prosperos cursus frequenter impedire festinat humani generis inimicus, pars Orientalium non exiliis, nec ferro flammisque compelli potest, ut Episcoporum nomina post Acacium defunctorum condemnet: quæ difficultas generali concordiæ moras nectit. Sanctitas itaque Vestra cælitus inspirata, temporum rerumque qualitatem consideret, & condemnatis hujus erroris auctoribus, idest, Acacio Constantinopolitano, Petro, & Timotheo Æluro & Dioscoro Alexandrinis, Petroque Antiocheno, finire dignetur inveteratum certamen; de cæterorum nominibus quæstione sopita, ut redimatis plebem de sanguine, quam Deus noster regendam commisit; ac non persecutionibus ac cruore, sed patientia Sacerdotali populum Domino nostro concilietis; nec dum volumus animas lucrari, & corpora multorum perdamus & animas. Errores etenim diuturnos lenitate clementiaque convenit emendari; præcipue quia Vestræ* Beatitudinis *Prædecessores sæpissime voluerunt Reipublicæ nostræ Antistites ad suam revocare communionem, si tantummodo taceretur Acacius, cæterique prædicti. Non est ergo grave quod suasit vestra Sedes: ut præstet illud etiam magis magisque deposcimus, ut tua Sanctitas concepta gratia cælesti, quæ prætendunt Orientales Episcopi, tractare dignetur, eorumque fidei competentem præbere consensum.*

Ex his literis constat, in Constantinopolitana quidem Ecclesia quandiu Joannes & Epiphanius Episcopi vixere, abrasa fuisse è diptychis *Euphemii & Macedonii* nomina; non tamen in Ecclesiis Ponti, Asiæ, & Orientis. Quid autem Hormisdas Pontifex ad acceptas Epiphanii, Justini, ac Justiniani literas responderit, apparet ex iis, quæ rescripsit ad Justinum Imp. Epistola data VIII. *Kal. Apr. Valerio V. C. Cos.* (idest anno Chr. 521.) cujus (1) initium: *Scio quidem, Venerabilis Imperator*: quam recitat Baronius ann. 521. num. VII. *In ea* (ut verbis utar „ Pagii ad eund. ann. 521. num. XIV.) pluribus Impera„ toris pietatem, & in pace Ecclesiæ procuranda stu„ dium

(1) Tom. V. Concil. edit. Venet. pag. 680.

„ dium commendat; ſed in priori ſententia perſtat, & „ petita ſe minime concedere poſſe ſcribit. Ut autem „ Anaſtaſii Papæ exemplo, cujus auctoritate urgebatur, „ tacite reſpondeat, ait, mala quæ ex eo tempore emer- „ ſere, vix locum aliquem permittere lenitati & diſpen- „ ſationi. *Nec*, [inquit] *auſteriorem me quiſquam dicat* „ *eſſe prioribus; nec adhortatio alicujus pro ſententiæ au-* „ *ctoritate teneatur. Diligentiorem me non pertinaciæ ſtu-* „ *dium, ſed ſcandala ſequuta fecerunt. Forte inter initia* „ *locus eſſe potuit lenitati. Male, ſicut notum eſt, per* „ *acceſſus præcedentium temporum, errorum argumenta* „ *creverunt*. Tum ſubjungit idem Pagius. Verum quum „ tot Eccleſiis, Conſtantinopolitanæ [1], Ponti, Aſiæ, „ Palæſtinæ, ac totius præſertim Diœceſeos Orientalis, „ ſeu Antiocheni Patriarchatus, Juſtinus Imperator vim „ inferre nollet; id conſilii cepit Hormiſdas Pontifex, „ ut negotium omne, Epiphanii Conſtantinopolitani Epi- „ ſcopi prudentiæ permitteret, cui ideo Vicariam Sedis „ Apoſtolicæ Præfecturam delegavit; ea tamen lege, ut „ ad Sedem Apoſtolicam referret, quoſnam in ejus com- „ munione ſuſcepiſſet, & quid Libelli ab eis dati, ſeu fi- „ dei formulæ ac Profeſſiones continerent. Hujus dele- „ gationis (2) literas datas VII. *Kal. Apr. Valerio V.C.Coſ.* „ eadem ſcilicet die, quo præfatas ad Imperatorem ſcri- „ pſit, refert Baronius num. XXVIII. & ſeqq. In his ait „ Hormiſdas: *Ita omnia providenda, ut non ambigas ra-* „ *tionem diſpenſationis hujus Deo eſſe reddendam: ita ta-* „ *men, ut eos, qui vobis fuerunt communione ſociati,* „ *vel per vos Sedi Apoſtolicæ, veſtra nobis ſcripta decla-* „ *rent, quibus etiam continentia Libellorum, quos obtule-* „ *rint, inſeratur*. Ex quibus colligendum, Hormiſdam, „ qui Orientis Epiſcopos compellere primum volebat ad „ ſubſcribendum Libello a ſe edito, & a Legatis ſuis „ offerendo, eorum tandem oppoſitioni ceſſiſſe; nam ſi „ huic Libello eos ſubſcribere voluiſſet, non fuiſſet opus

O 2 „ ut

(1) Falſum de *Conſtantinopolitana*. Nam in hac Eccleſia e diptychis abraſa fuere Enphemii & Macedonii nomina uſque ad ann. 536.

(1) Exſtant Tom. V. Concil. pag. 685. & in Concil. Conſtantinopolit. ſub Menna Act. V. Græc. & Lat. pag. 1119.

„ ut Epiphanius eum certiorem faceret de his, quæ Li-
„ belli, seu Professiones fidei a memoratis Episcopis editæ
„ continerent, & qua verborum formula subscripsissent.
„ Confirmat illud Natalis Alexander in Selectis Hist.
„ Ecclesiast. Sæculo v. Part. II. Dissert. xx. ex iis,
„ quæ pro Hierosolymitanis Ecclesiis ibidem subjungit
„ Hormisdas, ut, si Communione Sedis Apostolicæ do-
„ nari velint, Professionem Fidei, quam Legatis Aposto-
„ licis obtulerunt, dum adhuc Constantinopoli versaren-
„ tur, Romam ad se mittant, vel in Epiphanii Constan-
„ tinopolitani Episcopi manus reponant. *Et quia de*
„ *Hierosolymitanorum propositione respondimus, hoc quo-*
„ *que æstimavimus salutis eorum causa competenter ad-*
„ *dendum, ut, si communionis Apostolicæ desiderant uni-*
„ *tatem, Professionem suam scripto inditam, quam Lega-*
„ *tis nostris apud Constantinopolim positis obtulerunt, aut*
„ *per suos ad nos dirigant, aut Fraternitati vestræ tra-*
„ *dant, eodem tamen, sicut diximus, tenore conscriptam,*
„ *quæ ad nos modis omnibus sub vestra ordinatione de-*
„ *feratur.*„ Orientales itaque Episcopi in Sedis Aposto-
„ licæ communionem tandem admissi sunt, quamvis Eu-
„ phemium & Macedonium non damnassent, eorumque
„ nomina e diptychis expungi passi non essent. Certe
„ Macedonii nomen in diptychis, quibus inscriptum
„ fuerat, remansisse, & e quibus ablatum, restitutum
„ fuisse indicat sacer cultus ei a Græcis exhibitus, ut
„ eorum Menæa fidem faciunt.„ Hæc Pagius: qui con-
tendit, Hormisdam Papam cessisse tandem petitioni Im-
peratoris, & oppositioni Ecclesiarum Orientis. Verum
Baronius negat, Hormisdam Papam a proposito recessisse;
& solidiore quidem fundamento: id enim significant ea
Pontificis verba ad Epiphanium: *ita omnia providenda,*
ut non ambigas rationem dispensationis hujus Deo esse red-
dendam: ita tamen, ut eos qui vobis fuerunt communione
sociati, vel per vos Sedi Apostolicæ, vestra nobis scripta
declarent, quibus etiam continentia Libellorum, quos ob-
tulerint, inferatur: non alii quippe fuerunt Epiphanio
communione sociati, vel per ipsum Sedi Apostolicæ, nisi

qui

qui Acacio cæterisque hæreticis specialiter damnatis, Euphemii atque Macedonii nomina aut reticebant, aut e diptychis expunxerant: Sic enim in Constantinopolitana Ecclesia gestum fuisse, ex dictis patet; quum e contrario apud Ecclesias Ponti, Asiæ, atque Orientis in diptychis Euphemii & Macedonii nomina retenta essent. Idcirco autem Hormisdas Pontifex præcipit, ut qui ad Sedis Apostolicæ atque ipsius Epiphanii communionem admitterentur, continentia Libellorum, quos obtulerint, ab eodem Epiphanio Romam transmitteretur; ut nempe perspicuum fieret, illos Libello seu Professioni Fidei, cujus supra facta est mentio, cuique Joannes Patriarcha Constantinopolitanus subscripserat, adamussim subscripsisse: id quod ex iis quæ de Hierosolymitanis subjunguntur, clarius patet: *ab iis enim exigit Pontifex, ut, si communionis Apostolicæ desiderant unitatem, Professionem suam scripto inditam, quam Legatis nostris apud Constantinopolim positis obtulerunt, aut per suos ad nos dirigant, aut Fraternitati vestræ tradant, eodem tamen, sicut diximus, tenore conscriptam*. Nimirum Pontifex Legatis tradiderat Libellum ab Orientalibus subscribendum, in quo Euphemius & Macedonius aut reticerentur, aut e diptychis abraderentur. Verba Baronii accipe ad ann. 521. num. XXXIV. *Sic igitur his pro restitutione lapsorum decretis legibus, & de fide Catholica confirmatis veteribus Sanctionibus, quomodo occurrendum hæreticis atque subveniendum Schismaticis foret, itaut ex omni parte integritati fidei, & puritati Catholicæ communionis consultum esset; Hormisda detentos hyeme Romæ Legatos* [Imperatoris Justini, & Patriarchæ Epiphanii] *de omnibus optime institutos, & de institutis plene persuasos, in pace dimisit, cuncta se obtinuisse putantes; dum licet non illa ipsa quæ venerant rogaturi, tamen quæ veritati essent consentanea, traditionibus consona, divinis legibus consentientia, sacris Canonibus congruentia, petentibus utilia, dantibus non indigna, assequutos se esse sentirent. Exemplum plane ab Hormisda est posteris traditum Pontificibus, quod acceptum ipse a majoribus reliquit integre custoditum*,

ſtoditum, non ob gratiam Imperatorum, vel Regum quantumlibet importune petentium, non precibus quorumlibet magnorum Antiſtitum vel ex Synodo ad id præſtandum urgentium, non cujuſvis dignæ cauſæ prætextu, quo magnarum etiam provinciarum reſtitutionem fieri pollicerentur, debere Romanos Epiſcopos, quibus curæ eſt cuſtodire depoſitum Chriſtianæ religionis, vel minimum quid deflecti, quum a majoribus accepta fides vel læditur, aut in ſuſpicionem adducitur, vel traditio ſauciatur, aut illibata ſemper exiſtens communicatio Catholica cuſtodita polluitur. Stetit ergo Hormiſdas propoſiti tenax, eos tantum in communionem Sedis Apoſtolicæ admitti præcipiens, qui Libello a ſe Legatis tradito ſubſcriberent: *Si Imperator,* inquiens, *ſibi aperiri voluerit, quid ſit, quod ab Epiſcopo Conſtantinopolitano fieri poſtuletis: formam Libelli, quam portatis, oſtendite. Quod ſi de anathemate Acacii conſentiens, Succeſſores ejus dixerit recitandos, ob hoc quod propter defenſionem Chalcedonenſis Synodi aliqui eorum,* nempe Euphemius & Macedonius, *fuerint exilio deportati; inſinuabitis, nihil vos de Libelli poſſe forma decerpere, in qua ſequaces damnatorum pariter continentur. Sed ſi eos ab hac non potueritis intentione deflectere, ſaltem hoc acquieſcite, ut anathematizato ſpecialiter per Libellum, quem vobis dedimus, Acacio, de prædeceſſorum ejus* [Joannis Patriarchæ Conſtantinopolitani] *nominibus taceatur, abraſis de diptychorum inſcriptione vocabulis.*

Poſt Joannis & Epiphanii obitum, quum Anthimus Trapezuntinorum Epiſcopus, Theodoræ Auguſtæ favore, in Sedem Byzantinam poſt diem v. Junii anni 535. intruſus fuiſſet, ab Agapeto Papa, qui Conſtantinopolim venerat, anno 536. ob Eutychianam hæreſim depoſitus eſt, ejuſque in locum die 13. Martii ejuſdem anni ſubſtitutus Mennas, vir orthodoxus. Liberatus in Breviario cap. 22. „ Petentibus Principibus, ut Anthimum Aga-
„ petus Papa in ſalutatione & communione ſuſciperet, illud
„ fieri inquit poſſe, ſi ſe Libello probaret Orthodoxum,
„ & ad Cathedram ſuam [*nempe Trapezuntinam*] rever-
„ teretur. Impoſſibile eſſe ajebat, translatitium homi-
„ nem

„ nem in illa Sede permanere. Augusta vero promittente munera multa, & rursus Papæ minas intentante, in „ hoc Papa perstitit, ne ejus audiret petitionem. Anthimus vero videns se Sede pulsum, pallium quod habuit, Imperatoribus reddidit, & discessit, ubi eum „ Augusta suo patrocinio tueretur. Tunc Papa, Principis favore, Mennam pro eo ordinavit Antistitem, consecrans eum in Basilica Sanctæ Mariæ. Fuit iste Mennas Præpositus Xenodochii majoris, quod vocatur „ Sampsonis, genere Alexandrinus, suscipiens Chalcedonense Concilium.„ Et Agapetus ipse Pontifex in Epist. ad Petrum [1] Episcopum Hierosolymitanum: „ Quum itaque pervenimus ad Comitatum Serenissimi „ Imperatoris filii nostri, invenimus Sedem Constantinopolitanæ Ecclesiæ contra omnem Canonum honestatem „ ab Anthimo Ecclesiæ Trapezundarum Episcopo inconvenienter usurpatam: cujus animam non solum secundum istam partem, sed (quod majus est) in confessionem veræ fidei e perditione reducere desideravimus; Sed Eutychetis errori insistens, ad viam veritatis redire contempsit. Unde quum ipsius in fide „ pœnitentiam isto modo expectemus, neque Catholico, „ neque sacro munere dignum esse sententiavimus, donec „ omnia a Patribus tradita, per quæ veræ religionis fides & disciplina custoditur, secundum congruentem „ satisfactionem suscipiat. *&* *mox*. Constantinopolitanæ „ vero Sedis injurias, Apostolica auctoritate adjuvante, „ & adjutorio fidelissimorum Imperatorum, emendavimus. „ *Et post pauca*. Hoc autem pro excitando vestræ con„ spiritualitatis lætitiam significo, quia Mennam fratrem „ & Coëpiscopum nostrum, virum multis laudum modis „ ornatum, prædicta Constantinopolitana Ecclesia Episcopum suscepit: cui licet præter cæteros Serenissimorum Imperatorum electio arriserit, similiter tamen „ & totius Cleri ac populi consensus accessit, ut a singulis eligi crederetur. Etenim alicui neque scientia, „ neque

(1) Extat Græc. Lat. in Concil. Constantinopolit. sub Menna Act. II.

„ neque vita fuit ignotus; ſed & fidei integritate, & „ ſacrarum ſcripturarum ſtudio, atque etiam piæ admi- „ niſtrationis officio ſic prædicta viri reſplenduit opi- „ nio, ut ipſi tardius venire videatur quo dignus erat; „ & hoc dignitati ſuæ addere credimus, quod a tem- „ poribus Petri Apoſtoli nullum alium unquam Orienta- „ lis Eccleſia ſuſcepit Epiſcopum manibus noſtræ Sedis „ ordinatum. „ In Biblioth. Vat. num. 4961. extat Codex MS. quem Marcellus II. Papa, quum Eugubinam antea Eccleſiam adminiſtraret, a Monachis S. Crucis Fontis Avellanæ acceptum, Bibliothecæ Vaticanæ dono dedit. In eo Codice Epiſtolæ 243. Pontificum Romanor. a Siricio uſque ad Vigilium, ac quorumdam etiam Imperatorum ac Præſulum, unacum geſtis pleriſque Eccleſiaſticis leguntur. Ibidem pag. 45. legitur: *Exemplar Libelli Mennæ Presbyteri ac Xenodochi, qui factus eſt Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſub die* III. *Idus Martias, iterum poſt Conſulatum Paulini Junioris V. C.* anno nempe 536. Protulit ille quidem (verba hæc ſunt Baronii ann. 536. num. XXVI. de eodem Menna) eandem ipſam Fidei Profeſſionem, quam præſcripſiſſe diximus Romanos Pontifices omnibus Orientalibus communionem Catholicam expetentibus, cujus eſt exordium: *Prima ſalus eſt rectam fidei regulam cuſtodire* &c. cui ipſe ſua manu antequam ſubſcriberet, hæc appoſuit: „ Mennas miſericordia Dei „ Presbyter & Xenodochus ſuſcipio prædictas quatuor „ Sanctas Synodos, & omnia quæ in ipſis continentur „ dogmata, & epiſtolas Papæ Leonis quas pro fide con- „ ſcripſit: & confiteor in duabus naturis, ideſt, in di- „ vinitate & humanitate, Chriſtum Deum noſtrum in- „ confuſe & indiviſe agnoſcendum; anathematizans om- „ nes qui præter hæc ſapiunt, unacum omnibus qui „ condemnati ſunt, ut ſuperius dictum eſt. Subſcripſi. Hæc quidem Mennas ante ſuam ordinationem. Poſtea autem ſimul ac ordinatus eſt, obtulit rurſus, more majorum, Romano Pontifici Libellum fidei, quo omnes condemnavit hæreſes, & Catholicam fidem profeſſus eſt. Hactenus Baronius. Meminit ejuſdem Libelli Vigilius Papa

Papa (1) in epiſtola, quam ſcripſit ad Juſtinianum Imperatorem: „ In his (*inquiens*) in quibus Mennam fra„ trem & Coëpiſcopum noſtrum, memorem Libelli ſui „ quem Prædeceſſori noſtro beatæ memoriæ Agapeto, „ ordinationis ſuæ tempore, veſtræ clementiæ conſenſu, „ porrexerat, ſequentem revera Sedis Apoſtolicæ diſci„ plinam, hæreticis inferius comprehenſis, ideſt, Se„ vero (2) Eutychiano, Petro Apameno, Anthimo qui „ etiam Eccleſiam Conſtantinopolitanam prava ambitio„ ne pervaſerat, Zoaræ, ſed & Theodoſio Alexandri„ no, & Conſtantino Laodicenſi, atque Antonio Ver„ ſentano Eutychianæ hæreſis, ſed & Dioſcoro qui in „ Chalcedonenſi Synodo inter alios legitur fuiſſe damna„ tus, & defenſoribus atque ſequacibus anathema dixiſ„ ſe, pietas veſtra mandavit „. Juſtinianus quoque Imperator (æque ac Mennas Patriarcha,) Profeſſionem Fidei a ſe ſignatam, Agapeto Papæ tradidit: cujus hæc eſt in antiquo Cod. ms. Vaticano 4961. pag. 45. inſcriptio: *Exemplar piiſſimi D. N. Juſtiniani Imp. quem dedit Agapito Conſtantinopoli de Fide*. Incipit; *Prima ſalus rectæ fidei &c.* Labbeus (3) undecim prioribus Libelli verſibus recitatis, addit: *& cetera, ut ſupra poſt Epiſtolam Bonifacii II. pag.* 829. quo loco ait, a callido veteratore eum libellum confictum. Baronius vero ad ann. 535. num. 35. dicit, eam Profeſſionem fidei, eſſe illam ipſam, quam Hormiſdas Papa per Legatos Conſtantinopolim miſſos tradidit iis, qui communionem cum Apoſtolica Sede expetebant; exſtat autem annexa Epiſtolæ LI. Hormiſdæ ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & antea Epiſtolæ IX. ad Joannem Nicopolitanum. Atqui hæc Fidei profeſſio (ut inquit Pagius ad ann. 535. num. VI.) prioribus quidem verbis ſimilis eſt Libello a Juſtiniano oblato, ſed poſtea hoc ipſo eſt brevior, ac tota in anathematizandis hæreticis eorumque fautoribus conſiſtit; quum tamen in Libello Juſtiniani Catholica doctri-

(1) Vigil. ep. 2. tom. 1. ep. Rom. Pont. vide Tom. V. Conc. edit. Ven. p. 1296.
(2) Leg. *Antiocheno*, uti infra in epiſt. ejuſd. Vigilii ad Mennam.
(3) Tom. V. Conc. Edit. Venet. p. 938.

na contra Neſtorium & Eutychen plene exponatur. Hic Libellus Juſtiniani in Codice Vaticano ſignatur, *Dat.* XVII. *Kalend. Aprilium P. C.* (ideſt poſt conſulatum) *Beliſarii V. C.* In prioribus editionibus legebatur: *Fl. Beliſario V. C. Coſ.* quem errorem Binius ac Labbeus expunxerunt, apud quos pro, XVIII. *Kalend.*, reponendum, XVII. *Kal. April. anno Chr.* 536.

Itaque donec Agapetus Papa in vivis fuit, nihil innovatum eſt in diptychis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, e quibus (ut ſupra vidimus) nomina Euphemii, & Macedonii abraſa fuerant. Poſt Agapeti vero obitum (qui contigit anno 536. juxta Pagium die 22., & ſecundum Manſium die 6. Aprilis:) Concilium Conſtantinopolitanum, Legatis Apoſtolicæ Sedis unacum Menna Patriarcha Conſtantinopolitano agentibus, celebratum eſt in Actiones v. diſtributum; quarum Prima poſt Conſulatum Flavii Beliſarii Indictione decimaquarta, VI. Nonas Majas. Actio ſecunda ipſis Nonis, ſive, ut alia lectio habet, pridie nonas Maii. Tertia VI Idus Maji. Quarta, XII. Kal. Junii: Quinta, pridie Nonas Junii. In eo Concilio primum quidem Patres couſtituerunt, ut quæ ab Agapeto contra Anthimum & Acephalos decreta fuerant, executioni mandarentur: damnati itaque fuere Anthimus, Severus, Petrus Apameenſis, & Zooras: quumque Juſtinianus Imp. cognoviſſet, ea quæ geſta eſſent in Synodo, conſentientia in omnibus eſſe iis, quæ haud pridem ab Agapeto Papa acta fuerant, contra eoſdem damnatos hæreticos ſcripſit ſanctionem illam, quæ in fine Actionis v. & in Novellis Juſtiniani XLII. exſtat, *Dat. Idibus Aug. Poſt conſulatum Beliſarii V.C.* ſeu, ut in actis Concilii Conſtantinopolitani dicitur, VIII. *Idus Auguſti*. Titulus: *ἡ διάταξις Ἰουστινιανοῦ βασιλέως. κατὰ Ἀνθίμου, Σεβήρου, Πέτρου, καὶ Ζωορᾶ.* Initium. *ἐν ὀνόματι* &c. *πρᾶγμα οὐκ ἀήθες βασιλείᾳ καὶ ἡμεῖς πράττοντες.* Quod vero ad rem noſtram facit, in quinta Actione hujus Synodi, lecta probataque fuerunt ea, quæ ſub Joanne Patriarcha Conſtantinopolitano, de reſtituendis *Euphemii* & *Macedonii* nominibus geſta fuiſſe, ſupra narravimus. Die enim XV. *Julii* anni

518.

518. dum (1) Joannes Patriarcha una cum Clero esset circa ambonem, voces factæ sunt a populo, inter cætera, sic dicente. *Anathema Severo aperte dic. Sanctas Synodos Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam, & Chalcedonensem, modo prædica. Commemorationem Patrum in crastinum prædica. Non recedimus, nisi prædicaveris*. Die autem sequenti, hoc est XVI. *Julii, finita memoria prædictorum Sanctorum Patrum*, rursusque Sancto Introitu a Patriarcha Joanne facto, statim dum ipse appropinquaret amboni, voces a toto populo venerunt sic: *Euphemium & Macedonium Ecclesiæ restitue: Reliquias Macedonii Ecclesiæ restitue. Euphemii & Macedonii nomina modo ordinentur ad perfectam festivitatem Ecclesiæ. quatuor Synodos diptychis. Diptycha amboni. Diptycha modo porta*. Et quum ipsi clausissent portas, & in eisdem acclamationibus permanerent; *Joannes Patriarcha accipiens diptycha, jussit ordinari sanctas quatuor Synodos, ordinarique jussit nomina in sancta memoria defunctorum Archiepiscoporum hujus regiæ urbis Euphemii & Macedonii, ac etiam Leonis Romani Pontificis. Et post Lectionem Sancti Evangelii, ex more sacra Missa* (2) *finita, & januis clausis, ac sancta lectione juxta consuetudinem lecta, tempore Diptychorum, cucurrit omnis multitudo cum magno silentio circumcirca Altare, & audiebant. Et quum solum lectæ fuissent a Diacono appellationes prædictarum Sanctarum quatuor Synodorum, & Sanctæ memoriæ Archiepiscoporum Euphemii, & Macedonii, & Leonis; voce magna universi clamaverunt: Gloria tibi Domine. Et post hoc cum omni modestia, completa fuit cum Deo divina Missa*. Dum hæc in Synodo Constantinopolitana anno 536. pridie Nonas Junii Actione v. recitarentur, aderant inter Episcopos quinquaginta, quinimmo præerant *Mennas Patriarcha*, Sedis Apostolicæ Vicarius, necnon ejusdem Apostolicæ Sedis

Lega-

(1) Tom. v. Conc. Labb. Edit. Ven. p. 1147. *Quomodo prædicatæ sint Synodi*.

(2) Græc. text. ἐξ ἔθους τῆς θείας λειτουργίας ἐπιτελουμένης, dum ex more sacra perageretur Liturgia &c.

Legati Sabinus Episcopus Canusinus, Epiphanius Asculanus, Asterius Salernitanus, Leo Nolanus, Rusticus Fesulanus, Theophanes Diaconus, Pelagius Diaconus: *Omnes quidem* [uti initio singularum quinque Actionum dicitur] *ex Italica regione ab Apostolica Sede nuper missi, postea autem consentientes Agapito Papæ antiquæ Romæ huc advenienti*. Tunc igitur probata fuit nominum *Euphemiii* & *Macedonii* in diptychis restitutio, idque non modo Constantinopoli, sed etiam in cæteris Patriarchalibus Orientis Sedibus, Constantinopolitana Synodus admissa est.

Ad Joannem regredior. Diximus supra, sub Justino Imp. & Joanne Patriarcha, extincto Acaciano Schismate, Orientalem Ecclesiam cum Sancta Romana fuisse conciliatam. Porro illud Schisma in eo dumtaxat situm erat, quod a plerisque Orientalium Patriarchis & Episcopis, & Synodus Chalcedonensis rejiceretur, & hæreticorum quorumdam nomina in diptychis recitarentur. Hormisdæ Pontificis & Joannis Patriarchæ studio factum est, ut quatuor Synodi in diptychis insererentur, & Acacii aliorumque hæreticorum nomina expungerentur. Falsum proinde est, quod apud Raynaldum in Annal. Eccl. ad ann. 1339. num. XXV. & XXXIV. affirmatur, tempore Hormisdæ Papæ & Joannis Patriarchæ, professos fuisse Græcos, Spiritum Sanctum a Patre Filioque procedere, atque unitionem inter Græcam & Romanam Ecclesiam ea in re stetisse. Sic enim num. XXV. quum Barlaamus Abbas Monasterii D. N. Jesu Christi Salvatoris Constantinopoli una cum nobili viro Stephano de Dandulo anno Chr. 1339. Benedicto XII. Papæ apud civitatem Avinionensem exposuisset, Græcos ad conjunctionem Ecclesiarum inclinare iis legibus, ut in Concilio Œcumenico de Processione Spiritus Sancti orthodoxum Dogma concertationibus theologicis illustraretur, statuereturque; & antequam cogeretur Synodus, auxilia Græcis ad quatuor urbes principes a Turcis in Asia recuperandas submitterentur; Benedictus Pontifex & Collegium respondisse

disse (1) leguntur, *Quod quum olim a Sanctis Patribus & viris Catholicis in Ephesino partium Graeciae, quod est unum de quatuor principalibus Conciliis; necnon Toletano, & Lugdunensi, & aliis diversis Conciliis per Romanos Pontifices & Ecclesiam Romanam, vel authoritate ipsorum in diversis mundi partibus tam Orientalibus, quam Occidentalibus celebratis solemniter, determinatum catholice fuit ac etiam definitum, quod Spiritus Sanctus aeternaliter a Patre & Filio tamquam ab uno principio & una spiratione procedit; & quaevis opinio contraria reprobata extiterit, & damnata; non esset decens nec expediens praefato Domino nostro & Ecclesiae Sanctae Dei, coetuique fidelium, sic clarum, determinatum, & definitum articulum fidei hujusmodi, quem Graeci antiquissimo tempore piae memoriae Hormisda Papa Romanae, & Joanne Patriarcha Constantinopolitanae Ecclesiis tunc praesidentibus, & Justino Imperatore regnante, professi fuerunt expresse; necnon subsequenter post lapsum longi temporis super professione ipsius articuli Joannes tunc Patriarcha Constantinopolitanus, & Michaël Palaeologus tunc temporis moderator Graecorum, prius ab eodem Patriarcha Synodatico celebrato Concilio, solemnem Epistolam recolendae mem. Joanni Papae* XXI. *miserunt, nunc per novas disputationes vel altercationes, aut alias quomodolibet, in dubium revocare*. Et num. XXXIV. idem Pontifex (2) in Epistola ad Philippum Francorum Regem, quae incipit: *Nuper ad nostram venientes praesentiam Barlaam dictus Abbas Monasterii D. N. J. C. Salvatoris Constantinopolitani, & dilectus filius nobilis vir Stephanus de Dandulo miles, nobis literas praesentarunt Regias*: iisdem plane verbis asserit, in antiquis Ephesino, Toletano, Lugdunensi aliisque Conciliis jam definitum fuisse, *quod Spiritus Sanctus aeternaliter a Patre & Filio tamquam ab uno principio & una spiratione procedit, & quaevis opinio contraria reprobata extiterit & damnata; proinde, inquit, non esset decens neque expediens nobis & Ecclesiae*

(1) Extant Acta apud Benedict. XII. Tom. v. Epist. Secret. 28.

(2) Bened. XII. Tom. v. Epist. secr. 30.

clesiæ Sanctæ Dei cœtuiquæ fidelium, sic clarum, determinatum & definitum fidei articulum hujusmodi, quemque Græci antiquissimo tempore, tunc piæ memoriæ Hormisda Papa Romanæ, & Joanne Patriarcha Constantinopolitanæ Ecclesiis præsidentibus, ac Justino Imperatore regnante, professi fuerunt expresse (& cætera, ut supra) *nunc per novas disputationes vel alias in dubium quomodolibet revocare*. Indubia Constantinopolitanæ sub Menna Synodi Acta, mutuæque Hormisdæ Papæ, & Joannis Constantinopolitani Episcopi Epistolæ, fidem faciunt, nihil tunc temporis de Processione Spiritus Sancti ex Patre Filioque agitatum fuisse, sed id tantummodo actitatum, ut damnato Acacio cæterisque Nestorianæ atque Eutychianæ hæreseos propugnatoribus, Ecclesia Orientalis ad Communionem Sanctæ Romanæ admitteretur.

Quæritur, an Joannes Cappadox, quo de agitur, primus nomen *Oecumenici Patriarchæ* usurpaverit. Scio (inquit Auctor Bollandianus Dissertationis præviæ ad historiam Chronologicam Patriarcharum Constantinopolitanorum §. XXVI. Parergo V.) *Scio, jam antea nomen* Œcumenici, *seu* Universalis, *in Conciliabulo secundo Ephesino datum fuisse impio Dioscoro Patriarchæ Alexandrino, ut apud Labbeum Tom.* IV. *Conciliorum* [edit. Paris.] *col.* 270. *videre licet. At hic quæritur, quis inter Antistites Constantinopolitanos primus titulum* Œcumenici *sibi arrogaverit. Pagius in critica ad annum* 520. *num.* 5. *Bandurus Tom.* 2. *Imperii Orientalis pag.* 895. *& nonnulli alii* (1) *Scriptores, de hac arrogantia Joannem Cappadocem accusant. Hæc eorum accusatio haud dubie nititur Inscriptionibus Epistolarum, quas Clerici Antiocheni, & Episcopi Syriæ secundæ ad hunc Joannem miserunt, & quas Labbeus Tom.* V. *Concil.* (edit. Paris.) *col.*158. *&* 211. *recitat. Idem inferri potest ex Accla-*

(1) Fabricius Tom. x. Bibl. Græc. pag. 157. de Joanne Cappadoce scribit: *Primus titulo usus fuit Patriarchæ œcumenici: diu adeo ante Joannem Jejunatorem, a quo primo id factum esse, præter rem tradidit V. C. Eusebius Renaudotius, Defense de la Perpetuité de la Foi, Paris.* 1709 12. *pag.* 13. Ante Renaudotium *Allatius pag.* 228. *contra Hottinger. Jo. Morinus de Pœnitentia pag.* 615. *edit. Venet. & alii.* Ita & Memoires de Trevoux Ann. 1710. Avril. pag. 642.

clamationibus populi Constantinopolitani, *quæ in Concilio Constantinopolitano sub Menna apud Labbeum eod. Tom.* V. *a columna* 177. *referuntur*, *ubi Joannes ille sæpius* Patriarcha Œcumenicus *appellatur*. Sed Baronius in Annalibus ad annum Chr. 518. num. 14. existimat, quod posteriores Græci hunc titulum Actis illis postmodum fraudulenter addiderint. *Admonendum putamus Lectorem* (inquit loc. cit. Eminentissimus Scriptor) *ut inter læta hæc*, *posterorum Græcorum caveat imposturam*: *quum enim ipsa Acta vera omnino, atque legitima sint*, *haud tamen dubium putamus*, *ipsa quidem in eo esse falsata*, *dum quoties nominatus reperitur ipse Joannes Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopus toties fere additus est titulus Patriarchæ Oecumenici*. *Haud enim recepisset Romana Ecclesia ejusmodi Acta*, *in quibus adeo frequens titulus ejusmodi legeretur*, *quo Episcopus Constantinopolitanus*, *Patriarcha œcumenicus diceretur*. *Etenim Pelagius Papa*, *Sancti Gregorii prædecessor*, *in Joannem Constantinopolitanum Antistitem*, *ejus nominis tertium*, *qui sibi hujuscemodi titulum usurpaverat*, *impugnator insurgens*, *quum ad universos Episcopos scribit*, *inter alia plurima in detestationem novæ præsumptionis hæc habet*: State fratres, state securi: scripta, quæ Universalis nominis falsitate condemnata sunt, nec dare unquam, nec accipere præsumatis. *Idemque superius tradit*, *nihil ejusmodi ab ejus Joannis prædecessoribus Constantinopolitanis Episcopis aliquando tentatum fuisse*: *in quam sententiam etiam Gregorius Papa ad eundem Epistolam dedit*. *Quum igitur adeo graves exstent testificationes Romanorum Pontificum de ejusdem tituli detestatione atque abrogatione*; *quonam pacto inter publica Acta Concilii illa reperiuntur esse descripta atque recepta Acta*, *in quibus idem damnatus rejectusque titulus toties legitur repetitus*? *Præterea si in eadem Synodo idem sæpe titulus lectus*, *nec rejectus ab aliquo fuit*, *cur hæc non citata fuerunt contra eosdem Romanos Pontifices Pelagium atque Gregorium*?

Ea-

Eadem Baronii argumentatio militat contra inscriptionem, quæ in Codice Justiniani Imperatoris Lib. I. Tit. I. leg. 7. sic ponitur. *Idem Imperator* (videlicet Justinianus:) *Epiphanio sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo Regiæ hujus urbis, & œcumenico Patriarchæ.* Si enim posteriores Græci, publica Concilii Acta titulo œcumenici Patriarchæ interpolare ausi sint, quidni Græci legum Collectores in Codice Justinianeo idem fecerint?

Thomassinus in veteri & nova Ecclesiæ disciplina, Par. I. lib. I. c. II. num. 5. asserit, a Pontificibus Romanis vanum œcumenici titulum in Joanne Cappadoce & Mena toleratum, aut potius dissimulatum fuisse. *Prudenter ergo neglecta a Pontificibus vocis novitas est* (inquit) *& facile concessum Episcopis Constantinopolitanis, ut quo tempore Joannis Patriarchæ antecessores plurimi condemnabantur; & ipse, cui Menas successit, deponeretur Anthimus, eo Sedis suæ dejectionem & contumeliam inani saltem nominis grandioris specie solarentur.*

At nobis (inquit Bollandianus auctor) præplacet ratiocinium Baronii: ex quo sequitur, hunc *Oecumenici*, seu *Universalis* titulum, a posterioribus Græcis hic utrobique intrusum fuisse. Ne autem temere Græcos accusare videamur de addito nomine, quod tantopere ambiebant, similem eorum fraudem evidenti exemplo demonstramus. In Labbeana Conciliorum Collectione Tom. VII. col. 700. legitur Epistola Hadriani I. Papæ, cui præfixa est hæc inscriptio. *Dilecto fratri Tarasio, Generali Patriarchæ, Hadrianus servus servorum Dei salutem.* Verum editor ad vocem *Generali*, ibidem in margine sic recte notavit. *Hoc videtur Græculus quispiam apposuisse.* Certe Græcus ille impostor nobis persuadere voluit, Pontificem Romanum Episcopo Constantinopolitano titulum *Oecumenici*, seu *Generalis* Patriarchæ dedisse. Sed nimis aperta & crassa est ejus fraus; quum ipsemet Hadrianus Pontifex apud Labbeum eodem Tom. VII. col. 117. Constantino & Irenæ Augustis scribat.

bat sequentia : „ Valde mirati sumus, quod in vestris „ Imperialibus jussis pro Patriarcha Regiæ urbis, scilicet Tarasio, directis, *Universalem* ibidem eum reperimus exaratum; sed utrum per imperitiam, aut schisma, vel hæresim iniquorum scriptum est, ignoramus. Sed deinceps suademus clementissimæ Imperialique potentiæ, ut minime in suarum exarationum serie, *Universalis* describatur, quia contra Sanctorum Canonum instituta, seu Sanctorum Patrum traditionem decreta esse videtur. In secundo enim ordine, si non per sanctæ nostræ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ auctoritatem (sicut in omnibus patet) nunquam valuit nomen habere; quod nimirum si Universalis super prælatam sibi Romanam Ecclesiam, quæ est Caput omnium Dei Ecclesiarum, describatur, tamquam Sanctarum Synodorum rebellem atque hæreticum manifestare se certum est: quia si Universalis est, etiam Ecclesiæ nostræ Sedis primatum habere dignoscitur: quod ridiculum omnibus fidelibus Christianis apparet, quia in toto orbe terrarum ab ipso Redemptore Mundi, beato Petro Apostolo principatus ac potestas data est, cujus vel immeriti vices gerimus, sancta Catholica & Apostolica Romana Ecclesia usque hactenus & in ævum tenet principatum, ac potestatis auctoritatem: quatenus (quod non credimus) si quispiam eum universalem nuncupaverit, vel assensum tribuerit, sciat se orthodoxæ fidei esse alienum, & nostræ sanctæ Catholicæ Ecclesiæ rebellem „. Ex his vides malam fidem stupidi interpolatoris, qui nobis persuadere voluisset, ipsum Hadrianum Pontificem Tarasio Constantinopolitano titulum *Oecumenici*, vel *Generalis Patriarchæ* concessisse. Nos igitur cum Baronio probabilius arbitramur, similem titulum a posterioribus Græcis dolose insertum esse illis monumentis, quæ præcedunt tempora Joannis Jejunatoris: de quo S. Leo IX. Papa apud Labbeum Tom. IX. Concilior. col. 954. præter alia sic pronunciat: *Hic nimiæ vanitatis novum nomen* Primus *sibi usurpavit*, *ubi se a cunctis Oecumenicum Patriarcham*,

idest, *Universalem*, *& dici*, *& scribi debere decrevit*. Sanctus Gregorius Magnus, Pontifex Romanus, acriter reprehendit hunc Joannem Jejunatorem, qui *Primus* superbum nomen istud assumsit, ac pertinaciter retinuit.

Hactenus Auctor Bollandianus. Ego vero [cum bona tantorum virorum venia] media via esse incedendum sentio, ita nempe, ut neque dicendum sit, Græculi cujuspiam fraude corrupta esse Acta Constantinopolitanæ sub Mena Synodi, aut Justinianeum Codicem; neque Joannem hunc, qui Hormisdæ temporibus vixit, titulum *Oecumenici Patriarchæ*, primum omnium usurpasse: sed Joanni, Epiphanio & Menæ ab aliis tributum quidem *Patriarchæ Oecumenici* titulum; ipsos vero ab eo Titulo sibi vindicando abstinuisse. En tibi, quæ alii de ipsis & ad ipsos tanquam Œcumenicos Patriarchas scripta tradidere, iis similia, quæ Romanis Pontificibus tributa leguntur. In Concilio Chalcedonensi apud Labbeum Tom. IV. edit. Parif. col. 396. Libellus Theodori Diaconi Alexandrini contra Dioscorum exhibitus, hanc habet inscriptionem: *Sanctissimo ac Dei amantissimo*, *& Universali* [Græc. οἰκουμενικῷ] *Archiepiscopo & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni*, *& Sanctæ & Universali Chalcedonensi Synodo &c.* Baronius ad annum 451. num. 150. suspicatur, eundem *Oecumenici* titulum, qui in Epistola Synodali ad Leonem Papam hodie desideratur, ab ea, dolo librarii, subductum esse. Quidquid sit, S. Gregorius Magnus in variis Epistolis asserit, Pontificem Romanum a Synodo Chalcedonensi sic honoris causa nominatum fuisse, & lib. 4. Epist. 38. Joannem Jejunatorem ita interrogat: *numquid non*, *sicut Vestra Sanctitas novit*, *per Venerandum Chalcedonense Concilium*, *hujus Apostolicæ Sedis Antistites*, *cui Deo disponente deservio*, *Universales honore oblato vocati sunt*? Idem *œcumenici* titulus Papæ Hormisdæ datus legitur ab Archimandritis secundæ Syriæ, quorum princeps erat Alexander Presbyter & Archimandrita S. Maronis, apud Labb. Tom. V. Concil. edit. Venet. pag. 598. sic: *Sanctissimo & Beatissimo universæ orbis terræ Patriarchæ Hormisdæ*, *continenti*

nenti Sedem Principis Apost. Petri &c. Et in sæpelaudata Synodo Constantinopolitana sub Menna Tom. cit. v. pag. 182. *Domino nostro sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo antiquæ Romæ, & œcumenico Patriarchæ Agapito, Marianus Presbyter & Primas Monasteriorum Regiæ Civitatis, & cæteri Archimandritæ ejusdem, & Archimandritæ & Monachi Hierosolymorum ac Orientales in eadem Synodo congregati.* Et in Concilio œcumenico sexto Legatus Agathonis Papæ ita primum scribit: *Theodorus humilis Presbyter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & locum gerens Agathonis ter beatissimi, & universalis Papæ urbis Romæ subscripsi.* Constantinus quoque Pogonatus Imp., Epistolæ quam ad Leonem II. Agathonis successorem dedit, hanc inscriptionem præfigit: *Leoni sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo veteris & clarissimæ urbis Romæ, & œcumenico Papæ.* Nullus tamen horum Pontificum legitur delato sibi *Oecumenici* titulo usus: non Leo Magnus, non Hormisdas, non Agapetus, non Agatho, non Leo Secundus. Sic ergo idem *Oecumenici* titulus vere reperitur in Actis Synodalibus, Joanni, Epiphanio, & Menæ Episcopis Constinopolitanis attributus, quin tamen eorum quisquam illum sibi vindicasse in Epistolarum inscriptionibus cernatur.

In Actis Synodalibus Tom. v. pag. 1047. *Mennas Archiepiscopus Constantinopolis Romæ novæ, & œcumenicus Patriarcha, & tota Synodus in ipsa Deo amata Roma Constantinopoli congregata, Anthimo Venerabili &c.* Pag. 1054. *Sanctissimus ac beatissimus œcumenicus Patriarcha & Archiepiscopus dixit. Quum Salvator noster &c.* Pag. 1127. *Sanctissimo ac Beatissimo Archiepiscopo œcumenico Patriarchæ Joanni, & sanctæ Synodo congregatæ, supplicatio a Clericis & Monachis Apostolici Throni Antiochenæ magnæ Civitatis Catholicæ Sanctæ Ecclesiæ Dei.* Pag. 1150. *In Acclamatione Cleri populique Constantinopolitani. Hæc quum exclamassent, data est eis hæc responsio a sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo & Patriarcha œcumenico Joanne: Patienter sustinete &c.* Pag. 1155. *Et quum ipsi clausissent portas, & in eisdem acclama-*

 ma-

tionibus permanentibus , accipiens Diptycha sanctissimus & beatissimus Archiepiscopus & Patriarcha œcumenicus Joannes , jussit ordinari sanctas quatuor Synodos &c. Pag. 1158. Titulus Epistolæ : *Epistola sanctæ mem. Joannis Archiepiscopi hujus Regiæ urbis œcumenici Patriarchæ , scripta Joanni san. mem. Archiepiscopo Hierosolymitano &c.* Ibid. *Alia Epistola ejusdem sanctæ mem. œcumenici Patriarchæ Joannis , specialiter scripta Epiphanio Deo amabilis memoriæ Episcopo Tyri .* Pag. 1183. *Domino nostro per omnia sanctissimo ac beatissimo patri patrum , Archiepiscopo & œcumenico Patriarchæ Joanni , ac sanctæ & Deo venerabili Synodo in Regia urbe congregatæ , minimi Episcopi secundæ Syriæ .* Pag. 1227. *Sanctissimus & Beatissimus œcumenicus Archiepiscopus & Patriarcha Mennas dixit . Quum Joannes divinus Apostolus &c.* Hæc quidem de Joanne & Mena Patriarchis dicta referuntur ab iis , qui Acta Synodalia literis mandarunt , & ab iis , qui ad ipsos Patriarchas supplicationes scripsere : titulus proinde *Oecumenici* ab aliis ad ipsos relatus , non ab ipsis assumptus : id quod clare patet ex eorundem Patriarcharum ad Romanos Pontifices literis , & ex propriis ipsorum inscriptionibus . Nam Joannes quidem Patriarcha ad Hormisdam Papam , cit. Tom. v. p. 608. 621. 626. & 653. hanc suæ Epistolæ inscriptionem præfigit . *Dom. & per omnia Dei amatori sanctissimo fratri & comministro Hormisdæ Joannes Episcopus in Domino salutem .* Similiter Epiphanius Tom. cit. pag. 666. 668. 676. 677. & 685. suas ad eundem Papam Hormisdam literas ita inscribit : *Sanctissimo ac Beatissimo Domino fratri & comministratori Hormisdæ , Epiphanius Episcopus in Domino salutem .* Vel . *Domino meo per omnia amabili Deo , sanctissimoque fratri & comministratori Hormisdæ :* Vel . *Per omnia sanctissimo ac Beatissimo Domino & comministratori Hormisdæ , Epiphanius Episcopus .* Mennas denique sic seipsum sententiæ in Severum , Petrum , & Zooram latæ subscribit Tom. cit. pag. 1231. *Mennas Dei miseratione Episcopus Constantinopolitanus diffinivi & subsignavi propria manu .* Quidquid igitur sit de Titulo Oecume-

cume-

cumenici, Joanni, Epiphanio, & Mennæ Patriarchis, sive in Actis Synodalibus, sive in Epistolis & Constitutionibus ad ipsos datis, attributo, constat ex genuinis eorundem inscriptionibus & subscriptionibus, ab eo semper Titulo ipsos abstinuisse; exemplo nimirum Romanorum Pontificum a nobis superius adducto, qui oblatum sibi ab aliis eundem ipsum Titulum, in suis ipsorum Epistolis nunquam usurpasse leguntur.

Itaque in Menæis Græcorum jure meritoque tres hi Patriarchæ, Joannes, Epiphanius, & Mennas, coluntur, die 25. Augusti: Τῇ ἀυτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τῶν ἁγίων πρῶν ἡμῶν, Ἐπιφανίου, Μηνᾶ, Γενναδίου, καὶ Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπων Κωνσταντινουπόλεως, *Eadem die, commemoratio Sanctorum Patrum nostrorum, Epiphanii, Menæ, Gennadii, & Joannis, Archiepiscoporum Constantinopoleos*. Subditur Elogium S. Menæ, ac dein sequuntur ista: Συνεορτάζονται δὲ καὶ οἱ προῤῥηθέντες ἅγιοι πατέρες. ταῖς ἀυτῶν ἁγίαις πρεσβείαις: *Una etiam celebratur festum prædictorum Sanctorum Patrum: Sanctis ipsorum intercessionibus &c.* Menæis consonat Menologium Sirleti: *Una cum S. Mena, & Sanctorum Patrum, qui supradicti sunt, dies festi celebrantur, quorum intercessionibus adjuvemur*. In Martyrolog. Rom. ad 25. Aug. *Constantinopoli San. Menæ Episcopi*. In Menolog. Basiliano, quod Græc. Latin. prodiit Urbini ann. 1727. pag. 218. ad diem 24. Aug. Καὶ μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Μηνᾶ Ἀρχιεπισκόπου κπ. *& memoria S. P. N. Menæ Arch. CP.* & subjungitur Elogium ejus: *Sanctus Pater noster Menas, erat Justiniano imperante, Presbyter Ecclesiæ Constantinopolitanæ &c.* Ibid. pag. 219. ad xxv. Aug. pro *S. Epiphanio*, habetur *Stephanus* Patriarcha, sic, καὶ μνήμη τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Γενναδίου, Ἰωάννου, Στεφάνου, καὶ Μηνᾶ Ἀρχιεπῶν γενομένων ἐν Κωνσταντινουπόλει. *Et memoria Sanctorum Patrum nostrorum Gennadii, Joannis, Stephani, & Menæ Archiepiscoporum Constantinopoleos*. Epiphanii tamen diserta fit mentio (testibus Bollandianis ad xxv. Augusti) *in supplemento* (ut inquiunt) *nostro Ms. ad Menæa typis edita Sirmondo Chiffletiano ad diem* VI. *Junii*, *non addito tamen*

tamen titulo Sancti : καὶ μνήμη Ἐπιφανίου Πατριάρχου. *Et memoria Epiphanii Patriarchæ*. Nec non in Martyrologio Arabico, de quo iidem Bollandiani loc. cit. *Martyrologium Arabico Ægyptiacum, quod pro nobis ex Arabica lingua in Latinam transtulit Gratia Simonius, Collegii Maronitarum Romæ Alumnus : anno autem* 1682. *Archiepiscopus Tripolitanus in Syria; dictum, inquam, Martyrologium hac die* 25. *sic scribit: Memoria Epiphanii*. De Joanne (qui Epiphanio, & Menæ ad 25. Aug. adjungitur) in Prætermissis iidem ipsi Bollandiani sic scribunt : *S. Joannis Archiepiscopi Constantinopolitani mentio fit in Menologio Sirleti, ac Menæis magnis Græcorum. Quisnam sit Joannes hic, compertum non habemus. Legi interim possunt, quæ de Joanne II. cognomento Cappadoce apud nos observata sunt in Historia Chronologica Patriarchar. Constantinopolitan. a pag.* 36. Existimant viri docti, Joannem Cappadocem, quem nos unacum Epiphanio & Mena a Græcis coli asserimus, non alium esse ab eo Joanne, qui in Menæis ad diem 18. Augusti unacum *Georgio* ita annunciatur. Τῶν ἐν ἁγίοις πατρῶν ἡμῶν Πατριαρχῶν Κωνσταντινουπόλεως Ἰωάννου καὶ Γεωργίου. *Sanctorum Patrum nostrorum Patriarcharum Constantinopolitanorum Joannis & Georgii*. Ibidem (inquiunt in Histor. Chronol. Patriarchar. Constantinopolit. cap. XXVI. de Joanne II. cognomento Cappadoce) *post versiculos duos de Georgio, sequuntur hi alii de Joanne*.

Σκυθρωπὰ τὰ πρόσωπα τῆς ἐκκλησίας
Στέρησιν οὐ φέροντα τὴν Ἰωάννου.
Ecclesia dolet morte Joannis, sui
Privationem non ferens Antistitis.

Raderus in mss. observationibus ad Menæa hac die sic notat : „ Joannes iste gente Cappadox, Anastasio & Ju„ stino Imperatoribus, præfuit Ecclesiæ Constantinopo„ litanæ, semper orthodoxus & catholicus, qui Eccle„ siam Orientalem Occidentali, & Romanæ, atque „ Apostolicæ per fidem & Synodum reconciliavit „. Idem Raderus ad XXV. Augusti, ubi inter alios Constantino-

tinopolitanos præsules celebratur *memoria Joannis Arch. Constantinop.* in laudatis observationibus scribit sequentia: „ Admodum multi fuere hoc Joannis nomine insigni-
„ ti Patriarchæ Constantinopolitani, alii orthodoxi, alii
„ cacodoxi, ut est apud Democharem. Ex hæreticis ad
„ hoc album Sanctorum nemo respirat: de Joanne Chry-
„ sostomo supra 3. & 27. Januarii, & 14. Septembris.
„ De Jejunatore 2. Septembris. De Cappadoce 18. Au-
„ gusti. Omitto reliquos. Hic præter nomen nihil ad-
„ jicitur, ex quo intelligamus, quis fuerit „. Quam ob causam Bollandiani Patres unacum Radero putent, *de Joanne Cappadoce* agi die potius 18. quam 25. Augusti, aut alia quacumque die, his verbis indicant. „ Ratio
„ est 1. quia S. Jo. Chrysostomus alio spectat. 2. Joan-
„ nes III., quamvis subdolus adulator, & hæreticorum
„ fautor, perperam tamen in excusis Græcorum Menæis
„ pro Sancto cultus die 21. Februarii, a nostro Syno-
„ nymo ibidem distinguitur per cognomentum *Schola-*
„ *sticus*. 3. Joannes IV. cognomento Jejunator, male
„ etiam Græcorum Fastis inscriptus die 2. Septembris,
„ ac cognomento distinctus. 4. De Joanne V. diximus
„ in Hist. Chronol. ante indicata pag. 83. vix quidquam
„ novisse nos, atque adeo solam ipsius Chronotaxim in-
„ vestigandam esse; quem tamen Catholicum agnovimus,
„ non Monothelitam, ut Baronius suspicatus est. 5. Joan-
„ nes VI. contra eund. Emum Annalium conditorem ab
„ eadem hæresi vindicatus a pag. 90. spectat ad secu-
„ lum VIII. atque adeo non ad nostram præsentem con-
„ troversiam, cum ipse, uti videtur, nedum alii poste-
„ riores Synonymi. Etenim quum *Joannes* & *Georgius*
„ superius in Fastis sub una eademque annunciatione,
„ referantur, & *Joannes* quidem primo loco, omnino
„ vero simile mihi apparet; ibidem commode intelli-
„ gendos *Joannem Cappadocem*, qui sæculo VI., ac *S Geor-*
„ *gium I.* qui seculo VII. vixerit „. Hactenus Bollandiani, qui censent, de Joanne Cappadoce, Epiphanii ac Menæ decessore non alia die in Menæis Græcis agi, quam 18. Augusti, qua die Joannis unacum Georgio hic annun-

annunciatur . „ Eadem die, memoria SS. PP. NN. Pa„ triarcharum Constantinopolitanorum Joannis & Geor„ gii „. Veri similius tamen existimo, non hanc, quam Bollandiani assignant, 18. Augusti, sed 25. ejusdem mensis diem apud Græcos cultui Joannis II. cognomento Cappadocis esse in Menæis nuncupatam: idque eo potissimum [uti superius dixi] argumento suaderi, quod illa ipsa die conjunctim Joannnes cum antecessore, cumque proxime successoribus Patriarchis colitur, Gennadio, inquam, Epiphanio & Mena. Sex enim Byzantini Patriarchæ nomine *Joannis* insigniti, in Græcorum Menæis commemorantur. Videlicet, *Joannes I.* cognomento *Chrysostomus* die 14. Sept. 13. Novembr. 27. & 30. Januarii. *Joannes II. Cappadox*, unacum Gennadio, Epiphanio & Mena die 25. Augusti: *Joannes* III. Scholasticus, sive ex Scholastico, die 21. Februarii: *Joannes IV. Nesteutes*, sive *Jejunator*, die 2. Septembris. *Joannes V.* olim Presbyter & Protecdicus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Thomæ proximus successor, & Constantini decessor, unacum *Georgio Cyprio*, ad diem 18. Augusti. *Joannes VI.* Sancti Germani decessor, unacum *Paulo* juniore Patriarcha, qui S. Tarasium antecessit, ad diem 30. Augusti.

CAPUT VI.

De Epiphanio Patriarcha Constantinopolitano.

JOanni Cappadoci, uti modo dicebam, successit Epiphanius, de quo Dioscorus S. R. E. Diaconus in suggestione ad Hormisdam Papam apud Labbeum Tom. IV. Concil. Edit. Paris. col. 1523. ita scribit „ Erat optabile & voto nostro conveniens, consonantia præteritis annunciare, scilicet Pontificem Constantinopolitanæ Ecclesiæ Joannem esse superstitem, & confessionem libello editam: cujus merita non est dubium Deo placere, qui inter Catholicos & communicatores Sedis Apostolicæ meruit ad aliam ex hac vita discedere. In cujus locum Epiphanius quidam Presbyter, quondam „ Syn-

„ Syncellus ejus, ſucceſſit, cujus initia bona videntur: „ nam rationabilia loquitur, & promittit, Patrum ſe „ regulas ſervaturum, pacem unitatemque ordinatam „ non diſſipare, ſed magis augere. Iſta ſunt quæ pro„ mittit. Quid tamen opere poſſit implere, adhuc igno„ ramus: has ſiquidem literas quarta poſt ordinationem „ ejuſdem die, reperta occaſione, tranſmiſimus. Nec„ dum cum eo communicavimus, non quaſi reſiſtentes, „ ſed quia adhuc ab eo non ſumus invitati „. Theophanes in Chronographia pag. 142. „ Joanne porro Cappa„ doce Conſtantinopolitano Epiſcopo defuncto, Epipha„ nius ejuſdem Eccleſiæ Presbyter & Syncellus, menſis „ Februarii die 25. fuit ordinatus „ anno videlicet Chr. 520. de cujus ordinatione in literis ad Romanum Pontificem Conſtantinopolitana Synodus apud Labb. Tom. „ IV. Concil. col. 1524. hæc ſcribit. Poſt obitum San„ ctæ recordationis quondam Archiepiſcopi & Patriarchæ „ Joannis Conſtantinopolitanæ civitatis, Deus qui pro„ priam Eccleſiam in petra fidei incorrupta fundavit, „ & portas inferi non prævalere ei decrevit, dedit „ nobis Sanctum Paſtorem & Patriarcham Epiphanium, „ virtutibus & correctionibus & meditatione divinarum „ florentem ſcripturarum, rectam quoque tenentem fi„ dem, & orbatorum paternam regentem ſollicitudi„ nem. Et quid amplius dicam? omnem præconiorum „ fontem tranſcendentem. His ergo virtutibus pollens, „ non immerito proprias & creditas ſibi met maximas „ Eccleſiæ curas ſapienter & honorifice geſſiſſe digno„ ſcitur, habens in mente illud, quod a ſacri Cantici „ auctore relatum eſt: Os meum loquetur ſapientiam, „ & meditatio cordis mei prudentiam. Unde ſecundum „ rectam & probabilem fideliſſimi & Chriſtianiſſimi no„ ſtri Principis (*Juſtini*) & piiſſimæ Reginæ (*Euphemiæ*) & glorioſiſſimorum communis Reip. procerum „ ſententiam, noſtra quoque etiam omnium in hac ur„ be habitantium teſtificatione, judicium Pauli mirabi„ lis, communis Eccleſiæ Doctoris, non eſt in eo frau„ datum, qui irreprehenſibilem debere eſſe Epiſcopum

„ denunciat; ita & nostrum Pontificem virtutibus undi-
„ que coronatum esse videmus. Igitur Ecclesiasticam (1)
„ legem implentes, Apostolatui vestro salutationis debi-
„ tum persolventes officium, speramus, ut amplius ca-
„ ritatis vinculum, & paternum affectum circa nos ca-
„ ritas vestra custodire dignetur, & sapienti gubernatio-
„ ne & humilitate, quæ Christianum decet, & mansue-
„ tudine, quæ ad rationabilis traditi vobis ovilis salu-
„ tem pertinet, peragatis, commune lucrum existiman-
„ tes, quod per vos, & vestrum germanum & com-
„ ministratorem, nostrum autem dominum & Patriar-
„ cham, pacem totius orbis Ecclesiarum esse provisam.
Et infra. „ Adjacent igitur nostris supplicationibus,
„ quod minus dictum est, Joannes Sanctissimus Episco-
„ pus Claudiopolitanæ civitatis, noster comministrator,
„ & Heraclianus Reverendissimus Presbyter Sanctæ ma-
„ joris Ecclesiæ & cohabitator prædicti Sanctissimi Ar-
„ chiepiscopi & Patriarchæ Epiphanii, & Constantinus
„ Vir Reverendissimus Diaconus ejusdem Sanctæ Eccle-
„ siæ, qui probationem suæ rectæ fidei, & bonæ volun-
„ tatis olim his qui a Vestra Apostolica Sede fuerant di-
„ recti (*Germano nempe & Joanne Episcopis, Felice &*
„ *Dioscoro Diacono, & Blando Presbytero*) dedisse co-
„ gnoscuntur: digni autem & vestræ sanctitatis, & ad-
„ ministratione pacis, & gratiæ D. N. Jesu Christi Dei
„ nostri, & unitionis Sanctarum Ecclesiarum monstra-
„ buntur. Quos speramus lætantes in Domino, & pa-
„ cem desideratam nunciantes, ad nos citius, vestris
„ Deo amabilibus correctionibus edoctos remeare digne-
„ mini„. Subscribunt viginti Metropolitani, & Episcopi.

Quum autem Epiphanius initio sui Episcopatus Literas ex more novorum Patriarcharum ad Sedem Apostolicam non misisset, Hormisdas Papa apud Labb. Tom. IV. Conc. col. 1533. illum officii sui commonefecit. „ Diu nos (inquit) non nunciata tuæ primordia dignitatis tenuere suspensos, & in ipsa communis gratu-
„ la-

(1) Igitur Ecclesiasticam Legem non implent qui quum ordinantur Patriarchæ Orientales, Sedem Apostolicam de sua ordinatione certiorem non faciunt.

,, latione lætitiæ, mirati admodum sumus, morem pristinum fuisse neglectum; quia reparata Ecclesiarum, Deo annuente, concordia, plenum fraternæ pacis id flagitabat officium: præsertim quod illud sibi non arrogantia personalis, sed Regularum observantia vindicabat. Decuerat siquidem, frater carissime, Te Legatos ad Apostolicam Sedem inter ipsa tui Pontificatus initia destinasse, ut & quem Tibi debeamus affectum bene cognoscere, & vetustæ consuetudinis rite compleres. *Et mox*. Legationem autem tuam & ea quæ dudum gratia sustinemus, & fulti veteribus constitutis exigimus, ut quantum gaudii fructum vel de tui Pontificatus honore capiamus, vel quas tibi gratias referri conveniat pro impensis in negotio propagandæ unitatis officiis (sicut nostrorum multipliciter astruxit Legatorum narratio) evidentius exprimamus.

Epiphanius huic Hormisdæ postulationi abundantissime satisfecit; uti ibid. apud Labb. Tom IV. col. 1534. colligitur ex Epistola ejusdem Epiphanii ad eund. Hormisdam, quæ incipit: ,, Deus qui in alto habitat, & humilia respicit, & omnia pro salute hominum affluenter providet, pro sua bonitate & misericordia meam respexit parvitatem, & post obitum Sanctæ mem. quondam Archiepiscopi & Patriarchæ Joannis, Sedem Sacerdotalem Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Regiæ urbis, mihi conferre dignatus est, sententia, & electione Christianissimi & justissimi Principis nostri Justini, & piissimæ Reginæ, quæ ei ad omne studium communicat divinum, sequentiumque eorum, his quibus est bona conversatio & qui regiis honoribus sunt sublimiores, simul & Sacerdotum, & Monachorum, & fidelissimæ plebis consensus accessit ,,. Qua in Epistola (quæ *accepta* dicitur *xv. Kal. Octobr. Rustico V. C. Cos.* idest, anno Chr. 520.) *Quatuor Synodos*, & S. Leonis Epistolas se amplecti fatetur, additque hæc verba: *Quos vestra Apostolica Sedes condemnans, in sacris diptychis non recitare jussit, eos nec ego inter sacra facio nominari mysteria*. In alia vero ad Hormisdam Epistola (*ac-*

cepta Prid. Kal. Dec. Rustico V.C. Cos.) cujus initium: *Quantam habuimus alacritatem nos quoque & piissimus & Christianissimus Imperator unacum fidelissima & in omnibus bonis florente conjuge sua circa rectam & puram Sanctarum Ecclesiarum unionem*: iterum Epiphanius orthodoxam fidem profitetur, seque ait nomina eorum inter sacra non recitare mysteria, quæ Sedi Apostolicæ profana cognovit; simulque certiorem facit Hormisdam Papam, Ponti & Asiæ & maxime Orientis Episcopos, suorum Antistitum nomina, e diptychis abradi nunquam esse passuros; indicia autem suæ secundum Christum caritatis subjungit, *per viros Reverendissimos Joannem Episcopum, Heraclianum Presbyterum, & Constantinum Diaconum*, suos & Synodi Constantinopolitanæ Legatos, per quos ait *Synodalia nostra secundum Ecclesiasticas Vestræ Beatitudinis destinavimus leges*, transmitti a se ad eund. Pontificem sacra munera, videlicet, *calicem gemmis circumdatum, patenam auream, alium calicem argenteum, & vela serica*,

Synodicæ Episcoporum Epistolæ respondit Pontifex literis datis *vii. Kal. Apr. Valerio V. C. Cos.* [ideft, anno 521.) quarum inscriptio & initium: *Hormisda Synodo Constantinopolitanæ. Fratrem & Coepiscopum nostrum Epiphanium, apud felicissimam Deo faventem Constantinopolim ad officium muneris Sacerdotalis assumptum, pervenisse ad nos, fraternitate vestra referente, gaudemus*. Ad Epiphanium quoque Epistolam dedit *viii. Kal. Apr. Valerio V.C.* cujus inscriptio, & initium. *Hormisda Epiphanio Episcopo Constantinopolitano. Benedicimus Dominum fraternæ caritatis affectu, quia non solum Synodica relatione ad sacerdotium te digne pervenisse cognovimus, sed factis atque moribus comprobamus*. Et ad calcem. *Manu Papæ. Suscepimus calicem aureum gemmatum, patenam argenteam* (1) *& alium calicem argenteum, & vela duo, ministerio Basilicæ Beati Petri Apostoli profutura, a caritate tua directa*.

Quia vero tam Ponti & Asiæ, quam Orientis Episcopi,

(1) In Ep. Epiphanii. *Patenam auream*.

ſcopi preces Juſtino Imperatori obtulerant, ut Euphemii & Macedonii Byzantinorum quondam Antiſtitum nomina in diptychis retinere ſibi a Sede Apoſtolica permitteretur, eaſdem preces, Imperatoris juſſu, Epiphanius ad Hormiſdam direxit, Epiſtola cujus initium: *Quantam alacritatem, aut quale deſiderium piiſſimus & Chriſtianiſſimus Imperator ad perfectam unionem univerſarum Eccleſiarum habeat, non voluntate tantum ſed operibus ipſis, habitantibus in hac regia urbe, & antequam ad regnum a Deo ſibi datum perveniret, oſtendit*. Idem ipſum urgeri apud Pontificem curavit per Paulinum Sedis Apoſtolicæ Defenſorem, quem olim ad ſe miſſum, tunc vero Romam redeuntem comitari voluit data ad eund. Papam Epiſtola, cujus initium. *Paulinus veſtræ Sedis Defenſor, qui veſtram retulit Epiſtolam*. Quid ad hæc Hormiſdas reſcripſerit, ſuperius patefecimus ex ejuſdem Pontificis Epiſtola ad Epiphanium, cujus initium: *Multo gaudio ſum repletus, quod circa Eccleſiaſticam pacem, & Sereniſſimi Imperatoris, & dilectionis tuæ tale ſtudium, quale literis indicaſti, Legatorum quoque meorum aſſertione cognovi*. Extat hæc Epiſtola Gr. Lat. in Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena Act. v. in qua vices ſuas Pontifex Epiphanio committit.

Denique, quum Hormiſdas Pontifex per Epiſtolas ad Legatos ſuos (1) Germanum & Joannem Epiſcopos, Felicem & Dioſcorum Diaconos, & Blandum Presbyterum; necnon ad Joannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, die *vii. Idus Julii*, *Euthαrico V. C. Coſ.* ideſt, anno Chr. 519. datas, hortatus fuiſſet, ut *Alexandrinæ*, & *Antiochenæ* Eccleſiarum unionem procurarent: quumque iidem ejuſdem Papæ Legati in ſuis ad Pontificem ſuggeſtionibus die III. Kal. Jul. ejuſdem anni 519. datis, narraſſent, „ poſt multas (ut inquiunt) afflictiones, & „ pene in tres menſes a Patribus protracta certamina „ piiſſimum Imperatorem ſua auctoritate Paulum nomi„ne Presbyterum de Eccleſia Conſtantinopolitana ele„giſſe Epiſcopum fieri in Eccleſia Antiochena, dicen-

„ tem

(1) Inter Epiſtolas Hormiſdæ num. LII. LIII. LIV. & XLV.

„ tem inter alia & hoc testimonium de ipso, quia duo-
„ bus annis in Antiochia positus non mediocriter re-
„ sistebat Severo hæretico: similiter & omnes catholici
„ consonabant: idcirco tam Justinus Imperator, quam
Epiphanius Patriarcha censuerunt significandum esse Hormisdæ, eundem Paulum Antiochenum de quibusdam accusatum, Episcopatu se abdicasse, Justini Epistola hæc est. „ Justinus Augustus Hormisdæ Papæ. Ut quod in
„ Paulo viro Reverendissimo contigit, Apostolatui vestro
„ patefiat, qui Sacerdotio præditus Antiochenæ Civita-
„ tis, ita versatus esse dicitur in multis causis, quæ re-
„ ligiosis alienæ sunt Episcopis, ut Clericorum suorum
„ proditione, habitatorum etiam dictæ civitatis, alio-
„ rum insuper frequentium incusaretur, non tantum Le-
„ gatis vestræ Sanctitudinis in hac Regia positis urbe,
„ [ut ipsos quoque retinere censemus,] verum post eo-
„ rum recessum; qui malæ conscientiæ suæ testimonio
„ veritus insuper, ne quæstione habita, graviorem for-
„ mam exitus rei posceret, recusatores libellos obtulit,
„ ut liceret ei secedere a suscepto (sicut dictum est)
„ Episcopatus officio. Quoniam igitur cordi nobis est,
„ & fuit, ut semper civitatum Antistites in amore sint
„ omnium communi, quorum regendas acceperunt ani-
„ mas: Paulus autem Reverendissimus ultro se de suo
„ (prout memoravimus) abdicavit Sacerdotio, præsen-
„ tem Epistolam duximus dirigendam, ut vobis aperia-
„ tur, & orationibus propriis cæleste nobis præsidium
„ dignetur acquirere. Dat. Kal. Maj. Constantinopoli,
„ Justiniano & Valerio VV.CC. Coss. (idest, anno 521.)

In eandem sententiam de Paulo Antiocheno Epiphanius. „ Per omnia sanctissimo ac beatissimo Domino
„ fratri & comministratori Hormisdæ, Epiphanius Epi-
„ scopus. Frequentiores quidem literas facere ad Ve-
„ stram Beatitudinem, & frui affectu fraternæ caritatis
„ optamus. Nunc autem ea, quæ evenerunt, cupientes
„ vestram sanctimoniam non latere, præsentibus usi su-
„ mus scriptis. Multis enim, & non parvo spatio tem-
„ poris perturbationibus, Antiochiæ maximam Civita-

„ tem,

„ tem, quæ eſt in Diœceſi Orientali prima, circumſtan-
„ tibus, ſub occaſione, quia Paulus amabilis Deo Epi-
„ ſcopatum memoratæ habuit Civitatis, & multis urbis
„ ipſius habitatoribus, ſicut dixerunt aliqui, a Catholi-
„ ca ſeſe ſeparantibus, & aſſiduas interpellationes tran-
„ quilliſſimo & fideliſſimo Principi noſtro ingerentibus,
„ & eorum quæ in accuſationem docebantur, inquiſitionem
„ ſupplicantibus fieri manifeſtam. Quæ quidem initium
„ olim ſumpſerunt, ſicut nec directos a Veſtra Sancti-
„ tate Deo amabiles Legatos latuit, quum in Regia de-
„ gerent Civitate, agnoſcentes ſuper his omnia. Me-
„ moratus ergo amabilis Deo Paulus prodeſſe ſibi hoc
„ exiſtimans, per Libellos proprios deſignatæ Civitatis
„ deſertionem & Epiſcopatus elegit, & univerſalem quie-
„ tem, & a cauſis alienationem ſe præferre monſtravit.
„ Quæ omnia & amabilem Chriſto Principem noſtrum
„ manifeſta reverentiæ veſtræ feciſſe novimus. ſed nunc
„ omnibus nobis pretioſius, & de quo maxime noctibus
„ & diebus bonum nuncium de his, qui ab amantiſſimo
„ Principe & a nobis directi ſunt ad Veſtram Beatitudi-
„ nem Deo amabiles Legati, amicam Deo pacem nun-
„ ciantes, & omnia pulchritudine decora unitatem ſan-
„ ctarum Eccleſiarum annunciantes. Quam cito ad nos
„ deſtinare dignemini, ut præſentis cauſæ (ſicut ſæpe
„ ſcripſimus) ſit cœleſte lucrum his, qui in celeritate
„ ſunt bonæ correctionis auctores, beatiſſime & ſanctiſſi-
„ me frater, omnem quæ eſt cum tua beatitudine in
„ Chriſto fraternitatem nos & qui nobiſcum ſunt multis
„ ſalutamus annis „. Has fuiſſe cauſas, cur Paulus Epi-
ſcopatum, quem poſt Julium menſem anni 519. ſuſce-
perat, menſe Aprili anni 521. abdicaverit, Juſtinus Im-
„ per. & Epiphanius Patriarcha referunt. Aliam vero
Abdicationis cauſam narrat Joannes Malalas Par. 2. in
Juſtino pag. 133. „ Ejuſdem Imperatoris anno primo
„ (*inquit*) Severus Patriarcha Antiochenus Vitalianum
„ fugiens, in Ægyptum ſe recepit, cujus in locum Pa-
„ triarcha creatus eſt Paulus, Xenodochii Eubuli præ-
„ fectus. Hic ſexcentorum & triginta Synodi Chalcedo-
„ nenſis

„ nenſis Epiſcoporum nomina in Eccleſiarum Diptycha „ per ſingulas urbes retulit: unde ſchiſma magnum fa- „ ctum eſt, multis ab eo ſecedentibus, quibus Synodi „ illius fautores Neſtorianiſmum ſapere videbantur „. Ut nempe non aliam ob cauſam, quam ob diſſidentes ſuorum animos Epiſcopatum abdicaverit, ſicuti antehac Martyrius: Quieno teſte in Oriente Chriſtiano Tom. 2. pag. 712. Nimirum, propugnandæ orthodoxæ fidei zelo abreptus, excitato per Antiochenam Diœceſim a Neſtorianis & Eutychianis tumultu, quum illum compeſcere non poſſet, ſatius eſſe duxit Paulus Epiſcopatui nuncium remittere, exemplo Martyrii Antiocheni Patriarchæ, de quo ſic Theophanes: „ Tum Martyrius, ad „ Imperatorem Leonem profectus, Gennadii Conſtanti- „ nopolitani Præſulis commendatione multo honore „ ſuſcipitur. Antiochiam deinde reverſus, quum popu- „ li factiones varias, eaſdemque tumultibus agitatas „ comperiſſet, Zenonis favore fortiores, in Eccleſiæ „ conventu Epiſcopatu ceſſit, verbis hujuſmodi utens: „ Clero inobedienti, Populo contumaci, & Eccleſiæ „ ſordibus infectæ, nuncium remitto, ſolaque mihi Sa- „ cerdotii dignitate reſervata, Epiſcopale munus de- „ pono.

Confirmantur hæc Gregorii Abulpharagii, hæretici Monophyſitæ, teſtimonio, qui in Syriaca Patriarcharum Antiochenorum Hiſtoria de Paulo, acerrimo Chalcedonenſis Synodi propugnatore, atque Eutychianorum hoſte, ſic ſcribit. ܒܬܪ ܦܛܪܐ ܕܡܪܬܘܪܝܘܣ ܪܒܐ : ܦܘܠܐ ܕܐܬܩܪܝ ܝܗܘܕܝܐ . ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܠܐܐ ܕܪܘܚܐ ܘܒܬܪ ܗܕܡܐ ܗܢܐ ܘܢܦܩ ܪܒܐܣܘܬܐ : ܗܟܝܠ . ܘܗܘ ܚܣܝܢ ܘܚܒܝܪ ܠܟܠܩܐܕܘܢܐ ܠܢܣܛܘܪܝܘܣ ܘܠܐܘܛܘܟܐ . ܘܗܘ ܚܪܡ ܟܬܒܐ ܕܟܠܗܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܟܠܗ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܢܬܪܚܩܘܢ . ܘܐܠܨܢ ܕܢܬܦܫܘܢ : ܡܢ ܟܘܪܣܝܘܬܗܘܢ . ܘܐܠܨܢ ܕܠܐ : ܢܬܟܬܫܘܢ . ܘܟܠܗܘܢ ܐܟܚܕܐ ܕܐܬܚܣܠܘ : ܗܘ ܕܝܢ ܗܘܐ ܒܬܪ ܫܢܝܐ ܐܬܟܢܫܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܬܪ̈ܘܬܐ ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ : ܘܚܪܡܘܗܝ ܘܥܒܕܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܚܪܢܐ ܕܢܗܘܐ ܒܕܘܟܬܗ ܘܠܐ ܩܒܠܘܗܝ ܠܢܣܛܘܪܝܘܣ

[illegible]

[illegible] *Post Sanctum* (1) *Severum magnum*, *Paulus cognomento Judæus*. *Hic vas iræ fuit*: *Et anno postquam Severus magnus exiit*, *promotus est*, *cæpitque Synodum Chalcedonensem in urbe Antiochena prædicare*, *& congregatos ibi universos Episcopos*, *ad illam prædicandam compulit*. *Qui igitur morem ei gessere*, *suas retinuere Sedes*: *qui vero secus*, *in exilium pulsi sunt*. *Johannes Amidensis*, *Asiæ*, *qui post Sanctum* (2) *Anthimum Orthodoxis* (Monophysitis scilicet) *Constantinopoli Episcopus præfuit*, *quinque supra quinquaginta enumerat Episcopos*, *qui proprias abdicare Sedes maluerunt*, *quam Synodum admittere*: *in quibus Constantinus*, *qui propter suas virtutes meruit una cum Patriarcha ad omnia altaria prædicari*: *item Philoxenus qui & Xenajas Mabugensis*, *qui Gangra relegatus*, *ibidem in cænaculo Xenodochii inclusus*, *excitato in inferiori cubiculo fumo suffocatus est*: *Thomas quoque Damascenus*, *insigni abstinentia vir*, *qui per duodetriginta annos neque panem manducavit*, *neque vinum bibit*: *insuper Theosebius Ephesi*, *qui per triduum coram Altari procumbens*, *oravit Dominum*, *ut ex hoc sæculo migraret*, *ne*

(1) Ita hæreticus hæreticum appellat.
(2) Hæreticum scil. illum, quem S. Agapetus Papa depósuit.

ne a fidei confessione recederet, neque surrexit, donec Deus ipsum exaudivit. Julianus denique Halicarnassi, qui postea Phantasiasta fuit: & alii plurimi. Quumque annum unum in Antiocheno Præsulatu Paulus exegisset, videns Imperator, quod propter ipsius tyrannidem magnum in Ecclesia Schisma exortum esset, eum dejecit: qui & paulo post decessit. Fallitur Abulpharagius. Paulus enim circa mensem Aprilem an. 519. Patriarcha ordinatus, anno demum 521. eodem fere mense Aprili sese abdicavit, juxta Justini & Epiphanii Epistolas: non igitur anno uno, sed biennio Episcopatum Antiochenum gessit. Quod autem idem Abulpharagius ait, a Johanne Asiæ Monophysitarum Episcopo numerari Antistites LV. qui sedibus suis dejecti sunt, eo quod Synodum Chalcedonensem suscipere noluissent, eorum Episcoporum (uno tamen demto) nomina ex ejusdem Johannis Syriaca Historia accipe. ܫܡܗ̈ܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܬܪܕܦܘ ܘܐܫܬܕܝܘ ܡܢ ܟܘܪܣܘܬܗܘܢ . ܡܢ ܩܝܠܝܩܝܐ ܗܠܝܢ . ܐܢܛܝܘܟܘܣ ܕܐܢܙܪܒܐ ܝܘܠܝܘܣ ܕܗܓܪܐ . ܝܘܚܢܢ ܕܡܡܦܣܘܣܬܝܐ . ܦܘܠܘܣ ܕܐܦܝܦܢܝܐ . ܝܘܚܢܢ ܕܐܝܪܝܢܘܦܘܠܝܣ . ܦܘܠܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܙܥܘܪܬܐ *Nomina Episcoporum Sanctorum (imo, impiorum Eutychianorum) qui persecutionem passi sunt, & a Sedibus suis dejecti. Ex Cilicia hi qui sequuntur. Antiochus Anazarbæ. Julius Hegarum. Johannes Mopsuestiæ. Paulus Epiphaniæ. Johannes Irenopolis. Paulus Alexandriæ minoris.* ܡܢ ܩܦܘܕܩܝܐ . ܦܪܘܩܠܘܣ ܕܩܠܘܢܝܐ . ܡܘܣܘܢܝܘܣ ܕܬܪܡܐ . ܢܝܩܦܘܪܘܣ ܕܣܒܣܛܝܐ *Ex Cappadocia. Proclus Coloniæ. Musonius Thermarum. Nicephorus Sebastes.* ܡܢ ܣܘܪܝܐ . ܦܝܠܘܟܣܢܘܣ ܕܡܒܘܓ . ܦܛܪܝܩܝܘܣ ܕܐܦܡܝܐ . ܩܘܣܛܢܬܝܢܐ ܕܠܐܘܕܝܩܝܐ . ܐܦܝܦܢܝܐ ܕܛܪܒܠܘܣ . ܦܠܘܪܝܢܛܝܢܘܣ ܕܟܠܟܝܣ . ܦܛܪܐ ܕܐܦܡܝܐ . ܬܘܡܐ ܕܕܡܣܩܘܣ ܘܡܢܗܘܢ ܕܒܐܘܪܗܝ : ܐܣܩܠܦܝܘܣ ܕܐܘܪܗܝ . ܡܪܐ ܕܐܡܝܕ . ܘܡܢܗܘܢ ܬܘܒ ܒܐܪܡܢܝܐ . ܬܐܘܡܐ ܕܕܪܘܣܛܢܘܣ ܘܡܢܗܘܢ ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ . ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܕܐܒܝܠܐ ܘܡܢܗܘܢ ܒܐܣܘܪܝܐ . ܬܐܘܡܐ ܕܐܡܝܕ ܘܡܢܗܘܢ ܒܐܣܘܪܝܐ . ܡܣܝܢ ܕܐܪܙܘܢ

ܕܝܒܪܘܕ ܘܡܝܬ ܒܐܟܣܘܪܝܐ ܝܘܚܢܢ ܕܬܕܡܘܪ ܘܡܝܬ ܒܐܟܣܘܪܝܐ . ܣܪܓܝܣ ܕܩܘܪܘܣ ܘܡܝܬ ܒܐܟܣܘܪܝܐ . ܬܐܘܡܐ ܕܓܪܡܢܝܩܝܐ ܘܡܝܬ ܒܫܡܝܫܛ . ܦܘܠܐ ܕܐܘܪܗܝ ܘܩܒܠ ܠܣܘܢܗܕܘܣ ܘܥܠ ܠܡܕܝܢܬܗ . ܝܘܚܢܢ ܕܚܪܢ ܘܡܝܬ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܝܘܚܢܢ ܕܐܡܘܪܝܢ ܘܡܝܬ ܒܐܟܣܘܪܝܐ . ܐܘܣܛܬܝܘܣ ܕܦܐܪܝܢ . ܘܡܝܬ ܒܐܟܣܘܪܝܐ . ܦܛܪܐ ܕܪܝܫܥܝܢܐ ܘܡܝܬ ܒܐܟܣܘܪܝܐ . ܢܘܢܐ ܕܩܪܩܝܣܝܢ ܘܡܝܬ ܒܐܟܣܘܪܝܐ . ܦܘܠܐ ܕܩܠܠܝܢܝܩܘܣ ܘܡܝܬ ܒܐܟܣܘܪܝܐ . ܡܪܝܘܢ ܕܫܘܪܐ ܘܡܝܬ ܒܐܟܣܘܪܝܐ . ܝܘܚܢܢ ܕܬܠܐ ܐܣܗܕ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܡܢ ܐܦܪܝܡ ܐܡܝܕܝܐ . ܬܐܘܡܐ ܕܕܪܐ ܘܡܝܬ ܒܐܟܣܘܪܝܐ . ܐܗܪܘܢ ܕܐܪܫܡܝܫܛ ܘܡܝܬ ܒܐܟܣܘܪܝܐ

E Syria. Sanctus [imo impius] *Severus Patriarcha Antiochiæ. Constantinus Laodiceæ. Antoninus Alepi* (seu Berœæ) *Philoxenus Mabug* [seu Hierapolis] *Petrus Apameæ. Nonnus Seleuciæ, qui obiit Amidæ. Isidorus Kennesrini : Mara Amidæ, qui ambo mortui sunt Alexandriæ. Thomas Damasci, obiit Constantinopoli. Alexander Abilæ, obiit in exilio. Thomas Jabrudæ, obiit in exilio. Johannes Thadmoræ* (idest Palmiræ) *obiit in exilio. Johannes Hurin, obiit in exilio. Sergius Cyri, obiit in exilio. Thomas Germaniciæ, obiit Samosatæ. Paulus Edessæ, suscepta Synodo, in civitatem suam rediit.* Johannes Haran, obiit Antiochiæ. *Johannes Amurin, obiit in exilio. Eustathius Pharin, obiit in exilio. Petrus Resinæ, obiit in exilio. Nonnus Circesii, obiit in exilio. Paulus Callinici, obiit in exilio. Marion Suræ, obiit in exilio. Johannes Telæ, martyrium subiit Antiochiæ per Ephræmum Amidensem. Thomas Daræ, obiit in exilio. Aaron Arsamosatæ, obiit in exilio.*

ܡܢ ܐܣܝܐ ܘܡܢ ܦܘܢܝܩܐ ܘܡܢ ܐܦܪܘܣܝܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܘܣ ܗܝ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܢ ܐܦܪܘܣܝܘܣ ܘܡܝܬ ܒܦܘܪܩܢܐ . ܡܫܠܡܢܘܬܗ ܘܐܪܬܘܕܘܟܣܝܐ ܕܟܠܗ ܡܕܝܢܬܗ ܢܦܩܘ . ܐܘܪܫܠܡ ܡܢ ܗܠܝܢ . ܘܡܝܬ ܒܐܟܣܘܪܝܐ . ܦܛܪܐ ܕܗܠܝܢ ܘܡܝܬ ܒܐܟܣܘܪܝܐ . ܘܟܠܗܘܢ ܕܐܦܣܩܘܦܐ ܦܠܣܛܝܢܐ . ܐܘܣܛܬܝܘܣ ܕܦܘܠܘܣ ܗܘ ܐܬܬܟܠ ܕܡܢ

ܠܡܕܝܢܬܐ

ܠܡܕܝܢܬܐ ܡܠܟܬܐ ܕܢܩܒܠ ܠܣܘܢܗܕܘܣ. ܘܟܕ ܠܐ ܨܒܐ
ܢܦܠ ܗܟܢ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܘܒܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܡܝܬ: ܗܝܠܪܝܢܘܣ
ܕܢܝܩܐܣܪܝܐ. ܐܠܦܝܕܝܘܣ ܕܩܣܛܪܘܢ. ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܕܐܠܘܒܘܢ.
ܠܘܩܐ ܕܐܡܘܪܝܐ. ܐܘܣܒܝܢܐ ܕܐܕܪܝܢܘܣ. ܦܛܪܐ ܕܡܝܠܝܛܘܣ.
ܒܩܛܘܪ ܕܦܝܠܕܠܦܝܐ. ܦܛܪܐ ܕܡܢܕܐ. ܐܓܬܘܕܘܪܘܣ ܕܝܐܣܘܣ.
ܦܠܓ ܕܩܠܢܕܪܝܣ. ܦܘܛܝܢܘܣ ܕܐܪܣܢܘܐܝܛܐ. ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ
ܕܟܘܢܟܪ. ܟܠܗܘܢ ܐܦܣܩܘܦܐ ܚܡܫܝܢ ܘܐܪܒܥܐ Ex Asia, *& Caria, & Aphrodisiade. Euphemius Archiepiscopus Aphrodisiadis, obiit in exilio. Menophantus Antiochiæ ad Mæandrum fluvium. Eudoxius Alabandorum, obiit in exilio. Petrus Alindorum, obiit in exilio. Julianus Halicarnassi, factus est Phantasiasta. Theosebius Ephesi, evocatus ad Regiam urbem, ut Synodum admitteret, procumbens tamen coram Altari, tertia die obiit. Hilarianus Neocæsareæ. Elpidius Castræorum. Theodorus Aluborum. Lucas Amorii. Eusebinus Hadrianæ. Petrus Mileti. Victor Philadelphiæ. Petrus Mendæorum. Agathodorus Jaffi. Phaleg Celenderis. Photinns Arsenoitarum. Alexander Chuncar. Omnes Episcopi quinquaginta quatuor.* Pergit Monophysita Episcopus idemque Historicus Johannes, de Paulo Antiocheno Præsule disserens · ܟܕ
ܐܬܡܢܝ ܘܠܟܠܗܘܢ ܚܣܝܐ ܗܘܐ ܦܘܠܐ ܝܗܘܕܝܐ ܒܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ.
ܡܢ ܒܬܪ ܡܫܠܡܢܘܬܗ ܕܣܘܝܪܐ ܕܐܬܩܪܝ ܗܘܐ ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܫܢܝܐ
ܘܠܐ ܐܦܣܩܘܦܐ. ܘܡܚܙܝܢ ܐܢܫܝܢ ܘܐܬܚܒܪ ܠܡܦܣ
ܡܛܠ ܕܐܒܝܠܐ ܗܘܐ ܗܘ ܕܡܒܥܐ ܗܘܐ ܠܐܦܣܩܘܦܐ. ܘܡܬܚܙܐ ܠܗ
ܙܘܓ ܠܡܬܡܪܚܘ ܐܦ ܡܚܘܝܐ. ܘܐܬܚܪܗ ܗܘܐ ܐܦܣܩܘܦܘܬܐ
ܘܐܦܣܩܘܦܘܬܗ ܘܐܬܟܠܝ ܕܡܕܝܢܬܐ ܡܠܟܬܐ. ܗܢܐ ܕܐܦ
ܡܠܟܘ ܕܡܢܗ ܘܐܡܪ ܠܐܘܪܝܩܘܢ ܘܒܬܝܢ ܐܝܟ ܕܝܬܝܗ
ܡܫܡܫܢܐ. ܦܢ ܠܩܘܪܐ ܘܠܐܝܬܘ ܒܐܬܪܗ. ܗܢܐ ܕܐܦ ܦܣܝܩܐ
ܟܠ ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܡܛܠ ܕܐܦ ܗܘ ܕܒܗܘܢ ܕܐܬܝܗ ܠܐ ܕܢܫܬܡܠܐ
ܘܚܫܐ ܘܟܐܒܐ ܥܡܝܩܐ ܕܒܢܝܢܗ ܘܠܐܡܐ ܕܒܠܒܗ ܠܐܬܘܬܐ
ܘܡܢ ܫܢܝܐ. ܘܦܢܝܘ ܗܘܐ ܠܐܬܪܗ ܘܡܢ ܦܩܘܕܬܗ ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ
ܘܒܠܚܘܕܐ ܠܗܘܢ ܒܥܝܠܬܐ ܗܘ ܘܐܦܣܩܘܦܐ: ܘܗܝܕܝܢ
ܒܒܬܪܗ ܟܪܝܐ ܘܐܢܫܐ ܗܘܠܟܬܗ ܘܐܦܣܩܘܦܐ. ܘܡܬܦܢܐ
ܗܘܐ.

ܗܘܐ ܪ̈ܕܘܦܝܐ ܩܫܝܐ ܘܒܝ̈ܫܬܐ ܘܣܘܥܪ̈ܢܐ ܕܗܠܝܢ ܒܟܠܗܘܢ
ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܕܐܬܐܡܪ ܘܕܝ̈ܪܝܐ ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܕܟܠܗܘܢ ܠܡܫܘܐ ܥܡ ܛܘܥܝܬܗ ܕܗܘܐ:
ܥܡ ܠܐ ܡܫܬܠܡܝܢ ܗܘܘ ܘܡܫܬܒܩܝܢ ܠܪܫܥܘܬܗ ܕܦܘܠܐ ܝܗܘܕܝܐ.

Anno Græcorum 831. (1) *Paulus Judæus factus est Patriarcha Antiochiæ. Post Sancti* [impii] *Severi excessum, mansit Antiochia sine Episcopo annum unum. Deinde electus missusque est illuc vas perditionis Paulus, qui Eutyches dicebatur, quinimo (si fas est dicere) & Judæus. Fuerat autem Xenodochio Eubuli in Regia urbe præfectus. Hic factus est infelix hæres ejus, de quo illud Domini Evangelicum effatum, necesse est ut veniant scandala; væ tamen homini illi, per quem Scandala venient. Per ipsum enim contigere perturbationes, schismata, scandala, & contentiones in Ecclesia Dei quæ est in omnibus Orientis regionibus, nempe, quod invexit inscripsitque abominandam Chalcedonensem Synodum, primum quidem in Ecclesia Antiochiæ, deinde vero in omnibus Ecclesiis Antiochenæ subjectis. Unde sævæ persecutiones & mala exorta sunt, & dejectiones eorum omnium Episcoporum, quorum facta est mentio, Cænobitarum quoque & Monachorum, quotquot noluerunt impietati Pauli Judæi consentire.* Mox idem auctor Monophysita, quum ea singillatim narrasset quæ a Paulo Patriarcha Antiocheno adversus Monophysitas Chalcedonensem Synodum admittere renuentes in Syria & Mesopotamia usque ad Persarum fines gesta sunt, de ipsius obitu sic scribit. ܟܕ ܕܝܢ ܠܐܚܪܝܬܐ
ܡܛܝܒ ܡܠܟܐ ܚܙܐ: ܕܡ ܚܙܐ ܡܠܟܐ ܕܗܢܘܢ ܒܟܠܗ ܐܬܪ̈ܘܬܗ
ܒܟܠܗ ܫܘܒܩܢܐ ܟܠܗ ܡܢ ܟܪܣܝܐ: ܘܐܫܬܕܝ ܠܓܠܘܬܐ ܒܝ̈ܫܬܐ
ܫܩܠܬܗ ܕܒܗ: ܐܦܣܩ ܘܐܦܩܗ ܡܢ ܟܪܣܝܐ. ܘܐܝܟ ܐܦ
ܡܢ ܫܢܐ ܘܐܬܐ ܕܒܗ ܫܡܥܐ ܕܗܠܝܢ ܦܩܘܕ ܒܪܘܚܗ
ܕܐܠܗܐ ܘܡܫܬܒܩܠܐ ܦܘܠܘܣ ܕܒܝܠܐ. ܘܗܘ ܡܚܝܘ ܕܪܘܚܐ
ܗܘܐ ܠܚܘܒܬܗ: ܒܡܘܬܢܐ ܒܡܕܝܢܬ ܐܝܟ ܕܒܡܕܝܢܬܐ

Quum

(1) Anno Græc. 831. nimirum Christi 520. non 519. uti perperam scribit Quienus in Paulo Tom. 2. Orient. Chr. p. 732. At vero Paulum anno 519. electum fuisse Patriarcham, supra vidimus.

Quum igitur Paulus annum unum (1) *Sedis explesset, quum vidisset Imperator, quod propter ejus tyrannidem universus mundus ab Ecclesia secessisset, compertaque habuisset plurima quae is gesserat mala; amovit eum dejecitque ab Ecclesia: simulque is e vivis excessit, migravitque, ut rationem coram justitia Dei redderet, & operis sui retributionem, sicut scriptum est, reciperet.* Ita hæretici Monophysitæ testimonium Paulo perhibent, quod Synodum Chalcedonensem in universa Antiochena diœcesi prædicaverit, quodque illam admittere nolentes Episcopos & Monachos, sedibus cœnobiisque suis expulerit.: quapropter Episcopatum, *vel sponte abdicaverit*, uti Justinus & Epiphanius affirmant, & Evagrius (2) historicus narrat; vel *abdicare compulsus fuerit*, ne quæstione habita, graviorem formam exitus rei posceret: quemadmodum historicus Monophysita interpretatur, dum illum a Justino Imp. ait fuisse depositum.

Ad Epiphanium CP. regredior. Præter recitatas supra ejusdem ad Hormisdam Papam Epistolas, *Synodica Epiphanii Sententia contra Severum* Antiochenum, & *Petrum* Apameensem, & *Zoaram* hæreticos Monophysitas, exhibetur in Concil. Constantinopolitano sub Menna habito an. 536. Inscriptio & initium. *Sententia Epiphanii Patriarchæ, & Synodi congregatæ contra Severum & Petrum & Zoaram.* ἡ ἐνδημοῦσα ἁγία σύνοδος εἶπεν. εἰ καί τι νεώτερον ἦν τὸ παρὰ τῶν εὐλαβεστάτων ἡγουμένων τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων αἰτηθέν. *Sancta Synodus dixit. Licet quid novius fuerit, quod a venerabilibus Prioribus venerabilium monasteriorum petitum est.* Et mox. *Et in hoc etiam sequendo nos memoratos Sanctos Patres, per mediocrem contra ipsos sententiam nostram anathematizamus ipsos, Severum & Petrum, quorum alter quidem Theopolitanorum, alter vero Apamenorum Ecclesiarum Sedem illicite subripuerunt: ut qui in Christum speraverunt, & Catholicæ Eccle-*

(1) Annum unum. Imo, biennium, uti supra dictum est. Corrigendus proinde Quienus, qui pag. 732. Tom. 2. ait, *exacto triennio, Paulum* Episcopatu sese abdicasse.

(2) *Antiochia sponte secessit, & certo vitæ cursu emenso, commune universæ carnis iter ingressus est.* Evagrius.

Ecclesiæ existunt, hoc scientes, non incidat in ipsos ignorantia eorum quæ Canonice contra ipsos definita sunt, sed sciant secundum Evangelicam & Apostolicam doctrinam, quoniam hæreticum virum post primam & secundam monitionem devitare oportet, & quod non oporteat dicere tali, Salve: *nam qui dicit ei*, Salve, *communicat operibus suis malis: manifestum autem est, quod ejusdem condemnationis sunt Zoaras impiissimus, & omnes qui venerabilibus altaribus & baptisteriis sua hæretica conventicula opposuerunt: & simili modo anathematizamus parabaptismata, & impia scripta prædicti Severi: æqualiter enim, sicut dicit divina scriptura, odibilia sunt Deo impius, & impietas ipsius*. Quisnam fuerit impius ille *Zoaras*, dicam postea, ubi de S. Mena Patriarcha.

Eidem *Epiphanio Patriarchæ Constantinopolitano* alia duo scripta tribuuntur. Primum nempe, *expositio, qua ordine Patriarchæ, Metropolitæ, Archiepiscopi, & Episcopi loca sua occupent*, quæ legitur lib. 2. Ceremonialis Constantini Porphyrogeniti cap. 54. quamque nos recitavimus Tom. 2. hujusce Bibliothecæ Juris a pag. 297. Alterum opus, inscriptum Arabice: قوانين واحكام وضعها القديس ابيفانيوس بطريرك القسطنطينية للملك اسطيان وعدتهم خمسة واربعون *Canones & statuta, edita a S. Epiphanio Patriarcha Constantinopolitano ad Imperatorem Justinianum, suntque numero Canones quadraginta quinque*. Extant Tom. 2. Collectionis Canonum Ecclesiæ Alexandrinæ, relati in Catalogo Codicum Arabicorum, quos in Bibliothecam Vaticanam ex Oriente intuli, Tom. 1. Biblioth. Orient. pag. Primus Canon incipit. ان عطايا الله عظيمة وفاضلة . ويجب الذي يصنع اسقفا ان يكون مشهورا بالخير والعفاف ولا يكون في شي من خدمة السلطان بل يكون من صغرة راهبا الخ *Magna sunt & præclara Dei dona. Oportet autem eum, qui creandus est Episcopus, testimonium habere de vita, utrum bona sit, & continens: neque sit officialis vel curialis conditionis, sed a tenera ætate institutum amplexus monasticum &c.* Porro desumti sunt hi Cano-

Canones ex Sexta Justiniani Imperatoris Constitutione, cujus inscriptio: *Quomodo oporteat Episcopos & Presbyteros & Diaconos tum mares, tum fœminas, ordinari: & quænam sint pœnæ adversus eos, qui typum Constitutionis transgrediuntur*. Titulus autem. *Idem Imperator Epiphanio sanctissimo Archiepiscopo hujus Regiæ urbis, & Oecumenico Patriarchæ*. Initium vero. Μέγιςα τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐςὶ δῶρα Θεȣ̃. *Quæ quidem Constitutio quum similiter directa dicatur, Archiepiscopo Alexandriæ, Ephræmio Antiochiæ, Petro Hierosolymorum, Joanni Præfecto Prætorio, iterum Exconsuli & Patricio, & Dominico Præfect. Præt. Illyrici*; hinc est, quod in compendium, uti Arabice habetur, redacta, & in Canones 45. distributa, nonnullis demtis, quibusdam etiam additis, sub nomine Epiphanii Patriarchæ apud Orientales circumfertur; neque mirum: nam & Julianus Antecessor eandem Constitutionem Latinam faciens, in Capita VIII. divisit, sic præfatus: *Hæc Constitutio in primo capite de Consecratione Episcoporum loquitur, quam oportet procedere sic. Debet enim prius disceptari de vita Episcopi, utrum bona sit, an reprehensibilis; & utrum bonis testimoniis muniatur, an non. Sed &, si officialis, vel curialis conditionis sit, probibetur Episcopus fieri*. Cetera. Vide Tom. 2. hujus Bibliothecæ pag. 185. & seq.

CAPUT VII.

S. Menas Patriarcha Constantinopolitanus, & Synodus Constantinopolitana sub eodem congregata.

DE Anthimo hæretico, qui post Epiphanii obitum, Sedem Constantinopolitanam invasit, hæc scribunt ad Agapitum Papam Monachi (1) Syriæ, Palæstinæ, & Regiæ urbis Act. 1. Concilii Constantinopolitani sub Mena. „ Iste, & similes huic ex hæreticis Acephalis exi-„ stentes, ac paululum religionis pietatem simulantes, „ in

(1) Tom. 5. Conc. Labb. edit. pag. 187. Initium pag. 983. *Ea quæ Sanctas Dei Ecclesias opprimunt considerantes*.

„ in Ecclesias se intruserunt, tamquam quædam Ægy„ptiaca flagella, qui nullo modo propriis Ecclesiis va„care voluerunt, & hoc solum bene sapientes, ut non „devastent sibi adjudicatas, aliud male sapuerunt, degere „in in tanta multitudine in hac Regia urbe, ut multos „sibi amplectantur proprio barathro. Instituit enim præ„dictus Anthimus non Evangelicam, sed fictam vitam; „ut finis probavit: & relinquens Ecclesiam Trapezun„darum sibi creditam, transcendit in aliam istius Ci„vitatis, ante hos proximos annos, ostendendo omni„bus configuratam continentiam suæ politiæ, & acqui„sitam ex his faciens pietatem. Quum ergo per hanc „subripuerit, potuit & Imperialia ibidem induere, ut „augere videretur subdolosam opinionem vitæ suæ: „conversatusque est multo tempore cum hæreticis ibi„dem nidificantibus, placita illis faciendo, & dicendo; „videlicet hæreticam furiam similem eis committen„do. Quum autem vidit sanctæ memoriæ Epiphanium in „extremis jacentem, machinatus est quid e contrario „corruptum ipsius propositum demonstraret „. Pergunt narrantes, quo pacto in Byzantinam Sedem subrepserit. Liberatus Diaconus in Breviario cap. 20. „ Ea tempe„state, mortuo (1) Epiphanio Constantinopolitano Epi„scopo, Theodora Augusta Anthimum transtulit in ean„dem Sedem, qui fuit Episcopus Civitatis Trapezun„tis regionis Ponti, latenter Chalcedonense Concilium „non suscipientem. *Anonymus Marcellini Continuator*: „Indictione XIII. Belisario U.C. Cos. [*idest anno Chr.* „*535.*] Epiphanius Episcopus Regiæ urbis ante adven„tum Romani Præsulis [*Agapiti*] moritur, cujus Epi„scopatum contra Canones Anthemius, Trapezuntina „Ecclesia relicta, invadit. *Baronius ad ann.536. num.19.* „*ex mss. Codice Vat. num.61.* Anthimus [*inquit*] qui re„licto dudum apud Trapezuntium Civitatem Episcopa„tu, Constantinopolim venerat, vitamque suam jeju„niis commendabat, sive (2) Patrum decreto, sive Au-

(1) Obiit Epiphanius die 5. Junii ann. 535. ex Theophane.
(2) Forte ibi legendum, *sine*.

„ gusti favore, sive Procerum voto, hæreticorum pe-
„ cuniis & seditiosorum turbis fretus, in Constantinopo-
„ litanæ Ecclesiæ Sedem irruit improvisus, adulter inva-
„ sit, & Apostolicum thronum, ingemiscente Clero, popu-
„ loque ad cœlum oculos referente, homo inimicus in-
„ sedit, atque cunctis cæteris insaniam suam tacitus se-
„ minavit, stipem egenis Simoniaco ritu disseminans „.
Tum idem antiquus Scriptor ibidem refert, quomodo Agapitus Papa Anthimum in urbe Constantinopolitana exauctoraverit. „ Talem hunc Ecclesiæ adulterum & popu-
„ lorum seductorem Agapitus Papa sine ullis morarum ob-
„ staculis Ecclesia expulit, & pœnitentiæ eidem tempus
„ indixit: quod quum sine mora repelleret, & antiquam
„ Ecclesiam, quam reliquerat, reprobaret, Papæ Aga-
„ piti voce & canonica secure percussus est; complices-
„ que ejus Severus, & Petrus, Antiochenæ & Apamenæ
„ Civitatum quondam Episcopi, de exilio in exilium
„ deportati; Zoaras quoque Presbyter eorumque sequax,
„ Apostolica voce ligatus est. Agapitus vero Papa Vas
„ Catholicum, Evangelii tuba, præco justitiæ, sacra
„ Altaris sedisque velamina, sacrilegi Anthimi infecta
„ flatibus, suis Catholicis precibus eluit, omnesque
„ Templi ædes ab inflictis inibi per Anthimum macu-
„ lis, orthodoxis obsecrationibus expiavit; mercenario
„ lupoque ovium a Dominica caula detruso extra Ec-
„ clesiæ parietes. *In Constatinopolitano sub Mena Concilio recitatur Act.* 1. Libellus Agapito Papæ a Monachis
„ Regiæ Civitatis, Syriæ, ac Palæstinæ oblatus contra
„ Anthimum, Severum, Petrum, Zoaram, & Isaacium
„ Persam. *Initium*. En quæ sanctas Dei Ecclesias „.
Item alter *Libellus* orthodoxorum Episcoporum Orientalium eidem Agapito oblatus adversus eosdem aliosque Acephalos, cujus initium. *Ex quo Christus Deus noster*. Demum *Epistola* ejusdem Agapiti Papæ ad Petrum Patriarcham Hierosolymorum data anno Chr. 536. Initium: *Voluissemus quidem, fratres dilecti, propter conjunctionem nostræ caritatis, omnes Domini Sacerdotes juxta Apostolicam traditionem irreprehensibiles invenisse*. Qua in

Epi-

Epiſtola Sanctus Pontifex de Anthimi depoſitione hæc habet. „ Quum itaque pervenimus ad Comitatum Sere-
„ niſſimi noſtri Imperatoris filii noſtri, invenimus Sedem
„ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ contra omnem Canonum
„ honeſtatem ab Anthimo Eccleſiæ Trapezuntinorum
„ Epiſcopo inconvenienter uſurpatam, cujus animam
„ non ſolum ſecundum iſtam partem, ſed, quod majus
„ eſt, in confeſſione veræ fidei a perditione reducere
„ deſideravimus: ſed Eutychis errori inſiſtens, ad viam
„ veritatis venire contemſit. Unde quum ipſius in fide
„ pœnitentiam iſto modo expectemus, neque Catholico,
„ neque ſacro nomine dignum eſſe ſententiavimus. Ce-
„ teros vero ſimiles contumaciæ ipſius, & ſententia
„ Apoſtolicæ Sedis condemnatos, ſimiliter caritas ve-
„ ſtra averſetur, quorum ipſe ſeipſum participem fecit:
ſupradictos intelligit Severum, Petrum, Zoaram, Iſaacium Perſam, cæteroſque Acephalos.

In locum dejecti Anthimi, ab eodem Agapito Pontifice ordinatus fuit Conſtantinopolitanus Patriarcha Mennas, de quo idem Pontifex in laudata ad Petrum Hieroſolymitanum Epiſtola ſic ſcribit: „ Conſtantinopoli-
„ tanæ vero Sedis injuriam, Apoſtolica authoritate ad-
„ juvante, & adjutorio fideliſſimorum Imperatorum,
„ emendavimus. Et modum quemdam admirati ſumus,
„ quod iſtud opus ita aperte contrarium decretis Patrum
„ veſtra fraternitas non ſolum ad notitiam noſtram ad-
„ ducere neglexit, ſed & reprehenſibili conſenſu confir-
„ mavit. Sed regratiamur Deo, cujus Spiritu, mala ad
„ melius ut plurimum revertuntur, & parvæ tranſgreſ-
„ ſiones ad utilitatem & occaſionem magni fiunt gaudii.
„ Hoc autem pro excitanda veſtræ conſpiritualitatis læ-
„ titia ſignifico, quod Mennam fratrem & Coëpiſco-
„ pum noſtrum, virum multis laudum modis ornatum,
„ prædicta Conſtantinopolitana Eccleſia Epiſcopum ſu-
„ ſcepit: cui licet præter ceteros Sereniſſimorum Impe-
„ ratorum electio arriſerit, ſimiliter tamen & totius
„ Cleri ac Populi conſenſus acceſſit, ut a ſingulis eligi
„ crederetur. Etenim alicui neque ſcientia, neque vi-

„ ta fuit ignotus; ſed & fidei integritate, & ſacrarum „ Scripturarum ſtudio, atque etiam piæ adminiſtratio- „ nis officio, ſic prædicta viri opinio reſplenduit, ut „ ipſi tardius venire videretur, quo dignus habitus erat. „ Et hoc dignitati ſuæ additum eſſe credimus, quod a „ temporibus Petri Apoſtoli, nullum alium unquam „ Orientalis Eccleſia ſuſcepit Epiſcopum manibus no- „ ſtræ Sedis ordinatum. Et forſitan vel ad demonſtra- „ tionem laudis ipſius, vel ad deſtructionem inimico- „ rum, inſtans res tanta pervenit, ut illis ipſe ſimilis „ eſſe videatur, quos in his quandoque partibus ipſius „ Apoſtolorum primi electio ordinavit „. Ordinatio Menæ contigit die 13. Martii anni Chr. 536. quemadmodum indicat Codex mſ. Bibliothecæ Vaticanæ, quem ex Noriſio citat Pagius in Critica ad ann. 536. num. 6. & in quo pag. 35. leguntur ſequentia. *Exemplar Libelli Mennæ Presbyteri Xenodochi, qui factus eſt Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſub die* III. *Idus Martias, iterum poſt Conſulatum Paulini junioris U. C.* In ipſa ſua Ordinatione Libellum fidei Menas Agapito Papæ porrexit, quemadmodum Vigilius Papa ad Juſtinianum Imperatorem ſcribit in Epiſt. cujus initium: *Literis clementiæ veſtræ glorioſo viro filio noſtro Dominico Exconſule atque Patricio deferente*: ubi de Libello, quem idem Juſtinianus Imperator olim Agapito Papæ obtulerat, ſic ait: *In his vero, in quibus Mennam fratrem & Coepiſcopum noſtrum, memorem Libelli ſui, quem prædeceſſori noſtro bonæ memoriæ Agapeto, ordinationis ſuæ tempore, veſtræ clementiæ conſenſu, porrexerat, ſequentem revera Sedis Apoſtolicæ diſciplinam, hæreticis inferius comprehenſis, ideſt, Severo Eutychiano, Petro Apameno, Anthimo, qui etiam Eccleſiam Conſtantinopolitanam prava ambitione pervaſerat, Zoaræ, ſed & Theodoſio Alexandrino, & Conſtantino Laodicenſi, atque Antonio Verſentano Eutychianæ hæreſis, ſed & Dioſcoro &c.*

Habita, poſt Agapiti Papæ (1) obitum Conſtantinopolitana Synodo, Mennas eoſdem hæreticos Anthimum, Seve-

(1) Obiit S. Agapitus Papa die 22. Apr. 536. Iuxta Manſii calculum die 6. Apr.

Severum, Petrum, Zoaram aliosque eorum Sectarios damnavit: cujus Synodi Actio I. celebrata fuit *vi. Nonas Majas Indict. xiv. post Consulatum Fl. Belisarii*, ideft die 2. Maji, ann. Chr. 536. Actio II. *ipsis Nonis Maji*. Actio III. *vi. Idus Maji*. Actio IV. *xii. Kal. Jun.* Actio V. *Prid. Non: Jun.* Et primis quidem quatuor Actionibus, præter ea, quæ Menas, pro re nata disseruit, in fine Actionis Quartæ, *Sententiam tulit contra* (1) *Anthimum*. Initium: „ Quum Salvator noster Jesus Christus „ Concluditur in hæc verba „ Unde super impœnitenti ino- „ bedientia voluntatis ipsius [*Anthimi*] lacrymantes, „ & super errore, qui illius animam apprehendit, in- „ gemiscentes, sequendo sanctissimam vocem magni Dei „ & Salvatoris nostri, quæ docet non parcere propriis „ membris, si alicujus scandali causa nobis fiunt, sed ip- „ sius incisionem faciendam insinuat, ad integritatem to- „ tius corporis; respicientesque ad ea, quæ pridie a „ sanctæ mem. Agapito Papa antiquæ Romæ; & quod „ nullum pœnitentiæ tempus accipiat, nec elegit melio- „ ris opinionis esse, satisfaciendo his, qui ab ipso „ scandalizati sunt; atque etiam ad quæ nunc (2) judica- „ ta sunt a Sancta Synodo nobiscum existente: ipsum „ Anthimum constitui extra Pontificium Trapezuntinum „ concedimus, & ipsum alienum esse ab omni alia sa- „ cra appellatione simul & dignitate ac efficacia de ce- „ tero, & omnino inter orthodoxos non numerari sen- „ tentiamus, neque posse ascendere omnino ad ipsam „ Trapezuntinam, neque ad hanc Regiam urbem „. Quinta vero Actio, lectis Libellis contra Severum, Petrum, Zoaram, & Isaacium Persam porrectis, tum Justiniano (3) Imperatori, tum ipsi (4) Menæ; necnon recitatis iis, quæ (5) sub Hormisda Pontifice, Epiphanio & Joanne Patriarchis Constantinopolitanis, & Syriæ Phœniciæque Episcopis gesta fuerant, subjungitur *Sententia Menæ Patriarchæ contra Severum, Petrun, & Zoaram,* cujus

(1) Act. IV. Tom. 5. conc. Edit. Ven. p. 1054.

(2) Præcesserat Synodi ipsius Sententia, quæ incipit: „ Multarum transgres- „ sionum Arthimus reus demonstratus est „. Eod. Tom. v. Concil. Edit. Ven. p. 1050.

(3) Tom. cit. p. 1067. (4) Tom. cit. p. 1083. (5) Ibid. a p. 1212 ad 1227.

cujus initium: „ Quum Joannes divinus Apoſtolus & „ Diſcipulus magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ubi Menas, totius Synodi Conſtantinopolitanæ nomine, eorum hæreticorum facinora ſic enarrat. „ Non ergo „ ceſſaverunt (Severus ſcil. ac Petrus) uti doctrinis „ ſcriptis & non ſcriptis, & non ſolum in civitatibus, „ in quibus fuerunt, commorantes, ſed etiam in longe „ remotis, ſimpliciorum animas alliciendo & participes „ propriæ perditionis faciendo: non mente verſantes „ judicium Dei, neque Dominicam ſententiam manifeſtiſ- „ ſime clamantem: ſiquis ſcandalizaverit unum de pu- „ ſillis iſtis, obnoxius erit gehennæ ignis. Inſuper au- „ tem conculcaverunt venerabiles Canones, qui pruden- „ ter ſanxerunt, condemnatum in aliqua (1) Synodo, „ nullo modo poſſe Sacerdotale miniſterium reaſſumere, „ donec de eo diſcuſſio ab alia Synodo facta, ipſum in- „ nocentem probabit. Et ſiquis audebit Sacrum quid „ medio tempore facere ante reſtitutionem in alia Sy- „ nodo, hunc nec poſtea in alia Synodo ſpem aliquam „ reſtitutionis habere. Sed hæc omnia deſpicientes præ- „ dicti Severus, & Petrus, ejuſque communicatores & „ participes, de quorum numero & Zoaras quidam mo- „ nachus de Syria ortus, homo qui neque intelligere „ aliquid ſacri poteſt, neque ſecundum rationem facere, „ non quod aliis quicquam boni impertiri poſſit; ſed ſim- „ pliciter ſic hypocriſim, veluti eſcam quamdam animabus „ exiſtentium (al. eſurientium) porrigit, imo (quod verius „ eſt dicere) materiam avaritiæ facit. Contempſerunt qui- „ dem in Eccleſia Romana Succeſſionem Apoſtolorum, quæ „ ſententiam contra ipſos protulit: & ad nihilum reputa- „ verunt hujus Regiæ urbis Sedem Patriarchalem, & om- „ nem Synodum in ea congregatam, & ejuſdem Do- „ mini & Salvatoris omnium in Sanctis Locis Apo- „ ſtolicam ſucceſſionem: & ultra hæc omnia etiam om- „ nem Sententiam Orientalis Diœceſis contra ipſos la-

„ tam

(1) Comdemnati jam fuerant in Synodo Conſtantinopolitana ſub Joanne, & altera ſub Epiphanio Patriarchis Conſtantinopolitanis; nec non in Hieroſolymitana ſub Petro Patriarcha, & in Tyria ſub Epiphanio Metropolita: Severus (inquam), Petrus, & Zoaras.

» tam. Dicendum etiam est, quod illotis manibus Sancta contrectarunt, & tamquam porci quidam margaritas conculcaverunt: (dico autem Evangelicas & Paternas Sententias:) nec cessaverunt usque in hodiernum diem graviter lædere statum & pacem Sanctissimarum Ecclesiarum. Ipsi enim clam & occulte faciunt ea, quæ Canonibus interdicta sunt, alios quidem multos iniquæ doctrinæ ipsorum obsequentes pervertendo, conventiculaque (1), & parabaptismata per domos & monasteria faciendo contra Canones, & ipsorum sceleratam Communionem multis qui ab ipsis perversi fuerant tradendo; homines, inquam, qui neque figura, neque re habebant ordinationem, ab ipsis datam similiter ipsis perversis. Porro (2) per hanc non solum stabilitur anathema primo impositum a Patribus nostris, sed & ex nostra Sententia, imo vero Canonum auctoritate, spes restitutionis ipsis aufertur; &, ut Catholicæ ac Sanctæ Ecclesiæ filii, quum hoc intelligant, fugiant illorum hæresim & errorem. Propterea igitur sequentes Sanctorum Patrum nostrorum sententias, & Evangelicis ac Paternis inhærendo sanctionibus, suscipimus & sanctissimos fratres & comministros, quum ab ipsis lata fuerit sententia contra prædictos Severum, Petrum, & Zoaram, & alios quicumque communicant ipsis in impietate, ac contra complices ipsorum. Et nos illos per D. N. Jesum Christum verum Deum nostrum, tamquam lupos quosdam graviter irruentes in ovile Christi abjicimus; & in sententiam discedimus Sanctissimorum fratrum & comministrorum nostrorum; & sæpius prius nominatos Severum & Petrum simili anathemate ferimus; non autem ipsos solum, sed

(1) Græc. Text. συνάξεις τε καὶ βαπτίσματα κατ᾽ οἴκους καὶ μοναστήρια ποιοῦντες ἀκανονίστως: καὶ τῆς μυσαρᾶς αὐτῶν πολλοῖς τῶν ὑπ᾽ αὐτῶν διεστραμμένων μεταδιδόναι κοινωνίας: ἀνθρώπους μηδὲ τῷ σχήματι (οὐδὲ γὰρ πράγματι φαμὲν) παρ᾽ αὐτῶν διδομένην τοῖς ὁμοίως αὐτοῖς διεστραμμένοις, χειροτονίαν ἐσχηκότας.

(2) Ὥστε διὰ ταῦτα. Ita ut hanc ob rem non solum stabiliatur &c.

„ ſed & Zoaram, & alios, qui conventicula & paraba-„ ptiſmata faciunt, nec non & omnia ab ipſis conſcri-„ pta, utpote quæ venenum draconis autoris mali in „ ipſis nutriunt, & ipſum in ſimpliciorum animabus im-„ mittunt „. Et ſubſcribunt Menas Epiſcopus Conſtan-„ tinopolitanus: Sabinus Epiſcopus Eccleſiæ Canuſinæ; Epiphanius Aſculanæ: Aſterius Salernitanæ: Leo Nolanæ, & Ruſticus Feſulanæ, & Diaconi S. R. E. Theophanes & Pelagius: necnon Hypatius Epheſinæ, Conſtantinus Heracleenſis, unacum aliis Epiſcopis LXXVII. necnon cum tribus Epiſcopis qui Syriace ſubſcripſere, & cum Magno Presbytero, & Heraclio Diacono, legatis Apoſtolicæ Sedis Antiochenæ, & Sanctiſſimi Patriarchæ Ephræmii, & cum Sabino Diacono Sanctæ Reſurrectionis Chriſti Dei noſtri, & Legato Petri Sanctiſſimi Patriarchæ Hieroſolymitani.

Hujus Conſtantinopolitanæ Synodi ſententiam confirmavit Juſtinianus Imp. edita ad ipſum Menam Patriarcham ſacra Conſtitutione contra Anthimum, Severum, Petrum, & Zoaram, quæ incipit: πρᾶγμα ȣκ ἀηθες, *Rem non inſolitam*: in qua prædictis hæreticis interdicit *commorari in Regia urbe*, & *ejus diſtrictu*, & *in quacumque inſigni alia civitate*, ſed in aliqua ſolitudine & in ſilentio ſedere, & non aliquibus communicare, neque in errorem eos adducere, neque aliquos convocare ad ſe, neque accedentes recipere, aut perperam baptizare audere, aut Sacram Communionem ſordidare & ipſam aliquibus tradere, aut interdictas doctrinas exponere. Interdicit etiam omnibus, ne illos ſuſcipiant, ſcientes pœnas jàm contentas in Imperialibus conſtitutionibus, quæ, & domos ipſas, in quibus tale quid fit, & campos, ex quibus nutrimenta præbentur, Sanctiſſimis Eccleſiis aſſignant, & à poſſidentibus auferri, & orthodoxis Eccleſiis ſubjici mandant.

Quæ vero antedictorum hæreticorum fuerint ſcelera,

(1) In Epiſt. Vigilii Papæ ad Juſtinianum, Tom. 5. Concil. Edit. Venet. p. 1296. nomina hæreticorum ſic recitantur. „ Hæreticis inferius comprehenſis, „ ideſt, Severo Eutychiano, Petro Apameno &c. „ Proculdubio legendum, *Severo Antiocheno*.

ra, præter Eutychianum seu Monophysiticum errorem, juverit singillatim ex actis ejusdem Synodi enarrare. Ac primum de *Severo Antiochenæ Ecclesiæ, deque Petro Apamenæ* invasoribus dicendum est. In Libello Monachorum & Archimandritarum Regiæ urbis, & de Secunda Syria, & Sancto monte Sinai, & de tribus Palæstinis, ad Menam Patriarcham & Synodum Constantinopolitanam, cujus (1) initium: *Quum judicium adversus Anthimum finem acceperit*: sic ajunt: „ Et erat quidem nobis per „ votum, propriæ promissioni vacantes, huic soli at„ tendere, & a nemine eorum, qui exterius circum„ sistunt, dilaniari. Verumtamen quia dæmon, qui bo„ num odit, hominum bonis semper invidens, organa „ propria inveniens, Severum scilicet, & Petrum, per „ ipsos pacem Sanctarum Dei Ecclesiarum perturbare „ non cessat; hujus gratia, & de ipsis in libellis a no„ bis Sanctissimo Papæ Agapito oblatis, & coram vestra „ beatitudine in prima Synodo lectis, necnon & suppli„ catione piissimo Imperatori nostro data, & vestræ „ Sanctitati remissa a sua pietate per Theodorum cir„ cumspectum Referendarium, qui & hujus piam jussio„ nem attulit mandantem Sanctæ vestræ Synodo, de „ omnibus contentis in supplicatione considerare, percur„ rimus partem quamdam. Non enim possibile est, om„ nia quæ ab ipsis & qui similia istis sapiunt, ab Eu„ tyche & Dioscoro Acephalis hæreticis descendentibus, „ contra Sanctam Dei Ecclesiam in hac Regia urbe & „ aliis civitatibus præsumpta sunt & attentantur, discur„ rere. Hi enim, tamquam parva putantes ea, quæ ab „ ipsis jam præsumpta fuere, totum Orientem perturba„ runt: & humano sanguine Sanctorum & ceterorum vi„ rorum se coinquinantes, elaborant omnino, hanc Re„ giam urbem hujusmodi malis involvere, si prævale„ bunt; quæ si compendioso sermone recensere volueri„ mus, quid prius, vel quid posterius enarrabimus, vel „ quid, uti breve silentio pertranseamus? aut quid, uti „ ma-

(1) Tom. 5. Conc. edit. Venet. p.1083.

„ majus, patefaciamus, quum omnia ab ipſis perpetra-
„ ta æqualia ſunt, & unum alterum non excedat? Quid
„ ergo dicemus? Juſtorum ſanguinem, quo manus eo-
„ rum plenæ ſunt? vel excommunicationes, quæ contra
„ ſanctos Eccleſiæ Doctores, eorum dira ora protulerunt?
„ & maxime adverſus Sanctam Chalcedonenſem Synodum,
„ & beatum Papam Leonem? Sed & Schiſmata Sancta-
„ rum Eccleſiarum, ac fidelium populorum ſcandala?
„ Sed & impetus, quos in Dei dilectos Archimandritas,
„ & in ſanctos Sacerdotes fecerunt, conſtipante eos vi-
„ rorum multitudine, ut excommunicationes adverſus
„ Sanctos repeterent? Inſuper etiam confeſſiones in ſcrip-
„ tis continentes anathematizationes adverſus prædictos
„ Patres, quas in neceſſitate omni extorſione immitten-
„ tes quibuſdam, qui ſub ipſis erant Sacerdotes, ab eis
„ afferebant: quandoquidem alter Theopolitarum, alter
„ vero Apameæ Eccleſiarum thronum illicite ac contra
„ omnem ſacrum Canonem ſubripuerunt, & contamina-
„ verunt; licet neque in Monachos vel Clericos cano-
„ nice ordinati, hanc dignitatem adepti ſunt. Verum
„ quid dicemus? An Sanctorum digitos confractos, qui-
„ bus Altaria circumdabant, & ad ipſa veluti ad locum
„ aliquem intemeratum confugiebant propter prædicto-
„ rum homicidia? Unde extracti a viris homicidis, vio-
„ lentæ morti traditi ſunt, & in ipſis locis venerabili-
„ bus, ab ipſa immanitate & crudelitate ordinati, non
„ valentes diſcernere ſanctum locum a prophano? Ta-
„ cemus & ſuffocatricis manus impoſitiones ipſorum
„ prophani & falſi Sacerdotis (Ἀρχιερέως, *Pontificis*) &
„ pro mortuo vivente ſuper ordinandis verba Invoca-
„ tionis proferentes, non ex divina gratia, ſed de ven-
„ tre vana dicentes, ac de terra loquentes. Tacemus
„ & carceres, & vincula, & adverſus venerabilia mona-
„ ſteria die noctuque latrocinia, inſidias ac rapinas in
„ ipſis, ac devotorum violentas jugulationes. Tacemus
„ & inſidias in viis contra Sanctos factas, & ipſorum
„ ſanguinis innocentis adſperſionem; quum divino zelo
„ moti, ad ſepta (*Mandram*) clauſtri Sancti Simeonis
„ iter

„ iter facerent, communis visitationis gratia; propter
„ persequentes Ecclesiam, & pro his qui movebantur ab
„ istis: congregabant enim multitudinem iniquorum la-
„ tronum Judæorum, & immittebant in illos honorabi-
„ les viros. Itaque istorum inhumani ministri, ad sta-
„ tum missi, insidiabantur prædictis sanctis viris, dum-
„ que aderant, ipsi de insidiis surgentes, irruebant re-
„ pente in eos, & eorum canitiem non veriti, opus
„ gladii in ipsos fecerunt, circa 350. numero existen-
„ tes, eorumque membra in strata dispersérunt, non
„ tradentes sepulturæ illorum venerabiles reliquias; ne-
„ que ipsorum tuguriis parcentes ob causam fidelis po-
„ puli, inferentes & tunc dierum (1) opus Judæorum.

Duo hic potissimum scelera hæreticorum Severi ac Petri, ex hac orthodoxorum Monachorum ad Menam Patriarcham supplicatione, sunt observanda. Primum quidem circa Ordinum Ecclesiasticorum collationem: Alterum vero circa patratas ab illis Sanctorum Monachorum cædes. Quoad Primum, Græcus textus sic habet: Σιωπῶμεν τὰς ἀπὸ νεκρᾶς χειρὸς ἐπιθέσεις τοῦ βδελυκτοῦ καὶ ψευδοῦς αὐτῶν Ἀρχιερέως. καὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ ζῶντος ἐπὶ τοῖς χειροτονουμένοις ῥήματα ἐπικλήσεως προϊεμένους οὐκ ἐκ θείας χάριτος, ἀλλ᾽ ἐκ κοιλίας κενολογοῦντας, καὶ ἀπὸ γῆς φθεγγομένους. Quæ verba antiquus Latinus Interpres non recte videtur reddidisse: sic enim sunt vertenda: *Tacemus mortuæ manus Impositiones ab ipsorum abominando falsoque Pontifice factas, & viventis pro mortuo super Ordinandis verba Invocationis proferentes, non ex divina gratia, sed ex ventre vana dicentes, ac de terra loquentes*. Significant, & Chirotoniæ novum Ritum ab hæreticis institutum, & illos, vel saltem eorum aliquos, eo dementiæ processisse, ut mortui Episcopi manum ordinando imponerent, Presbyteri nempe, tunc, quum Episcopus non adesset. Hoc ipsum certe de *Julianistis* narrat Joannes Asiæ Episcopus, cujus verba tam Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 87. quam Tom. 1. Biblioth. Jur.

 Can.

(1) Alia Severi scelera, quæ in hac Monachorum epistola referuntur, producam infra, ubi de impio *Zoara*.

Can. & Civil. pag. 456. recitavi. Quum hæc autem de Severo deque Petro hæreticis orthodoxi Monachi ad Menam referant, eadem tunc temporis videtur fuisse tum Severianorum, tum Julianistarum impietas, tametsi Joannes Asiæ Episcopus, unacum recentioribus Jacobitis ab hoc errore immunes seipsos ostendunt, dum illam Episcoporum ordinationem irritam nullamque esse disertis verbis tradunt. De *Chirotoniæ* vero *Ritu* a Severo [uti innuitur] usurpato, res est explorata, tam *Baptismi*, quam *Liturgiæ* apud Syros Jacobitas, Severi ipsius Sectarios, *Ordinem* ad Severum referri. Ad Severum, inquam, Antiochenum, non Alexandrinum quondam Episcopum, uti nonnulli autumant. En tibi Gulielmi Cavei verba Tom. 1. histor. Liter. edit. Basil. 1741. pag. 500. *Severo item nostro adjudicandum censeo Librum De Ritibus Baptismi & Sacræ Synaxeos apud Syros Christianos receptis, quem Syriace & Latine edidit Guido Fabricius Boderianus Antu.* 1572. 4. *Certe non desunt in hoc opere quæ autorem secta fuisse Eutychianum, Petri Cnaphei Sectatorem, arguunt non pauca vel manifeste hæretica, vel apocrypha, ut in Indice Chronologico ad Bibliothecam Patrum, dudum notavit Jo. Maria Brasichalanus Sacri Palatii Apostolici Magister. Non sum nescius, Fabricium hunc Librum sub nomine Severi Patriarchæ Alexandrini edidisse. Verum in Codice ipso Syriaco non aliter, quam Mar* Severus Patriarcha *nuncupatur. Quid? quod Codex mſ. in Bibliotheca cl. Hardii Parisiensis, nomen* Severi Patriarchæ Antiocheni *diserte præfert, teste qui inspexit Richardo Simonio Not. ad Gabriel. Philadelph. Opusc. pag.* 290. *Nec alia forsan Fabricio errandi occasio, quam quod Severus noster diu Alexandriæ vixerit, ibique pro secta sua Patriarcha se gesserit.* Renaudotius Tom. 2. Liturgiarum Orientalium pag. 321. Latine edidit *Liturgiam Severi Antiocheni, quæ in aliis Codicibus Timothei Alexandrini dicitur*. Initium. *Deus noster Opifex omnium, præcipue vero hominis, quem secundum similitudinem tuam fecisti rationalem*. Idem auctor pag. 331. de eadem Severi Liturgia: *Hæc Liturgia*

gia [inquit] *reperitur in paucis Codicibus, neque usus illius frequens esse videtur, sed quod ejus recensio facta fuisse dicatur a Dionysio Barsalibi, non mediocrem eidem Liturgiæ auctoritatem conciliat. Sane antiquitatis plus quiddam habere videtur, quam multæ aliæ posterioribus sæculis compositæ, in quibus auctores genio uberrimæ linguæ suæ nimium indulserunt, majorque est istius simplicitas*. Pergit ibidem Renaudotius. *Edidit Guido Fabricius Boderianus officium Baptismi, quod apud Syros vulgo usurpatur, & Severo tribuitur, Antiocheno scilicet, ut habent omnes Codices, & res ipsa demonstrat, non Alexandrino, qui nullus unquam fuit. Subjicit Ordinem Liturgiæ generalem, qui in multis simillimus est ei, quem ex Codice Colbertino transtulimus, & quem Boderianus absque auctoritate Severo attribuit, ad quem nullatenus pertinebat, & de quo dictum est superius*. In Catalogo Codicum Mss. Bibliothecæ Vaticanæ, a nobis edito, Tom. 2. pag. 222. 243. 341. exstat Syriace *Ordo Baptismi*, Severo tributus: necnon pag. 321. 329. idem ejusdem Severi *Ordo Baptismi brevior* pro infantibus morti proximis. Demum pag. 500. *Octoëchus*, sive *Cantus Tonis octo expressi, auctore Severo Patriarcha Antiocheno, aliisque*: Videlicet, Joanne Bar Aphthonio, Joanne Psalta, Philoxeno Mabugensi, Paulo Callinicensi, Jacobo Edesseno, & Poëta quodam Alexandrino: Et *Severo* quidem tribuuntur Cantus 295. quos ibidem recensuimus: eorum autem nonnulli citantur ab auctoribus Syris, videlicet Tom. 2. Biblioth. nostræ Orient. p. 158. a Dionysio Barsalibæo *Severi Cantus* 2. & 8. *de Deipara*: Pag. 205. ab eod. Barsalibæo, *Cantus* 1. *de Cruce*: Pag. 302. a Gregorio Barebræo Abulpharagio, *Severi de Ritu Consecrationis Templi* & *Altaris*: necnon de *Baptismo* & *Ordinatione hæreticorum non iterandis*. Genebrardus in Chronographia lib. 3. pag. 487. *Patriarchas Alexandrinos post annum 600. recensens, ait; Sanctum Severum hoc Rituale* Ægyptiis Christianis dedisse. *Quod videtur* [inquit] *contigisse mox post Mahometicam tempestatem in captivorum solatium: Petrum vero Alexandriæ Pa-*

Patriarcham ab anno 640. usque ad annum 650. sedisse. Quis vero postea hanc Sedem tenuerit, ob Saracenorum tyrannidem plane incompertum esse tradit. Verum multiplex notandus est Genebrardi Chronologicus error. Primum quidem, dum Severum Antiochenum, inter Alexandrinos Patriarchas recenset: deinde dum ætatem ejus post *Mahometicam tempestatem* (idest post annum 630. collocat. Demum, dum *Petrum Alexandrinum* usque ad annum 650. sedisse ait, seque nescire scribit, quis post illum Sedem Alexandrinam hæreticorum utique Jacobitarum, tenuerit. Seriem Patriarcharum Alexandrinorum, qui post Dioscorum Jacobitis Ægyptiis præfuere, habes tam in Chronico Orientali ab Ecchellensi edito, & notis a nobis illustrato, quam in Historia Patriarcharum Alexandrinorum apud Renaudotium: qua in historia pag. 138. *narratur, Severus Antiochenus in Ægypto obiisse, trigesimo anno, ex quo Antiochenam Sedem adeptus erat*, hoc est, anno Chr. 542. nam Sedem Antiochenam, Flaviano Patriarcha ob fidei Catholicæ defensionem ejecto, anno Chr. 512. invasit, Evagrio teste, qui scribit, illum Antiochiæ Patriarcham creatum *anno Antiochenorum* 561. *mense Dio, Indictione* VI. obiit autem in Ægypto, uti Gregorius Barebræus Abulpharagius in Chronico Syriaco scribit. ܒܚ ܒܫܒܛ ܫܢܬ *Die* VIII. *Februari, Anno* ܬܡܢܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܕܝܘ̈ܢܝܐ *Græcorum* 850. *hoc est*, Chr. 539.

Quod vero ad Sanctorum Monachorum cædem ab hæreticis Severo ac Petro patratam attinet; non modo in laudata ad Menam supplicatione, sed etiam in eorundem Sanctorum Monachorum ad Hormisdam Papam Epistola fit ejus mentio Tom. v. Concil. Labb. edit. Venet. pag. 598 Titulus: „ Exemplum Relationis Archi„ mandritarum & Monachorum Secundæ Syriæ. *Inscri-*„ *ptio*. Sanctissimo & beatissimo universæ orbis terræ „ Patriarchæ Hormisdæ, continenti Sedem Principis „ Apostolorum Petri, deprecatio, & supplicatio mini„ morum Archimandritarum, & ceterorum Monacho-

„ rum

„ rum Secundæ Syriæ provinciæ. *Initium*. Gratia Sal-
„ vatoris omnium nostrum Christi nos ad Vestram Bea-
„ titudinem refugere, velut de hieme & tempestate ad
„ portum tranquillitatis, admoniti, minime circumval-
„ lantibus nos calamitatibus teneri jam credimus. Nam
„ etsi patimur, gaudentes sustinemus; scientes, quia
„ non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futu-
„ ram gloriam, quæ revelabitur in nobis. *Pergunt nar-*
„ *rantes, quæ sibi contigere calamitates*. Quoniam vero
„ Christus Deus noster Principem Pastorum, & Docto-
„ rem, & Medicum animarum constituit vos, & ve-
„ strum sanctum Angelum, dignum est, passiones, quæ
„ nobis contigerunt, exponere, & immisericordes osten-
„ dere lupos, qui dissipant gregem Christi: ut auctori-
„ tatis baculo eos expellat de medio ovium, verbo au-
„ tem doctrinæ animam sanet, & orationis medicamen-
„ tis mitiget. Qui autem sint isti, & qui hos adver-
„ sum nos armaverint, audistis utique, Beatissime: Se-
„ verus ille & Petrus, qui nunquam in Christiano nu-
„ mero reputati sunt, qui per singulos dies sanctam
„ Chalcedonensem Synodum, & sanctissimum Patrem no-
„ strum Leonem publico anathemate impetentes, qui ju-
„ dicium Dei nihil æstimantes, & colendos Canones san-
„ ctorum Patrum conculcantes, Episcopos quidem prin-
„ cipali potentia facientes exhiberi, & nos cogentes il-
„ ludere sanctam Synodum, suppliciis inæstimabilibus af-
„ fligentes. Unde & quidam eorum injectas plagas mi-
„ nime sustinentes, de hoc sæculo transierunt, & no-
„ strorum vero non exigua multitudo perempta est. Eun-
„ tibus namque nobis ad mandram Domini Simeonis,
„ pro causa Ecclesiæ, insidiati sunt nobis in itinere præ-
„ dicti coinquinati, & supervenientes occiderunt ex no-
„ bis trecentos quinquaginta viros, quosdam autem vul-
„ neraverunt; alios vero, qui potuerunt ad colenda al-
„ taria confugere, ibidem peremerunt, & monasteria
„ incenderunt, per noctem mittentes multitudinem in-
„ quietorum hominum redemptorumque, omnem pau-
„ pertatem Ecclesiasticam hujusmodi pestiferi homines
„ con-

„ consumentes . Ad singula autem delatæ ad Vestram „ Beatitudinem instruent chartæ a venerabilibus fratri- „ bus Joanne & Sergio , quos miseramus Constantino- „ polim, sperantes vindictam fieri de his , quæ com- „ missa sunt. Sed eos nec verbo dignatus est Imperator, „ sed etiam cum grandi contumelia expulit , commina- „ tus eis , qui ista porrigerent. Unde hinc est nos vel „ sero cognoscere , quoniam tanta pravitas & audacia „ talium malorum adversus Ecclesias sanctas, ipsius im- „ missione composita est. Deprecamur ergo, Beatissime „ Pater, supplicantes & rogantes, ut exsurgatis cum „ fervore & zelo , & condoleatis juste pro corpore la- „ niato (nam Caput estis omnium) & vindicetis fidem „ contemptam , Canones conculcatos, Patres blasphema- „ tos , & talem Synodum anathemate impetitam . Vo- „ bis a Deo data est potestas & auctoritas ligare & sol- „ vere . Non opus habent , qui sani sunt medicis , sed „ male habentes. Exsurgite Patres sancti, venientes ad „ salvandos nos ; imitatores estote Domini nostri , qui „ de cœlo super terram advenit quærere errantem ovem. „ Petrum illum respicite Principem Apostolorum, cujus „ Sedem ornatis , & Paulum Vas electionis , qui cir- „ cumeuntes orbem terrarum illuminarunt : nam ma- „ gna vulnera majoribus indigent adjumentis . Merce- „ narii videntes lupos venientes adversus oves, dimit- „ tunt eas dissipari ab illis: Vobis autem veris Pastori- „ bus & Doctoribus , quibus cura pro salute ovium com- „ missa est , occurrit ipse grex cognoscere suum Pa- „ storem , ab immitissimis bestiis liberatus , & vocem „ sequens Pastoris , sicut Dominus ait : Oves meæ vo- „ cem meam audiunt; & ego cognosco eas , & sequun- „ tur me. Non ergo despiciatis nos , Sanctissime , qui „ a bestiis ferocibus quotidie vulneramur. Ad perfectam „ autem notitiam vestri Sancti Angeli, anathematiza- „ mus in eadem nostra deprecatione virtutem habente „ Libelli, omnes projectos & excommunicatos a vestra „ Apostolica Sede, dicimus autem Nestorium, qui fuit „ Constantinopolitanus Episcopus, Eutychetem, Diosco-

„ rum;

„ rum , & Petrum Alexandrinum , qui cognominatus est „ Balbus , & Petrum , qui dicebatur Fullo , Antioche- „ num , nihilominus & Acacium , qui fuit Conſtanti- „ nopolitanus Epiſcopus , eorum communicatorem ; & „ omnes qui unum illorum hæreticorum defendunt „ . Subſcribit primus omnium *Alexander Presbyter* & *Archimandrita Sancti Maronis* : Deinde Archimandritæ , Presbyteri , & Diaconi numero 208. Baronius ad annum 517. num. 59. recitata eorum Monachorum Epiſtola , *ſubſcripti ſunt* (inquit) *in eodem Libello ſupplici & Epiſtola Archimandritæ omnes numero* xxv. , *Presbyteri vero & Diaconi* (1) *num.* 170. *quorum ſingulorum nomina illic in fine ſingillatim conſcripta habentur* . Eorumdem fit commemoratio in Martyrolog. Rom. ad diem 31. Julii , hoc elogio : *In Syria ſanctorum trecentorum quinquaginta Monachorum Martyrum , qui ob defenſionem Synodi Chalcedonenſis ab hæreticis occiſi ſunt* . Baronii Adnotatio . *Cæſi ſunt temporibus Anaſtaſii Imperatoris . Extat de ipſorum nece Libellus vigintiquatuor* (2) *Archimandritarum ad Hormiſdam Rom. Pont. de execrandis facinoribus Petri* (3) *Gnaphæi , & Severi hæreticorum : ibique hæc de his leguntur* : Euntibus nobis ad mandram Domini Simeonis pro cauſâ Eccleſiæ &c. (ut ſupra) . *Eſt apud nos hujuſmodi Libellus ſupplex Mſ. itemque alius extat de eorundem Martyrio Libellus Monachorum Syriæ , oblatus Synodo Conſtantinopolitanæ ſub Mena Epiſcopo celebratæ poſt Conſulatum Beliſarii anno Dom.* 536. *ut ejuſdem Synodi Acta declarant* . Pagius in not. ad Baron. Annal. ad ann. 517. num. 3. *Hoc & præcedenti ſæculo , Maronitæ religionem Catholicam egregie tuiti ſunt , indeque in Martyrol. Rom. ad diem* 31. *menſis Julii habetur* : In Syria Sanctor. 350. Monachor. &c. Extat de eorum nece Libellus xxiv. (*imo* xxv.) Archimandritarum ad Hormiſdam Rom. Pont. in quo legitur . *Quoniam Chriſtus Deus noſter &c. In ſupplicatione vero eorundem Monachorum ad Jo. Patriarcham Conſtantinopolitanum , & ad*

(1) Imo , 184. univerſim , 209. (2) Imo , xxv.

(3) Imo , *Petri Apameæ* Epiſcopi .

V. generalem (1) *Synodum præfati Monachi Maronitæ ajunt*: Dirum ſpectaculum fuerunt jacentes viri &c. *Et in alio præfatorum Libello ad Menam Patriarcham*: Et eorum canitiem non veriti, opus gladii in ipſos fecerunt, circa 350. numero exiſtentes, eorumque membra in ſtrata diſperſerunt. *Quæ omnia habentur in prima Actione* Quintæ Generalis Synodi. *Quum igitur admiranda pro Catholica religione horum Monachorum Maronitarum facinora in dies magis ac magis elucerent, & quæ aſpera in fide ac difficilia videbantur, eximii illi viri doctrina ſua plana facerent, ea fuit illorum fama, ut Syri Chriſtiani, qui nunquam a recto tramite deſciverant, & fidem illam, quam ab Apoſtolis ad illa uſque tempora retinuerant, illibatam ſervarent, ad eos Monachos tamquam ad Præceptores confugerent*. Cætera ibid. num. v. vi. & vii.

A Severo & Petro ad *Zoaram*, alterum hæreticorum anteſignanum, progredior. In Libello Archimandritarum, & Monachor. ad Agapetum Papam Act. 1. Synodi Conſtantinopolitanæ: *Non enim latuit tuam beatitudinem, quod quamquam piiſſimus Imperator noſter mandaverit, non reconventiculare*, μήτε παραβαπτίσαι; *Zoaras tamen tale præceptum deſpexit, & parabaptizavit in die Paſchæ non paucos: inter quos erant pueri eorum, qui permanent in domo herili, ſicut depoſuit ille, qui ab ipſis, gratia Dei, potuit evadere, & aufugere, & ad Dei Eccleſiam refugere: in aliiſque Eccleſiis & domibus in excellentia exiſtentium hæc & ſimilia iſtis facta fuerunt*. Iidem in Libello ad Juſtinianum Auguſtum, Act. 1. Synodi Cp. ſub Mena: *At hoc boni conſilii opus* (inquiunt) *diſſipare prompti Anthimus, Severus, Petrus, & Zoaras, & qui ſimilia his ſapiunt, omni tempore & loco tumultus ac turbationes Eccleſiis facere non ceſſarunt, Terram quidem ac civitates, Sanctorum & aliorum quorundam ſanguine contaminarunt, tumultus concitantes; aërem vero, & audientium aures, anathematizationibus San-*

(1) Imo, ad Synodum Conſtantinopolitanam habitam anno 536. non ad v. Synodum, quæ celebrata fuit anno 553.

Sanctorum inquinaverunt. Demum vero irruerunt in hanc Regiam civitatem, & Altaria profana, & Baptisteria aliena in oppositum veri Altaris & Sancti Fontis, in multis claris locis & in suburbiis, & in propriis domibus fixerunt, & iniqua in ipsis facere non cessant, alios in domibus corrumpendo; & juxta Apostolum captivando in ipsis simpliciores, addiscentes, & nunquam ad cognitionem veritatis venire volentes. Actione v. ejusdem Synodi, iidem Archimandritæ & monachi in altero libello ad eund. Justinianum Imp. *Snpplicamns itaque, sicut quum introitum ante hos proximos dies assequuti fuimus, apud vestram pietatem, supplicavimus vestris vestigiis, Libellum a nobis oblatum Sanctissimo & beatissimo Patriarchæ Menæ suscipi, & canonice agi. Quum igitur pro ipsis supplicemus, sanciat vestra a Deo custodita serenitas; per vestrum pium jussum mittere ad prædictum beatissimum viram, prædictum Libellum factum contra devastantes Sanctam Dei Ecclesiam, videlicet, Severum, & Petrum impios, & qui similia his sapiunt, ab Eutyche & Dioscoro Acephalis hæreticis seductos: quorum unus est, qui maxime conturbavit, quod in ipso fuit, Sanctam Dei Ecclesiam, Zoara quidam Syrus, irrationabilis, plenus omni insania, & qui nihil aliud ab istis didicit, quam anathematizare Sanctos Patres nostros & ipsis communicantes, & decipere venientes ad ipsum,* ϗ παρασυνάγειν, ϗ παραβαπτίζειν, *& parasynaxes agere*(1) *& Parabaptismata.* Iidem Archimandritæ & Monachi in Libello ad Menam Patriarcham (2) Act. v. primum quidem *Severi* scelera enumerant, quæ a nobis non sunt superius recensita. *Quisnam nescit* [*inquiunt*] *eorum* (*Severi ac Petri*) *vitam turpem admodum & scelestam ab ineunte ætate esse, & dæmonibus proclivem, & quod in veneficiis Severus deprehensus est in civitate Berytiorum dæmonibus serviens; & hujusmodi calumniam fugere volens, finxit transponere ac fingere diabo-*

(1) Latinus Interpres: „ Recongregare, ac Rebaptizare „. Alieno sensu: nam Παρασυνάγειν & Παραβαπτίζειν, non iteratam Synaxim aut iteratum Baptismum, significant, sed *seorsim*, *&* *extra Catholicam Ecclesiam* celebratas Synaxes, & collata Baptismata. (2) Tom. v. Conc. edit. Venet. a p. 1083.

diabolicam opinionem suam, & *venire* (*ut dicebat*) *ad Baptismum in Tripoli in adorabili domo Sancti*, καὶ καλλινίκου & *victoris* [1] *Martyris Leontii*. *Et nondum perfectis diebus his*, *quibus* (2) *baptizabatur*, *postquam vidit* [*veritatem paululum simulans*] *quod rursus perspicue*, *ad antiquum Gentilis opinionis suæ vomitum reverti non poterat*, *per aliam viam ad id*, *quod studebat*, *pervenit*. *Nam negavit statim Ecclesiam*, & *eum*, *a quo baptizatus est*, & *processit ad Acephalos hæreticos*, *qui ea*, *quæ Eutychis sunt*, *sapiunt*; *vocansque sanctas domos Dei*, *diversoria hæresis* & *impietatis*, *reprobans propter hoc Baptismum*, *quem dicit accepisse*; *ut* & *in ipso impleretur propheticus sermo*, *qui de hujusmodi dicit*: alienati sunt a vulva, erraverunt a ventre, locuti sunt falsa: furor ipsis ad similitudinem serpentis. *Quod autem* & *ipsam Acephalorum religionem simulaverit*, *ex sequentibus omnibus manifestatum fuit*. *Præsidebat enim suæ Acephalæ sectæ*, *quod Unitivum* (3) *dicitur*, *non admittens*, *sed* κενοτικόν αὐτὸ καὶ διαιρετικόν vacuativum *ipsum* & divisivum *appellans*, & *in suis propriis conscriptionibus anathematizans* (4). Reliqua. Deinde, postquam Menam Patriarcham rogassent, ut, opera Imperatoris Justiniani, *Eos qui a nobis denominati sunt* [*Severum scil. ac Petrum*] & *qui similia istis sapiunt*, *de hac civitate expelleret*, & *cessare faceret conventicula*, *quæ fiunt*, & *Parabaptismata*, & *turbationes*: subjungunt de Zoara: *Insuper etiam* & *Zoaram Syrum quemdam irrationabilem*, *ejusdem vomiti*, & *veneni cum ipsis existentem*, *oramus eorundem condemnationibus submitti*, *omni injustitia* & *arrogantia plenum existentem*, & *nihil aliud scientem*, *quam quod ab illis accepit*, *anathema scilicet adversus San-*

(1) Lat. interpres, *serenissimi*, non recte.

(2) *Qui in baptizandis præscribuntur*, τῶν ἐν τοῖς Βαπτιζομένοις ἡμερῶν.

(3) ἑνωτικὸν.

(4) Vide etiam quæ de Severi facinoribus scribit Epiphanius Tyri Episcopis ad Synodum Constantinopolitanam Act. 5. a pag. 1166. & quæ de Petro Apamensi clerus ejusdem Ecclesiæ, ad Episcopos Secundæ Syriæ Act. v. a p. 1190. & Monachi Secundæ Syriæ ibid. a pag. 1218.

Sanctos Patres nostros & his communicantes, atque coarctare ad ipsum venientes, facere hoc: & conventicula, & Parabaptismata innovare, ac tumultus Sanctis Dei Ecclesiis commovere.

Demum de *Isaacio Persa*, Archimandritæ & Monachi in epist. ad Agapitum Papam Act. 1. pag. 983. *Schismatici, & Acephali, qui a furore Dioscori & Eutychis descenderunt (nescimus quis eos ad amentiam moverit) veluti quadam audacia freti, suo proprio morbo triumphant, Synagogas facientes, & Parabaptismata innovantes, & tamquam* ἐξ ἐπιτροπῆς, Ex eversione *hoc facientes, & nomen Episcoporum sibi ipsis in locis nostris diffamantes, aperte ingruescunt, & licenter omnia audent, non contra Ecclesias solas, non contra alumnos Ecclesiæ: sed etiam contra ipsum piissimum Imperatorem nostrum, & vestrum honorabile caput, sicut tanta prædictorum insania vestræ beatitudini manifesta fuit. Nam venientes ad quamdam domum, figuram oratorii habentem, in qua monachi quidam de iniquo contubernio illorum habitant, Imaginem piissimi Imperatoris, furore excæcati, illud patris eorum diaboli fecerunt, quum non possit contra Creatorem, adversus figmentum suam ostendit furiam. Irruit enim unus ex eis, qui in malis excellens est, Isaacius Persa, qui magia quadam utens, seduxit corda volentium ab ipso decipi, & encaustica arte in ædibus Verinæ per quinquaginta dies [quemadmodum hujus Symmistæ, qui hortantur ipsum facere hæc ad corruptionem & deceptionem simpliciorum, diffamant]. percussit virga Imaginem, dicens quædam contra caput orthodoxi Imperatoris nostri, imo vero contra Deum, propter quem Imaginem percussit) quæ nec aure perceptibilia, nec mente susceptibilia sunt; & virga inibi verberando confracta est: & tamquam exaffluens aliquid aliud inhonoratius facere volens in Imaginem viri Dei, dilaceravit tunicam inscriptam, & quod ex ipsa ab eo dilaceratum fuit, igni tradidit. Quid igitur non fecisset contra orthodoxum Imperatorem, si hunc cum potestate habuisset in manibus iste violentus & irrationabilis vir, ubi nec tunicæ scriptæ inanimatæ pepercit.*

cit. Et in Epist. Episcoporum Orientalis Dioeceseos, & Palæstinæ ad Agapitum Papam, Act. 1. pag. 1003. *At vero si ea, quæ ab Isaacio Persa nunc perpetrata sunt, sine lacrymis dicere non valemus, non est possibile neque metum abjicere, si narrare volumus, quæ suis iniquis manibus facere non horruit. Nam in quodam diversorio reposita honorabili Imagine præsentis piissimi Imperatoris, prædictus scelestus & arrogans vir, tamquam certans ut secundum noviorem modum dicendi blasphemaverit Deum, extendens baculum, in quo inhonoratam senectutem suam firmare fingit, implensque simulatum stellionatum, in conspectu eorum, qui ab ipso seducti sunt, percutiebat sine venia similitudinem Christum amantis Imperatoris, hæreticum denominando sic Deo unitum & ab ipso custoditum, & veritatis prædicationem custodientem, nec a furore cessavit, donec divisit tunicam habentem nobilem effigiem, & partem pro se tenuit, quam & igni tradidit: totum enim exterminare non valuit: nam conservatum fuit a numinis providentia, in redargutionem manifestam & notam homicidalis temeritatis: & majoris omnibus accusationibus. Testes fuerunt viri (sicuti novistis) sanctissimi, manifestam veritatem advocatam habentes.*

Sed cur, inquies, tam prolixa tamque exacta facinorum Severi, Petri, Anthimi, Zoaræ, & Isaacii Persæ, ex genuinis eorum temporum monumentis a nobis petita narratio? nimirum, Syri Jacobitæ, aliique ejusdem hæreseos sectatores, non modo in Sanctorum Catalogo impios illos collocant, sed etiam miris laudibus tamquam heroicis virtutibus præstantes extollunt. Et in fidei quidem Professione, quam Episcopus Jacobita ab (1) ordinando exigit, in numero Sanctorum Patrum admitti jubentur, Dioscorus Alexandriæ, Barsumas Syrus, Severus Antiochiæ, Petrus Apameæ, Anthimus CP. Petrus Antiochiæ, Philoxenus seu Xenajas Hierapolis. In altera Fidei Professione, Dioscorus Alexandriæ & Severus

(1) Cod. Syr. ms. Vat. LI. de quo vide Catalogum Codd. mss. Biblioth. Vat. a nobis editum anno 1758. Tom. 2. pag. 317. Ibid. pag. 318.

rus Antiochiæ, quem Jacobitæ appellant, ܦܘܡܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܠܦܢܐ *Os omnium Doctorum*. In Libris Syriacis Jacobitarum, *Severus* passim laudatur. Exstant quoque tam sub *Severi Antiocheni*, quam sub *Dioscori* Alexandrini, & *Philoxeni* Hierapolitani nomine, Liturgiæ Syriacæ, quas Renaudotius (2) Latine edidit. *Severi* fit commemoratio in Liturgia (3) *Gregorii* Barebræi Abulpharagii; *Philoxeni*, & *Severi* in Liturgia [4] *Johannis* Jacobitarum Patriarchæ. *Dioscori*, *Severi*, *Philoxeni*, & *Barsumæ* rerum gestarum brevis narratio Syriace præmittitur (1) Commentariis Dionysii Barsalibæi, Amidæ Jacobitarum Episcopi. De Anthimo & Zoara, Gregorius Barebræus (6) Abulpharagius, Episcopus Jacobita, in Chronico Syriaco, ob amorem sectæ suæ, hæc scriptis tradit Par. 2. in *Ephræmio Patriarcha Antiocheno* Orthodoxorum. ܘܐܦ ܠܐܦܪܝܡ ܡܠܟܝܐ ܡܘܡܕܝܢܬܐ ܗܢܐ ܡܢ ܩܘܡܣ ܐܘܪܗܝ ܗܘܐ ܠܡܕܢܚܐ ܕܒܢ̈ܝܬܐ. ܘܡܣܡܟܐ ܘܡܬܡܟܢܘܬܐ ܡܬܢܟܦܐ ܗܘܬ ܠܗ̈ܘܢܐ. ܡܦܢܝܢ ܡܢ ܡܬܡܟܝܢܐ ܥܕܡܐ ܡܦܘܪܚܐ ܘܡܬܢܚܐ ܕܐܬܦܪܦܪܘ ܗܘܘ ܡܢ ܠܥܠ ܡܢܗܘܢ ܡܬܢܚܐ ܗܘܐ ܘܢܦܩ ܒܝܬܐ ܕܟܢܐ ܘܦܠܛܝܢ. ܘܡܢ ܗܝܕܝܢ ܡܦܝܣ ܗܘܐ ܐܦܪܝܡ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܐܦܛܪܘܟܐ ܠܡܣܝܒܘܬ ܡܠܟܘܬܐ ܘܐܦ ܠܐܦܪܝܡܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ: ܘܐܠܐ ܡܬܡܣܐ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ ܕܡܢ ܒܬܪ ܡܢ ܕܦܪܩܘ ܕܠܐ ܢܬܥܣܩܘܢ ܠܡܬܝܕܥܘ: ܗܢܘܢ ܗܠܝܢ ܐܬܦܠܓܘ ܒܚܕܐ ܠܡܛܪܢ ܐܝܟ ܘܐܦܬܘܢ ܘܡܢܚܡܐ ܕܝܚܝܕܐ ܗܘܐ ܠܐܠܗܘܬܗ ܘܐܟܘܠ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܘܡܐ. ܐܦ ܗܢܘܢ ܡܘܬܐ ܡܢܗ ܐܬܚܙܝ ܐܦܛܪܘܟܐ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ ܡܢ ܐܦܛܪܘܟܐ: ܘܕܚܢܐ ܠܡܪܐ ܡܢ ܠܡܪܘܬܗ ܘܡܢܝܘܬ ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ: ܘܗܟܢ ܥܠܝܡܐ ܡܬܐܡܪ ܗܘܐ ܠܡܠܟܐ. ܘܡܛܠ ܕܐܬܐ ܗܘܐ ܡܢ ܢܦܫܗܘܢ: ܠܐ ܡܬܚܙܝܐ ܗܘܐ ܠܡܬܪܡܐ ܟܠܗܘܢ ܐܢܫܝܢ ܐܠܐ ܐܘܡܢܐ.

(1) Liturgiar. Oriental. Tom. 2, edit. Paris 1716. pag. 286. 307. 321.
(4) Ibid. pag. 464.
(3) Ibid. pag. 483.
(5) Cod. Syr. Vat. clv. in Catalogo Codd. Mss. a nobis edito, Tom. 3. pag. 294. num. 36. 37. 38. 41.
(5) Cod. Syr. clxvi. in Catalogo Cod. Mss. Tom. 3. pag.

ܠܐܘܝܘܬܐ ܚܕ ܐܡܪ ܠܗ : ܠܟܘ ܐܢܬܘܢ ܣܘܢܗܕܝܛܐ ܗܘܦܩܪܝܛܐ :
ܡܫܝܚܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܟܘܢ ܐܬܐ ܐܢܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ . ܘܡܢܗ ܠܐܢܬܐ ܗܝ :
ܘܐܬܬܘܢ ܠܟܘܪܣܝܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚܝܢ . ܘܐܫܟܚܬܗ ܐܬܐ :
ܠܡܪܕܝܢ ܠܐܚܪܢܐ ܡܢܗܘܢ . ܘܟܕ ܢܦܩ ܐܬܬܐ ܕܡܝܬܗ ܘܐܬܬ
ܘܐܬܦܢܝ ܒܪܘܚܗ . ܘܡܠܟܬܐ ܒܥܬܗ ܠܡܦܝܣܘ ܕܢܬܬܐ ܚܝܠܐ
ܠܟܠܗܘܢ . ܘܟܕ ܐܬܐ : ܐܡܪ . ܗܐ ܐܬܐ ܕܫܐܠܬ . ܘܟܕ ܨܠܝ
ܐܬܦܢܝ : ܠܟܠܗܘܢ *Theodora quoque fidelis Imperatrix operam suam studiumque in id maxime impendebat, ut pacem Ecclesiis conciliaret: eosque, qui persecutionem passi fuerant, summa cum caritate & fide excipiebat. Plures enim quam quingentos viros tum Syros, tum Græcos, qui e suis mansionibus pulsi erant; alebat, & in magnis Palatii ædibus custodiebat. Quumque Sanctus Severus Antiochiæ Patriarcha in Urbem Regiam advenisset, Theodosius quoque Alexandriæ, necnon Anthimus Constantinopoleos Sedem suam, ne Synodo communicaret, reliquisset; hos illa Patriarchas in eodem Palatio plures annos detinuit iisque alimenta præbuit: mutuo itaque tres ii Patriarchæ exules colloquio fruebantur. Sed & Sanctus Mar Zoara Stylites, postquam a Synoditis* [idest, Synodi Chalcedonensis propugnatoribus] *ex Columna dejectus fuit, ductis secum decem discipulis, Constantinopolim profectus, Imperatorem acerrime reprehendebat. Cujus tamen morum suavitatem reveritus, non audebat manus in illum injicere; sed quadem die illum sic est alloquutus. Si veraces essetis, signum utique mihi per vos Deus daret. At Zoaras: signa* (inquit) *fidelibus necessaria non sunt. quia tamen signum petisti, illud Dominus extra te non ostendet. Postridie igitur facies Imperatoris ita intumuit, ut ab illo mutatus videretur. Quare Sanctum virum Imperatrix arcessitum, rogavit, ut pro Imperatore Deum precaretur. Qui quum venisset: en tibi, inquit, signum quod petisti. Fusis autem pro illo precibus, sanum reddidit.*

Pergit de Agapiti Papæ in urbem Regiam adventu, ejusque obitu, & quid ipsi antea cum Zoara contigerit,

rit, enarrans: haustis nimirum ex hæreticorum penu commentis: nos vero ipsa Abulpharagii verba recitabimus, ut palam fiat, quas Jacobitæ fabulas de impiis sectæ suæ auctoribus tradunt. ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܣܪܓܝܣ
ܦܛܪܝܪܟܘܣ ܘܡܟܣܢܐ ܠܐܦܣܩܘܦܘܬܐ ܕܩܕܡܝܐ ܟܕ ܠܗ ܐܦܪܝܡ
ܟܠܠ ܐܝܟܢܐ ܐܣܩܘܦܐ ܕܐܦܝ. ܐܬܟܢܫܘ ܗܘܐ ܗܘ ܣܪܓܝܣ
ܟܕ ܚܙܐ ܟܕܢܐ ܘܡܟܣܢ ܟܢܘܫܬܐ ܕܟܗܢܐ ܡܗܝܡܢܐ ܘܡܣܒܪܢܐ:
ܘܐܬܟܢܫܘ ܘܐܦܘܡܐ ܠܡܫܝܚܐ ܡܬܐܣܪ ܗܘܐ. ܘܟܕ ܚܙܝܘܗ
ܡܗܝܡܢܐ ܗܘܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܗܘ ܦܪܟܣܝܣ. ܟܕ ܐܬܐܡܪ ܒܐܝܩܪܗ
ܣܓܝ ܫܪܝܪ ܗܘܐ ܘܟܠܗ ܗܘܐ ܠܐ ܗܘܐ. ܘܡܠܟ ܗܘܐ ܒܢܘܡܐ
ܒܥܠܐ. ܟܕ ܚܙܐ ܐܝܟ ܐܦܪܝܡ ܕܟܠ ܕܐܢܫ ܢܟܦܝ: ܟܕ
ܟܢܘܫܬܐ ܢܬܟܢܫ ܒܐܬܪܐ ܟܠܗ ܐܦܣܩܘܦܐ. ܘܡܟܣܢ
ܠܟܠܗܘܢ ܡܗܝܡܢܐ ܘܐܠܐ ܐܟܢܫܘ ܠܐܦܣܩܘܦܐ ܘܐܬܟܢܫܘ
ܟܢܘܫܬܐ ܕܐܦܣܩܘܦܘܬܐ. ܘܟܠܗܘܢ ܡܗܝܡܢܐ ܢܦܩܘ
ܠܐܦܣܩܘܦܐ ܕܟܠܗ. ܘܟܕ ܐܠܨܘ ܟܕܟܢܫܘ: ܦܘܩܕܢܐ
ܐܠܦܘܢ ܡܢܗ: ܘܟܕ ܟܬܒܘ ܗܘܐ. ܘܐܟܢܫܘ ܠܡܟܬܒܘ
ܠܡܟܬܒܘ ܘܐܬܦܫܛܘ ܠܡܟܬܒܘ ܒܟܠ ܘܐܬܡܫܚܘܗܝ
ܠܡܫܝܚܘܬܐ: ܘܐܝܟ ܦܟܝܪ ܗܘ: ܢܦܩܘܢ: ܘܐܦ ܐܬܡܟܠܢ
ܡܗܝܡܢܐ ܘܐܦ ܢܦܩܘܢ. ܘܐܡܪ ܠܡܟܬܒ ܡܟܦܠ ܦܘܩܕܢܐ ܠܟܢܘܫܐ:
ܘܡܦܟܢܐ ܡܢܢ ܠܡܢܘܪܐ ܗܘܐ ܡܦܟܢܐ ܗܘܟܢܐ. ܘܡܟܬܒܐ
ܐܡܪ. ܘܡܢܐ ܐܟܢܝ ܟܗܘ: ܘܟܢܫܐ ܗܘ ܥܡܡܐ. ܐܠܐ ܡܟܝܢ ܟܗܘ:
ܗܝܡܢ ܢܟܠܣ ܟܗ ܐܦܣܩܘܦܐ: ܘܡܟܬܒܐ ܘܦܘܩܕܢܐ ܦܟܝܪ
ܘܐܬܐ: ܘܐܠܐ ܐܢܬ ܠܢܐ. ܘܡܦܩܠ ܕܝܘܡܐ ܗܘܐ: ܦܟܢ: ܘܟܠܝ
ܢܡܘܣܐ ܗܘܝ ܟܝ ܕܢܬܟܢܫܘܢ ܐܟܢܐ ܘܐܦ ܠܐܪܥܐ ܗܢܐ ܟܝ.
ܐܠܐ ܐܢܫ ܟܝܘܡܐ ܠܫܡܝܐ ܘܐܙܠܘ ܕܢܬܟܢܫܘܢ ܠܐܪܥܐ. ܗܘܘ ܡܟܝܢ
ܘܢܦܩ ܠܟܗܢܐ ܘܠܐ: ܗܘ ܢܡܟܢ. ܘܐܦܣܩܘܦܐ ܐܬܡܫܚ ܘܡܦܩ
ܠܡܟܢܫܦܘܪܘܣ ܘܟܦܝܠܐ ܢܬܟܢܫܘܢ. ܘܟܕ ܟܦܪܡܣܝܢ ܐܠܐ
ܠܡܟܬܒ ܠܦܪܘܣܦܘܪܘ ܕܢ ܘܢܬܟܢ ܗܘܐ ܗܘ ܟܦܝܠܐ ܘܡܦܩܐ
ܠܟܬܒܐ ܘܡܘܣܘܣ: ܦܘܠܐ ܡܟܠܐ ܟܦܪܡܢܝ ܘܟܠܗ ܐܬܪܐ
ܘܡܟܢܫ ܠܐܦܐ ܘܢܦܩܘ. ܘܟܕ ܐܬܡܫܚ ܡܦܢܘܣܦܘܪܘܣ ܟܠܠ
ܘܡܫܝܚܐ ܡܦܢܘ ܘܟܕ ܡܦܩܢ ܢܬܟܢܫܘܢ: ܘܢܦܩ ܕܐܬܡܫܚܐ
ܘܡܟܢ ܟܐܬܪܐ ܘܡܦܪܘܣ ܡܟܢܘ ܘܐܬܟܢ ܦܘܣ ܟܢܫܘܣ:

ܐܬܡܟܬܒ

ܐܣܩܠܦܘ ܕܗܘܐ ܘܡܩܛܪܓܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܡܪ ܒܟܬܒܘܗܝ
ܘܦܓܪܐ. ܘܒܗܘܢ ܒܫܘܡܠܝܐ ܡܗܝܡܢܐ ܡܕܝܢܐ ܠܐ ܢܟܦܬܐ
ܒܥܝܕܘܗܝ ܘܐܬܡܪܚ ܘܐܬܡܨܝ ܘܙܢܝ . ܘܐܦ ܠܪܚܡܬ ܟܣܦܐ
ܕܥܒܕܐ ܠܗܘܢ ܣܡܝܐ ܕܙ̈ܢܝܐ : ܐܝܟ ܕܒܥܐ ܐܦܪܝܡ ܠܡܥܒܕ ܘܩܒܠ .
ܘܟܬܒ̈ܐ ܫܕܪ ܒܝܕܗ. ܡܢ ܦܝܫ ܣܪܓܝܣ ܕܢܥܒܕ ܗܘ ܕܢܐܙܠ
ܠܐܓܦܝܛܐ : ܗܢܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܝܗܒܘܗܝ ܘܐܙܠ ܠܪܗܘܡܐ ܘܐܘܒܠܗ
ܘܐܬܦܪܣܡܘ ܘܐܬܟܫܦܘ ܘܐܬܟܢܫ. ܘܡܢ ܬܡܢ ܢܦܩ ܦܝܫܐ
ܘܐܬܐ ܠܗ ܡܢ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ . ܘܟܕ ܡܛܝܐ ܠܡܕܝܢܬܐ
ܡܢܝܢܐ ܗܘܐ ܠܐܘܪܥܗ ܘܩܒܠܗ ܡܠܟܐ ܕܝܘܡܢ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܘܡܛܠ ܕܒܪ ܠܫܢܐ ܗܘܐ ܕܡܠܟܐ. ܘܐܓܦܝܛܘܣ ܢܨܦ ܠܡܠܟܐ ܕܢܟܬܘܒ ܢܡܘܣܐ *Eadem tempestate*, *Antiochiam venit Sergius Archiater Rhesinensis*, *Ascholium ejus urbis Episcopum apud Ephræmum* (Antiochiæ Patriarcham) *accusaturus*. *Erat autem Sergius vir eloquens*, *& in Græcis atque Syriacis literis versatus*, *& doctissimus corporum medicus*; *voluntate quidem* (1) *Eunuchus*, *ut ex Prologo colligitur*; *moribus vero admodum corruptis ac turpibus*, *& luxuriæ vitio necnon avaritiæ inquinatis*. *Huic Ephræmus se quod ab ipso rogabatur facturum spopondit*, *si ad Agapitum Romam literas pertulisset*. *Quod quum in se recepisset Sergius*, *Romam profectus*, *Agapitum inde Constantinopolim adduxit*, *cui advenienti universus Senatus obviam occurrit*, *& ipse Imperator magnifice illum excepit*, *eo quod ejusdem cum Imperatore linguæ esset*. *Agapitus itaque Imperatori auctor fuit*, *ut Constitutionem ederet adversus eos*, *qui Synodum non admitterent*; *& si quidem miles esset*, *privaretur*, *ejusque testimonium non admitteretur*, *neque hæredem instituere posset*: *sed & Imperatori de beato Zoara dixit*: *cur Syrum istum seductorem versari hic permisisti*? *cui Imperator*: *Quid* (inquit) *de homine isto agam*, *qui austerus & rigidus est*? *Tu de illo statue quod tibi videbitur*. *Tum vero Agapitus misso ad illum nuncio*; *Imperator* (inquit) *& Patriarcha jubent te huc accedere*: *quod nisi feceris*, *tu videris*. *Sed quoniam dies erant Jejunii*, *respondit Zoaras*: *lex nobis imposita est*, *ut clausuram hisce diebus colamus*, *ita ut cellæ ostium occludatur*: *verumtamen præ-*
stolare

ſtolare uſque ad Feriam quintam myſteriorum: tunc enim oſtium aperiemus: & quod Deo placitum erit, ipſe perficiet. Ad hæc iratus Agapitus, Magiſtro præcepit, ut ferreis vinculis conſtrictum adduceret. Qui conſcenſa ſcapha, quum proaſtium peteret, ubi Zoaras manebat, quumque ad Sinum Cuſicum perveniſſet, exortus repente validus ventus, ſcapham eo reduxit, unde diſceſſerant. Proinde Magiſter nautis iratus, juſſit eos velis remiſque iter urgere: qui quum ſumma vi ad locum accedere niterentur, agitatæ undis ſcaphæ tabulatum ab imo ad ſummum divulſum eſt: cognoveruntque infelices unacum eo qui illos mittebat, hæc precibus Zoaræ a Deo fieri. Porro iiſdem diebus Agapiti linguam Deus percuſſit, ita ut tumeſceret, fœteret, & corrumperetur: Ejuſque tormentum duravit uſque ad feriam quintam myſteriorum, ſicuti Zoaras prædixerat; tum vero interiit, & Sectatores ejus confuſi ſunt. Antequam autem infelix Agapitus e vivis excederet, ſua uſus poteſtate depoſuit, & anathematizavit Sanctum Severum, Theodoſium, Anthimum, & Zoaram. Quapropter e Conſtantinopoli diſcedens Severus, a deſerto in deſertum ſe conferebat, Monachi inopis ſpecie, cuculla indutus & ſandaliis calceatus, ut illos lateret qui eum perſequebantur.

Hæc Monophyſitarum commenta a genuinis eorum temporum hiſtoricis refelluntur. Nam primo quidem, quoad obitum a S. Agapito Papa legationis Conſtantinopolitanæ munus, audiatur Liberatus Diaconus in Breviario cap. 21. *Verum mortuo Joanne Mercurio, Agapetus Archidiaconus Romanæ Eccleſiæ Papa ordinatur, in regulis Eccleſiaſticis apprime eruditus. Quo tempore Theodatus Rex Gothorum ſcribens ipſi Papæ & Senatui Romano, interminatur, non ſolum Senatores, ſed & uxores & filios filiaſque eorum gladio ſe interemturum, niſi egiſſent apud Imperatorem, ut deſtinatum exercitum ſuum de Italia ſubmoveret. Sed Papa pro eadem cauſa Legatione ſuſcepta Conſtantinopolim profectus eſt.* Socius Legationis Agapiti Papæ fuit, non *Sergius Archiater*, uti

(1) Vox Syriaca & *Eunuchum*, & *Fidelem* ſignificat.

uti fabulatur Abulpharagius, ſed *Petrus* vir eloquens & in rebus agendis quam dexterrimus, quem ad Theodatum Gothorum Regem Juſtinianus Imperator miſerat, quemque idem Theodatus ad Juſtinianum unacum Agapito Papa Conſtantinopolim ablegavit, anno Chriſti 536. uti Procopius lib. 1. de Bell. Goth. cap. 6. & 7. narrat: „ Petrus interea in Italiam delatus, de his omnibus „ [*quæ ſcilicet Beliſario feliciter contigiſſent*] certior fa- „ ctus, inſtare tunc acrius, & Theodatum terrere haud- „ quaquam intermittebat. Tum ille timore perculſus, „ & attonito ſimilis, haud ſecus voce emiſſa ac ſi bello „ captus fuiſſet, amotis arbitris, cum Petro in collo- „ quium venit: & inter eos demum conventum, ut Im- „ peratori Theodatus univerſam Siciliam cederet, illi- „ que auream in ſingulos annos trecentarum librarum „ coronam mitteret, e Gothiſque item ad tria millia „ pro ejus ut traderet arbitratu: Theodato vero ut mi- „ nime liceat ſive Sacri, ſive Senatorii ordinis, ſine „ Imperatoris permiſſu, quemquam occidere, vel ejus „ bona in publicum proſcripta redigere. *Et mox*. His „ quidem & ſcriptis cum pactionibus Petrum Legatum „ Theodatus Byzantium ad Imperatorem remiſit. *Et* „ *poſt alia agitata cum Petro conſilia*: Hac Theodatus „ tam callida ſuggeſtione facile perſuaſus, ceſſurum ſe „ Juſtiniano Imperatori Principatum fatetur: idque ipſe „ in primis atque ejus deinceps uxor juravit: Petrum- „ que adegerunt, ut jurejurando polliceretur, non ſe „ prius id editurum in vulgus, quam Imperatorem co- „ gnoverit priores illas non admiſſurum conditiones. „ Unde & Ruſticum Sacerdotum e numero quemdam, „ Romanum virum & peridoneum, ad eam rem confir- „ mandam, Byzantium cum Petro tranſmiſit „. Quem Procopius *Ruſticum* vocat, is certe *Agapitus Papa* fuit, qui *Ruſticus* dictus fuerat. Anaſtaſius in Agapito: *Qui vero Agapitus*, inquit, *ambulavit Conſtantinopolim* x. *Kal. Maji*, *ingreſſus Conſtantinopolim*, *&* *ſuſceptus eſt Agapitus Epiſcopus cum gloria*. Acta Synodalia eum illuc maturius, quam die 22. menſis Aprilis perveniſſe oſten-

ostendunt: ideoque [ut notat Pagius] loco, x. *Kalen. Maji*, legendum, x. *Kal. Martii*. Quid vero Agapito Constantinopolim advenienti contigerit, Liberatus in Breviar. cap. 21. refert: „ Et primum quidem honori„ fice suscipiens directos sibi ab Imperatore, sprevit „ tamen animo præsentiam, eumque ad salutandum su„ scipere noluit. Deinde viso Principe, causam agebat „ Legationis susceptæ. Imperator autem pro multis fisci „ expensis ab Italia destinatum exercitum avertere no„ lens, supplicationes Papæ noluit audire. At ille, quod „ suum fuit, Christi Legatione fungebatur. Denique „ petentibus Principibus, ut Anthimum Papa in salu„ tatione & communione susciperet; ille, fieri, inquit, „ posse, si se Libello probaret orthodoxum, & ad ca„ thedram suam reverteretur. Impossibile esse ajebat, „ translatitium hominem in illa sede permanere. Au„ gusta vero clam promittente munera multa, & rur„ sus Papæ minas intentante, in hoc Papa perstitit, ne „ ejus audiret petitionem. Anthimus vero videns se „ Sede pulsum, Pallium quod habuit, Imperatoribus red„ didit, & discessit, ubi eum Augusta suo patrocinio „ tueretur. Tunc Papa Principis favore, Mennam pro „ eo ordinavit Antistitem, consecrans eum manu sua in „ Basilica Sanctæ Mariæ. *Et Anastasius Bibliothecarius in* „ *Agapito*. Ingressus Constantinopolim Agapitus, primum „ cœpit habere altercationem cum piissimo Principe Do„ mino Justiniano Augusto de religione: cui beatissimus „ Agapitus constantissime responsum dedit de Domino „ Jesu Christo Deo & homine, hoc est, de duabus na„ turis in Christo. *Et post pauca*. Dum contentio ver„ saretur, ita Dominus adfuit, ut Episcopum Constan„ tinopolitanum, nomine Anthimum, inveniret Agapi„ tus Papa hæreticum. Quumque contentio verteretur „ cum Augusto & Agapito Papa, dixit ei Imperator Ju„ stinianus: Aut consenti nobis, aut exilio deportari te „ faciam. Tunc beatissimus Papa Agapitus respondit cum „ gaudio dicens ad Imperatorem: Ego quidem peccator „ ad Justinianum Imperatorem Christianissimum venire „ desi-

„ deuderavi; nunc autem Diocletianum inveni, qui ta-
„ men minas tuas non pertimesco. Et dixit ei iterum
„ Agapitus venerabilis Papa: Tamen ut scias tu, eum
„ idoneum non esse religioni Christianæ, Episcopus tuus
„ confiteatur duas naturas in Christo. Tunc accersito ex
„ præcepto Augusti Episcopo Constantinopolitano, nomi-
„ ne Anthimo, & discussione facta, nunquam voluit con-
„ fiteri in doctrina Catholicæ responsionis ad interro-
„ gationem Beati Papæ Agapiti, duas naturas in uno Do-
„ mino nostro Jesu Christo: quem quum vicisset Sanctus
„ Papa Agapitus, glorificatus est ab omnibus Christia-
„ nis. Tunc piissimus Augustus Justinianus gaudio reple-
„ tus, humiliavit se Sedi Apostolicæ, & adoravit Bea-
„ tissimum Agapitum Papam. Eodem tempore ejecit An-
„ thimum a communione, & expulit in exilium. Tunc
„ piissimus Augustus Justinianus rogavit Beatissimum Pa-
„ pam Agapitum, ut in locum Anthimi, Episcopum Ca-
„ tholicum consecraret nomine Mennam „. Non solum Anthimum Agapitus Papa dejecit, sed & Severum, & Petrum, & Zoaram anathematizavit, uti Archimandritæ scribunt in Libello ad ipsum Justinianum Act. I. Synodi Constantinopolitanæ, statim ab obitu Agapiti ipsius celebratæ. *Misit itaque Deus huic Civitati Agapitum, qui vere ἀγάπητος, idest, dilectus a Deo & hominibus, Pontificem antiquæ Romæ in depositionem Anthimi & prædictorum hæreticorum Severi, Petri, atque Zoaræ, tamquam olim Petrum magnum Apostolum Romanis in depositione Simonis* (1) *Cretiani. Iste enim venerabilis vir sciens per Libellos plurimorum nostrorum ea quæ inique contra Ecclesias præsumpta fuere, ea ipso visu semel accipiendo, neque ad visum suscipere voluit Anthimum furentem adversus Canones; sed tunc juste dejecit de Sacerdotali Sede Civitatis suæ; & coopitulante & coadjuvante Catholicæ fidei & divinis Canonibus vestro Imperio, præfecit ipsi Ecclesiæ sanctissimum Mennam.* Hactenus de rebus ab Agapito Papa Constantinopoli gestis. Ejusdem vero obitum, iidem Archimandritæ in Libello ad

(1) Goëtiani, idest, Magi.

ad Imperatorem Act. 1. breviter describunt: *Has vero petitiones nostras* (inquiunt, oblatas scilicet Agapito) *præveniens prædictus sanctissimus vir Agapitus, quum Anthimus seipsum manifestum constituerit, simul cum prædictis hæreticis condemnavit, & omni dignitate Sacerdotali & officio nudavit, & omni Episcopatu & Orthodoxo nomine, usque ad pœnitentiam eorum quæ deliquit. Et misit pietati vestræ Libellos nostros, ut quæ in ipsis sunt, per vos ad finem deducantur. Sic enim opportune assumptus est hic honorabilis vir a dispensatore nostro Deo, & additus est Patribus suis, & bonum certamen certavit, & cursum perfecit, fidemque servavit.* Anastasius quoque de ejusdem Agapiti transitu: *Post dies aliquantos, ægritudine correptus, defunctus est Constantinopoli. Cujus corpus in loculo plumbeo translatum est Romam usque ad Basilicam Beati Petri Apostoli, ubi & sepultus est* XII. *Kal. Octobris.* Sed fusius Auctor Anonymus Synchronus in Bibl. Vatic. Cod. 1538. apud Regest. S. Greg. pag. 194. de rebus gestis Constantinopoli, & obitu ejus & funere: *Anno ædificationis Romanæ Ecclesiæ quadringentesimo nonagesimo Agapitus qui primæ Sedis Antistes fuit, a Theodato* (1) *Gothorum nequissimo Rege ob postulandam a Justiniano Augusto pacem Constantinopolim venit. Confestim uterque, Rex & Pontifex, sancta delibans oscula, & alter alterum veneratus, diem duxere in vesperam Legationis dumtaxat pace negata. At vero Agapitus, juxta præceptum Petri, universis profuturus Ecclesiis, quæ per id tempus omnes in se inclinatæ recumbebant, in ipsarum se necessitatem convertit, columnamque se suffulsit immobilem. Hactenus Romanum Pontificem Constantinopolim advenisse dixi: nunc Anthimum universalem Ecclesiam invasisse dicam. Epiphanio siquidem vigesimo* (2) *Regiæ urbis*

(1) Baronius scribit, Romanam Ecclesiam anno Domini 45. a S. Petro erectam; ideoque ab eo tempore absolvi anno Chr. 536. annum 490. & inchoari annum 491.

(2) Baronius: Ita quidem numerans a Metrophane prædecessore Alexandri Episcopi Constantinopolitani, qui vixit tempore Constantini: ab ipso enim usque ad Epiphanium, demptis hæreticis & schismaticis, totidem numerantur ejus Ecclesiæ Episcopi, ut plane appareat, Nicephori catalogum Constantinopolitanorum Antistitum a Stachi (ut ait) ab Andrea Apostolo ordinato inchoatum, his temporibus prorsus ignotum fuisse; Vide Pagium ad annum 536. num. 12.

bis Episcopo defuncto, Anthimus qui relicto dudum apud Trapezuntium Civitatem Episcopatu, Constantinopolim venerat, vitamque suam jejuniis commendabat, sive Patrum decreto, sive Augusti favore, sive procerum voto, hæreticorum pecuniis & seditiosorum turbis fretus, in Constantinopolitanæ Ecclesiæ Sedem irruit improvisus, adulter invasit. Cætera de Anthimi dejectione sunt superius exscripta. Pergit Auctor laudatus de Mennæ Ordinatione, & Agapiti obitu. *Ecclesiarum ministri, Catholico Principe sibimet arridente, consilium unanimes ineunt, Agapito Præsuli Mennam Presbyterum ordinandum sibi Episcopum suis vocibus commendantes, in medium proferunt. Agapitus Papa libellum ejus instar fidei suæ manu propria editum flagitat, scilicet Romæ eum per se Beato Petro Apostolo porrecturus. Edito Mennas juxta præceptum creatoris sui fidei libello, & Agapito Papæ in conspectu Ecclesiæ suæ oblato; ab eodem omnium Episcoporum Principe imposita manu, universalem Episcopatum adeptus est, solusque vigesimus primus Ecclesiæ suæ Episcopus a Romanæ Sedis Antistite meruit ordinari. Hucusque Agapiti præceptoris nostri monitis lætati sumus in his quæ dicta sunt nobis: nunc subita infirmitate ejus turbati mæremus. Quis enim potuit siccis oculis Agapitum narrare morientem? Incidit in gravissimam valetudinem, imo quod optabat, invenit, ut nos desereret, & temporum malis mox subsequentibus careret, & Domino plenius cum Sanctis Patribus jungeretur, defecerat spiritus, & anhelans in morte, anima erumpere gestiebat; ipsumque stridorem, quo mortalium vita finitur, in laudes Domini convertebat. Necdum spiritum exhalaverat, necdum debitam Christo reddiderat animam; & jam fama volans tanta prænuncia luctus, totius orbis populos, quibus Civitas repleta erat, ad exequias convocabat. Aderant diversarum provinciarum numerosi Episcopi, & Sacerdotum Monachorumque Chori pene urbem repleverant. Tota ad funus ejus Byzantium turba convenit: sacrilegium putabat qui non tali Pontifici ultimum reddidisset officium: sonabant psalmi, & excelsa tecta domorum re-*

reboans in ſublime Alleluja quatiebat. Nemo quandoque totius orbis vel Epiſcoporum, vel Imperatorum vita defunctus, inter tantas exequiarum copias funeratus viſus eſt. Adfuere nempe funeri Agapiti Papæ, præter Juſtinianum Imperatorem, quotquot *Epiſcopi*, *Sacerdotes* & *Monachi* in Synodo Conſtantinopolitana, quæ paucis poſt ejus obitum diebus congregata legitur, adfuiſſe memorantur: *Mennas* ſcilicet Conſtantinopolitanus Patriarcha; *Magnus* Presbyter, & *Heraclius* Diaconus, Legati Apoſtolicæ Sedis Theopolitanæ ſeu Antiochenæ & Ephræmii Patriarchæ. *Sabinus* Diaconus Sanctæ Reſurrectionis Chriſti Dei noſtri & Legatus Petri Patriarchæ Hieroſolymitani: *Epiſcopi* quinque & *Diaconi* duo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. *Epiſcopi* Orientalium Eccleſiarum LXXXII. Denique *Archimandritæ* & *Monachi* tam Regiæ urbis, quam Syriæ ſecundæ, & Palæſtinæ numero XCVI.

Ceterum, quod in ſuis ad Agapitum (1) Papam, ad Menam Patriarcham, & ad Juſtinianum Auguſtum Libellis, Epiſcopi Orientales, Archimandritæ & Monachi in Synodo Conſtantinopolitana queruntur de Severo, Anthimo, Zoara, aliiſque Acephalis hæreticis, in Regia urbe nidificantibus, & conventicula atque Parabaptiſmata facientibus; rogantes, ut ii de regia urbe ejuſque diſtrictu ejiciantur; id etiam ſectariorum ipſorum teſtimonio confirmatur: qui non modo fatentur, prædictos hæreticos in urbe Regia Cathedram peſtilentiæ collocaſſe, ſed etiam addunt, eoſdem in unum collectos, quum viderent ad paucos ſeſe jam eſſe redigendos, ne deficerent qui eam ſectam tuerentur, conſilium iniiſſe, Epiſcopum aliquem ordinandi, qui aptus eſſet vices omnium implere. Verba Abulpharagii in Chronico Syriaco (2) accipe. „ Quoniam vero Orthodoxi (3) Antiſtites,

(1) Hæc ſunt verba Archimandritar. ad Agapitum PP. Act. 1. *Verum quoniam non ſolum iſte (Anthimus) ſed & cæteri Epiſcopi, Clerici, & Archimandritæ in magno numero: qui inſidiis adverſus Dei Eccleſiam utuntur, & propter hoc ſolum in hac civitate commorantur, ei & univerſis Eccleſiis perturbationes dare nullo modo recuſant; rogamus & univerſos tales ad vos adduci, & pœnas ſuſtinere Canonibus condecentes.*

(2) Textum Syriacum recitavi Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 326.

(3) Hæreticus Abulpharagius hæreticos ſic appellat.

„ ſtites, qui in omnibus Romanæ ditionis urbibus fre-
„ quentes fuerant, ad paucos jam redacti erant (aliii
„ enim obierant, ut Thomas Daræ, Joannes Telæ, An-
„ toninus Alepi, Sergius Suræ, Petrus Rheſinæ, Tho-
„ mas Germaniciæ, Thomas alter Damaſci, & Severus
„ Patriarcha: alii vero Sectæ Diophyſitarum ſe ſubdi-
„ derant, ut Philoxenus minor, nepos ex ſorore Philo-
„ xeni Mabugenſis, qui poſtquam ejus avunculus in urbe
„ Gangra deceſſiſſet, ob cauſam quam tacitus præter-
„ mitto, Synodo ſubſcripſit, & in Cypro vixit: pauci
„ denique in propoſito ſuo conſtantes, Conſtantinopoli
„ commorabantur, & Imperatorem quidem ipſis infen-
„ ſum delinire, Imperatricem vero etiam ad tuendam
„ fidelium cauſam cohortari atque incitare ſatagebant,
„ ut Conſtantinus (1) Laodiceæ, Joannes Ægyptius, Pe-
„ trus, Theodoſius, & Anthimus) pauci quidam Epi-
„ ſcopi in quodam caſtro ſub cuſtodia publica detenti,
„ tuendæ religionis ſtudio permoti, per manus impoſi-
„ tionem ordinarunt Jacobum virum ſimplicem, Con-
„ ſtantinopoli per eos dies commorantem. Is Presbyter
„ erat in Monaſterio Phaſiltæ ex Gamua pago in monte
„ Izla, quem & œcumenicum Metropolitam ordinarunt.
„ Erat porro vir inops, pauper, laboris patientiſſimus,
„ pedum celeritate adeo pollens, ut alterum Aſaëlem
„ putares. Cæpit itaque poſitas ad Orientem regiones
„ luſtrare, & orthodoxis ſacros ordines ubique conferre,
„ & clericos inſtituere, ſub mendici ſpecie latens. *Et*
„ *poſt pauca*. Nulli erant ea tempeſtate in Oriente Epi-
„ ſcopi orthodoxi (*Monophyſitas hæreticos Monophyſita*
„ *Abulpharagius intelligit*) ut præter Marim Sigaræ Epi-
„ ſcopum, neminem haberent, qui Sacerdotes ordinaret,
„ donec ſurrexit Jacobus, cujus opera, Secerdotum cen-
„ ſus mirum in modum auctus eſt: eamque ob cauſam
„ ex

(1) Verba Vigilii Papæ in Epiſt. ad Juſtinian. Imp. Tom. 5. Concil. Edit. Venet. p. 1296. ſupra recitavi: ubi hæreticorum nomina ſic recitantur: *ideſt Severo Eutychiano, Petro Apameno Anthimo, Zoara, ſed & Theodoſio Alexandrino, & Conſtantino Laodicenſi, atque Antonio Verſentano*. Ex eorumdem hæreticorum ſectariis, pro *Severo Eutychiano*, legendum eſt, *Severo Antiocheno*, & pro Antonio Verſentano, *Antonino Beroœnſi*, ſeu Alepi. Retinendum vero dictum *Conſtantini Laodicenſis* nomen.

", ex ejusdem nomine, Jacobitæ sunt appellati. *Et infra.* " Episcopatum gessit Jacobus annos tres supra triginta, " ordinavitque Episcopos, Presbyteros, & Diaconos ad " centum millia ". Id factum circa annum Chr. 541. narrat Dionysius Patriarcha Jacobitarum in Chron. Syr. his verbis. *Anno Græcorum 862. claruit Jacobus Edessæ Episcopus* (1) *ex monasterio Phasiltæ*: ejusque obitum refert ad annom Græcor. 889. Chr. 578. Quibus verbis idem Dionysius ostendit, hunc Jacobum, a quo Jacobitæ dicti sunt, quique Monachus cœnobii *Phasiltæ* fuerat, non *œcumenicum*, hoc est, nulli certæ Sedi addictum, sed *Edessenum* fuisse *Episcopum*. At vero Abulpharagius negat Jacobum, de quo est sermo, Edesseni Episcopatus titulo fuisse ordinatum, simulque affirmat, alios Monophysitarum extitisse Episcopos Edessenos, tum, quum Jacobus iste in vivis esset: *Theodorum* nempe sub *Sergio* Monophysitarum Antiocheno Patriarcha circa annum 540. & *Thomam* anno 542. quo *Paulus Niger*, alter Monophysitarum Patriarcha creatus est. Verba ejus accipe in *Sergio*, qui post *Severi* obitum, Syris Monophysitis Patriarcha præfuit. ܒܬܪ ܕܡܟܝܢ ܣܘܝܪܐ ܪܒܐ : ܣܪܓܝܣ ܡܝܬܪܐ . ܟܕ ܓܝܪ ܥܢܕ ܡܪܝ ܣܘܝܪܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܗܝܕܝܢ : ܩܝܡܘ ܐܪܬܕܘܟܣܐ ܒܕܘܟܬܗ ܦܛܪܝܪܟܐ ܠܟܘܪܣܝܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܠܣܪܓܝܣ ܩܫܝܫܐ ܠܡܠܦܢܐ ܘܡܩܪܝܢܐ ܕܡܢ ܒܝܬ ܪܝܫܥܝܢܐ ܗܘ ܓܒܪܐ ܕܚܝܠܐ . ܘܗܘ ܟܬܒܗ ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܠܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ . ܘܡܛܠ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܪܬܕܘܟܣܐ ܕܒܟܠ ܡܕܝܢܢ ܕܐܘܪܝܢܛ ܘܦܘܠܚܢܐ ܐܚܪܢܐ ܗܘܘ : ܘܡܬܪܐ . ܘܡܛܠ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܚܪܢܐ ܒܩܘܛܪܐ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ ܗܘܘ ܡܬܬܪܕܝܢ : ܘܗܟܘ ܕܐܬܟܠܬ ܘܗܟܘ ܐܝܟ ܠܟܠ ܡܕܝܢܢ ܐܝܟ ܦܘܩܕܐ ܕܐܬܦܩܕ ܒܩܘܫܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ . *Post Severi magni* (2) *obitum, Sergius præstantissimus. Quum beatus mar Severus Patriarcha decessisset, in ejus locum substituerunt Orthodoxi* (3) *præfeceruntque Antiochenæ Sedi Sergium Presbyterum*

(1) Biblioth. Orient. Tom. 2. p. 62. & 65. & Tom. 1. p. 424.

(2) Obiit juxta eund. Abulpharagium die 8. Febr. ann. Græc. 850. Christi 539.

(3) Sic Monophysitas Monophysita vocat.

terum (1) *Telensem, cognomento* Betchartæ, *e Cœnobio Holæ, manumque ei imposuit Athanasius Anazarbæ Episcopus. Quoniam vero Orthodoxi Antistites, qui in omnibus Romanæ ditionis urbibus frequentes fuerant, ad paucos jam redacti erant* [recole quæ supra sunt recitata] *pauci quidam Episcopi in quodam castro, sub custodia publica detenti, tuendæ religionis studio permoti, per manus impositionem ordinarunt Jacobum virum simplicem, Constantinopoli per eos dies commorantrm.* Reliqua ut supra, usque ad illud: *Eamque ob causam ex ejusdem nomine Jacobitæ sunt appellati.* Mox pergit. ܐܘܡܘܬܐ ܕܝܢ ܟܠܗܝܢ ܕܛܝܝܐ ܡ̈ܫܝܚܝܐ ܕܒܡܫܟܢܐ : ܣܢܝܢ ܗܘܘ ܠܣܘܢܗܕܘܣ ܕܟܠܩܝܕܘܢ ܘܐܦܠܐ ܠܚܡܐ ܥܡ ܟܠܩܝܕܘܢܝܐ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ . ܘܟܕ ܐܬܐ ܚܪܬ ܒܪ ܓܒܠܐ ܡܠܟܗܘܢ ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ : ܐܫܟܚ ܬܡܢ ܠܬܐܘܕܘܪܐ ܕܝܪܝܐ ܓܒܪܐ ܚܦܝܛܐ ܘܩܪܒܗ ܠܦܦܐ ܠܬܐܘܕܘܣܝܘܣ : ܘܒܡܨܥܝܘܬܐ ܕܡܠܟܬܐ ܠܬܐܘܕܘܪܐ : ܐܣܩܦܗ ܠܐܘܪܗܝ : ܟܕ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܟܠܩܝܕܘܢܝܐ ܒܐܘܪܗܝ ܐܡܐܙܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܒܢܐ ܘܨܒܬ ܠܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܒܗ̇

„ Universæ autem Arabum Christianorum Scenitarum „ gentes a Synodo Chalcedonensi ita abhorrebant, ut „ cum Chalcedonensibus neque panem manducarent. „ Quumque eorum Rex Harethas Gabalæ filius Constantinopolim venisset, repertum ibi Theodorum mona- „ chum virum industrium, præsentavit Papæ Theodo- „ sio [*Alexandrino olim Patriarchæ*] & curante Theo- „ dora Imperatrice, ordinavit eum Edessæ Præsulem, „ quum Chalcedonensibus in eadem Edessena civitate „ Episcopus Amazonius præesset, qui magnam ejus ur- „ bis Ecclesiam ædificavit ornavitque „. Sciendum quippe est, ex quo Patriarchæ & Episcopi Monophysitæ ab anno Chr. 518. & sequentibus, Justini atque Justiniani Augustorum jussu, sedibus suis pulsi sunt, eorumque loco orthodoxi Chalcedonensis Synodi assertores substituti; non destitisse eosdem Monophysitas singulis Ecclesiis consentientes suæ sectæ Antistites præficere. Subdit Abul-

(1) *Tela*, olim dicta *Anthemusa*, *Antipolis* & *Constantina* seu Constantia. Vide nostram dissertat. de Syris Monophysitis in V. *Tela*.

Abulpharagius in *Paulo* Antiocheno Monophysitarum Patriarcha, Sergii successore. ܗܢܐ ܡܢ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ. ܘܐܬܠܒܫ ܒܕܝܪܐ ܕܓܘܒܐ ܒܪܝܐ. ܘܠܘܬ ܦܦܐ ܐܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܥܡܪ. ܘܒܬܪ ܫܘܢܝܗ ܕܣܪܓܝܣ ܐܬܐ ܡܢ ܡܥܩܘܒ ܘܡܢ ܐܘܓܢ ܕܣܠܘܩܝܐ ܕܐܝܣܘܪܝܐ ܒܕܘܟ ܕܝܢ ܡܫܟܚܝܢ ܠܐܠܗܐ. ܘܕܝܘܠܐ ܐܡܣܝܢ ܕܬܐܘܡܐ ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܕܐܘܪܗܝ ܣܡ ܥܠܘܗܝ ܐܝܕܐ: *Hic Alexandrinus patria, monachi habitum induit in Cœnobio Gubæ Barajæ: & apud Papam (Alexandrinum Antistitem) Theodosium versatus est. Post Sergii autem* (1) *obitum, Atiochenus Patriarcha est ordinatus a Jacobo* (Phasiltæ, de quo supra) *& ab Eugenio* (Seleuciæ Isauriæ Episcopo.) *Alibi vero scriptum reperimus, Thomam Edessæ Metropolitam ei manum imposuisse.* Itaque Jacobus, qui in Phasiltæ Monasterio monachum egerat, quemque Episcopi Monophysitæ in quodam Constantinopolitano castro inclusi Episcopum, ut vocant, oecumenicum, hoc est nulli certæ Sedi addictum, ordinarant, a quo Jacobitæ sunt appellati, non fuit Edessenus Episcopus, sed, eo vivente, Edessenam Monophysitarum Ecclesiam invasere *Theodorus* ac *Thomas*, si Abulpharagio fides est adhibenda. Adde, duos ab ipsis Jacobitis Jacobos distingui, quorum alter *Baradæus* nuncupatur, alter *Baradæi discipulus*: sic enim legitur in pervetusto Kalendario Syriaco, quod Saliba Presbyter ad calcem Codicis Syriaci (2) Vaticani XXXII. exaravit, ad diem 2. Julii: ܡܪܝ ܣܪܓܝܣ ܗܘ ܕܩܡ ܒܬܪ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܒܪܕܥܝܐ ܫܢܬ ܬܫܡܐܐ ܘܬܪܬܝܢ *Sergius, qui successit Jacobo Baradæo anno Græcor.* 902. (idest Chr. 591.) & ad diem 31. ejusdem mensis. ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܦܣܝܠܬܐ ܡܢ ܥܘܡܩܐ ܩܪܝܬܐ ܕܐܝܙܠܐ. ܘܬܠܡܝܕܗ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܪܒܐ ܕܡܬܩܪܐ ܒܪܕܥܝܐ *Jacobus. Episcopus Phasiltæ ex Umka* (Cava) *Izlæ oppido, qui fuit discipulus Jacobi magni, cognomento Baradæi.* Idipsum indicatur in formula Fidei, quam

(1) Abulpharagius: *Sergius autem Patriarcha quum brevi tempore sedisset, decessit. Scriptum autem invenimus, tres illum annos Patriarcham præfuisse.* Ab anno scil. 540. ad 542.

(2) Tom. 2. Bibl. Orient. p. 505.

quam electus Patriarcha aut Episcopus ante consecrationem coram Præside Synodi emittere solet apud Jacobitas in eorum Pontificali pag. 94. ubi præter S. Jacobum Apostolum, fratrem Domini, primumque Hierosolymorum Episcopum, duo alii Jacobi recensentur: nimirum, ܝܥܩܘܒ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܝܥܩܘܒ ܦܣܝܠܬܐ. *Jacobus Patriarcha*, *&* *Jacobus Phasiltæ*: quasi prior Jacobus *Baradæus* sit, Jacobitarum parens, a posteriori Jacobo Phasiltæ distinctus. At vero *Sergius*, qui in Kalendario Syriaco successisse dicitur *Jacobo Baradæo*, apud eundem Abulpharagium perhibetur, Edessenæ Ecccleliæ post Thomam, præfuisse. Verba ejus in *Juliano*, *Petri Callinicensis*, & *Pauli Nigri* Patriarchæ successore, hæc (1) sunt: *Eadem tempestate* (hoc est, circa ann. Græc. 903. Chr. 592.) *Edessæ Episcopatum orthodoxorum* (idest Monophysitarum hæreticorum) *tenebat Sergius*, *Armenus nuncupatus*, *qui una cum fratre Joanne in mar Petri scripta insurrexit*, *affirmans non esse utique legenda*. *Ambo nihilominus a Juliano Patriarcha reprehensi fuere*, *postquam sententias*, *quibus offensi fuerant*, *illis exposuisset*: *vixque ab inani & futili zelo se continuere*. Vides, quam sibi ipsi dissentiant Jacobitæ in originibus sectæ suæ enarrandis. Quidquid tamen sit de Monophysitis illis Episcopis, qui eo tempore dicuntur Edessenæ Ecclesiæ titulo insigniti, quo orthodoxi Episcopi *Adæus* *&* *Amazonius* ibi sedebant (*Adæus* enim *Andream* (2) excepit die 28. Augusti an. Chr. 533. & *Amazonius* (3) Synodo Quintæ anno Chr. 553. interfuit subscripsitque) unus certe *Jacobus Baradæus*, seu *Zanzalus* (4) fuit, a quo Jacobitæ sunt dicti: quemadmodum adnotatur in Cod. Syr. Nitriensi 3. fol. 153. & in Cod. Syr. Vat. 26. ad 31. Julii: ܝܥܩܘܒ ܒܘܪܕܥܝܐ ܗܘ ܕܡܢܗ ܐܬܟܢܝܢܢ ܝܥܩܘܒܝܐ *Jacobus Baradæus*, *a quo Jacobitæ nuncupati sumus*:

(1) Tom. 2. Bibl. Orient. p. 333.
(2) In Chron. Edesseno. Vide Tom. 1. Bibl. Orient.
(3) Vide Acta Conc Quinti, edit. Venet. Tom. 6. p.
(4) De *Baradæi*, & *Zanzali* cognomento, vide observata a nobis Tom. 2. Bibl. Orient. p. 65. & seqq.

ſumus : & Nicephorus lib. 18. cap. 52. *Jacobitæ ſunt nominati, propterea quod ei, quem dixi, Monophyſitarum hæreſis ſtudioſo Jacobo adhærerent* : quod & de Jacobitarum nomine tradunt, præter coœvum *Baradæo* Anaſtaſium Sinaitam, qui hujuſce hæreſeos frequenter meminit in *Hodegi*, aliarum etiam nationum ſcriptores cum antiqui, tum recentiores.

Sed ad Mennam Patriarcham, cujus temporibus ſecta Monophyſitarum in Syria & Meſopotamia radices egit, redeat oratio. Mennæ fit mentio in Martyrol. Rom. ad 25: Auguſti, his verbis. *Conſtantinopoli Sancti Mennæ Epiſcopi*. In Menæis Græcorum ad eandem diem, his verſibus:

ὁ Κόσμος ἐκλέλοιπε τῆς ἐκκλησίας,
Μηνᾶς γὰρ ἐκλέλοιπε ἐκ Οὗ ἐνθάδε.
Eccleſiæ deficit egregium decus,
Menas enim defecit e vita emigrans.

In Menologio Baſilii Imperatoris, ad 24. Auguſti: *Eodem menſe (die) XXIV. Memoria Sancti Menæ Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*. Et ſubjungitur hoc Elogium „ Sanctus Pater noſter Menas, ex quo imperavit Juſti„ nianus ſenior, extitit Presbyter Eccleſiæ Conſtanti„ nopolitanæ: ſed ob virtutem ſuam electus eſt Patriar„ cha Conſtantinopolitanus, & conſecratus ab Agapeto „ Romano Pontifice, qui tunc temporis profectus erat „ Roma, ut controverſiis Eccleſiaſticis medelam affer„ ret, Anthimumque hæreticum anathematizavit, & e „ ſolio exegit. Verum poſtquam hic denuo reverſus eſ„ ſet (1) Romam, ac paulo poſt mortuus, alius fuit con„ ſecratus, & poſt tempus aliquod profectus etiam ipſe „ Conſtantinopolim, ab Imperatore ac Patriarcha in ho„ nore habitus & benigne ſuſceptus eſt: ac levitate ela„ tus, Sanctiſſimo Menæ pœnam intulit non ſacrifican„ di: qui pœnam ſuſcepit gaudens tamquam Dei Ponti„ fex. Imperator vero iratus, Papam dimiſit Romam „ injuriis affectum. Et poſt hæc Sanctus Menas dum gre„ gem ſuum bene rexiſſet, ad Deum migravit „. Biographus

(1) Hoc falſum. Nam Agapetus PP. Conſtantinopoli deceſſit: ut ſupra dictum.

phus Græcus in ms. Cod. Bibliothecæ (1) Cæsareæ Vindobon. „ Hic Vigilius (2) post aliquod tempus Constantinopolim venit, magnoque honore affectus ab Imperatore & ab Augusta, animo effertur alti sapiente. Unde casu quodam in Patriarcham Menam offensus, pœna Ecclesiastica in eum animadvertit. Imperator idcirco ac Senatus omnis cum omni Ecclesiæ multitudine, indignati fuere Vigilio propter injuriam Menæ Patriarchæ illatam: atque adeo Vigilius iram veritus Imperatoris, ad Altare S. Sergii in tractu Hormisdæ confugit: sed Imperator inde eum ejici jussit ab altari avulsum: qui viribus obnixus, (erat enim procera statura ac robusto corpore) columnas, quæ altare fulciebant, evertit. Dein e civitate eum exegerunt, Romamque ire compulerunt invitum „. Theophanes in Chronographia, Lutetiæ Parisior. typis regiis edita pag. 190. ad ann. Chr. 547. „ Tantis honorum & cultus indiciis ab Imperatore decoratus *Vigilius Papa*, adeo animatus est, ut ad communionis exclusionem menses quatuor sustinendam Menæ Constantinopolitano Episcopo in pœnam imponeret: & ex adverso Mena parem animadversionem constitueret. Ob irrogatam itaque pœnam hujusmodi, tum quod ea quæ de Ecclesiarum unione & concordia consulta decretaque fuerant, a Vigilio non adimplerentur, Imperator indignatus, misit qui ipsum detinerent. Ille Imperatoris iram veritus, ad Sergii martyris altare, quod in Hormisdarum Monasterio erectum, confugit: a quo vi revulsus, apprehensas altaris suffulcientes columnas, ceu gravi proceroque corpore validus, secum traxit & omnino evertit. Demum Imperator facti pœnitens, Papam Vigilium in gratiam recepit. Vigilius pariter a Theodora Augusta rogatus, Junii die 29. qui Sanctis Apostolis sacer, Patriarchæ Constantinopolitano Menæ pacem restituit „. Denique Nicephorus lib. 17. cap.

(1) Apud Bolland. ad 25. Augusti edit. Venet. pag. 169.

(2) Tam Menologium Basilianum, quam Biographus iste Græcus errant, dum Agapito Papæ successisse dicunt *Vigilium*, Sanctus enim *Silverius* ante Vigilium Pontifex fuit.

cap. 26. „ Eo Vigilius insolentiæ progressus est, ut & „ Menam a communione quatuor mensibus excluserit. „ Idem sane & Menas adversus illum fecit.

Verum in eo Theophanes, Nicephorus & Biographus Græcus falluntur, quod quæ gesta sunt anno 551. scribunt contigisse anno 547. quo Vigilius Constantinopolim advenit: Eumque dum milites persequerentur, Sancti Sergii Martyris columnas evertisse, quum id in Ecclesia S. Petri accidisse, ipsemet Vigilius prodat. In eo quoque falluntur, quod scribunt, Mennam ipsum eandem censuræ pœnam in Vigilium Papam retorsisse: dum in Basiliano Menologio disertim dicitur Mennas impositam sibi a Vigilio pœnam gaudens suscepisse. Demum toto cœlo aberrant, dum magnis Vigilii Papæ animis tribuunt illatam Mennæ ab ipso sententiam, & non addunt, quænam ratio Vigilium impulerit ad illam inferendam. Itaque rerum gestarum seriem accipe:

CAPUT VIII.

De Tribus Capitulis, & Synodo Quinta: deque Eutychio Patriarcha Constantinopolitano, & Vigilio Romano Pontifice.

Vigilius Papa ex Urbe in Siciliam profectus anno Chr. 546. facta in Peloponnesum exscensione, terrestri itinere, Constantinopolim perrexit: ingressus est autem Constantinopolim die 25. Januarii anni 547. Ibi reperit jam usque ab anno superiore editum a Justiniano Imperatore *Edictum adversus tria Capitula*. Ejus Edicti auctor extitit Theodorus Episcopus Cæsareensis, gratia Imperatoris & potentia fretus. Extat Græce & Latine Tom. 6. Concil. Labb. edit. Venet. a pag. 358. ad 399. Titulus: *ὁμολογία πίστεως Ἰουστινιανοῦ αὐτοκράτορος κατὰ τριῶν Κεφαλαίων*. Confessio Rectæ fidei Justiniani Impe„ ratoris adversus tria Capitula. *Initium*. *In nomine* „ *Patris &c.* Imperator Cæsar, Christi amans, Justinia„ nus, Alamanicus, Gothicus &c. universo cœtui Ca-

„ tholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ . εἰδότες ὡς οὐδὲν οὕτω θεραπεύει τὸν φιλάνθρωπον θεὸν . Scientes , quod nihil aliud sic potest misericordem Deum placare, quam „ ut omnes Christiani unum idemque sapiant in recta, „ & immaculata Fide „. Ibi post Confessionem Fidei & quatuor œcumenicarum Synodorum, Justinianus subjicit tredecim Anathematismos , quibus tria Capitula includit , hac de causa , quod in Concilii Chalcedonensis Act. x. reperiatur recitata Ibæ Epistola, qua Theodorus Mopsuestenus laudatur, accusatur vero S. Cyrillus ex calumniis a Theodoreto in eum allatis , quasi particeps fuisset sententiæ Apollinaris. Nequis ergo occasione illius Epistolæ existimaret Theodorum esse recipiendum, Theodoreti scripta contra Cyrillum esse probanda, vel Epistolam Ibæ in Concilio Chalcedonensi esse receptam, formati sunt tres ultimi Anathematismi . Contra hujusmodi Edictum plures orthodoxi Episcopi insurrexerunt, quod putabant, in præjudicium Chalcedonensis Concilii ea ab Imp. sancita fuisse , in quo Ibas & Theodoretus post abjuratos errores recepti fuerunt. Theodorus Cæsareensis, edicti hujus architectus, non modo Mennam Patriarcham induxit , ut illud admitteret , sed etiam Zoilum Alexandrinum , quod damnare tria Capitula renuisset, deposuit, & Apollinarem [teste Liberato in Brev. cap. 23.] subrogavit; Vigilium autem Romanum Pontificem contradicentem, intolerabilibus malis afficiendum ab Imp. curavit . Ob hæc scelera Vigilius convocatis quos potuit Latinis Episcopis, Constantinopoli in Ecclesia S. Petri, ad quam, ministrorum Imperatoris violentiam metuens, confugerat, excommunicationis & depositionis sententiam in Theodorum, suspensionis vero in Mennam tulit. Quo facto, Constantinopoli quidam in faciem ejus [ut refert Anastasius in vita Vigilii] dedit alapam, dicens : *Homicida, nescis quibus loqueris*? Ab hac violentia Imperatoris se tutum esse volens, trans Chalcedonem fugit, ibique in Ecclesia S. Euphemiæ cum suis habitare disposuit. Ex hoc loco scripsit circularem (1) Epistolam

(1) Extat Tom. v. Concil. Edit. Ven. pag. 1308.

ſtolam ad univerſam Eccleſiam, in qua exponit cauſas ſeceſſus ſui ad S. Euphemiam & quid ibi egerit cum legatis Juſtiniani, & quæ antea de Theodoro ac Menna decreverit, ſimulque fidei ſuæ confeſſionem interſerit. *Data nonis Febr. Imperante D. Juſtiniano Perpetuo Auguſto an. xxv. Poſt Conſulatum Baſilii. V.C. an. x.* Legendum, *xi.* *hoc eſt die v. Februar. an. Chriſt.* 552. Initium. *Dum in Sanctæ Euphemiæ Baſilica, gravi laborantes ægritudine, detineremur, piiſſimus atque clementiſsimus Imperator Dominico die*, (ideſt (1) *Kalendis Februarii*,) *glorioſos judices ſuos ad nos deſtinare dignatus eſt*, ideſt, Beliſarium & Cethegum. Hortantur Vigilium Papam, ut ſacramenta perciperet, & de S. Euphemiæ Eccleſia ad Civitatem Regiam remearet. Hæc vero fuit Vigilii reſponſio. „ Nos quidem in hanc Baſilicam pro nulla pecuniaria, vel privata cauſa confugimus, ſed pro „ Eccleſiæ tantum ſcandalo, quod jam in toto mundo pro „ peccatis innotuit. Et ideo ſi cauſa Eccleſiæ ordinatur, ut pacem ejus quam avunculi ſui piiſſimus Princeps fecit temporibus, & modo reſtituat, ego ſacramentis opus non habeo, ſed ſtatim egredior. Si autem cauſa Eccleſiæ finita non fuerit, item ſacramentis opus non habeo: quia nunquam de S. Euphemiæ „ Baſilica exire diſpono, niſi ſcandalum ab Eccleſia „ Dei fuerit amputatum. Nam poſteaquam Edicta ſua „ piiſſimus Princeps juſſit appendi, omnibus Epiſcopis „ diverſarum partium, ſed & Presbyteris atque Diaconibus, necnon & Clericis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ad nos venientibus, in Placidiana domo (*an. 551. menſe Auguſto*) antequam ad S. Petri confugeremus „ Baſilicam (*in Hormiſda dictam*) facie ad faciem ita „ locuti ſumus: Rogate piiſſimum Principem, ut Edicta ſua, quæ præcepit appendi, removere dignetur, „ & Conſtitutum commune debeat expectare, ideſt, ut „ ſcandalizati Epiſcopi Latinæ linguæ, aut ad Synodum „ veniant, aut certe, remota omni violentia, ſuas ſcri-

 „pto

(1) *v. Kal. Febr.* ideſt, 28. Januar: ann. 552.

„ pto declarent sententias. Quodsi forte preces vestras „ audire noluerit, vos nulli rei præbeatis assensum, quæ „ ad divisionem tendit Ecclesiæ, nec contra Constitu- „ tum comminatione aliqua veniatis. Quia si hoc forsi- „ tan, quod non credimus, feceritis, noveritis, vos ex „ præsenti die, ut prævaricatores, a Beati Apostoli Pe- „ tri Sede, per ministerium vocis meæ, communione „ suspensos. Et quoniam his actis non solum ea quæ com- „ missa fuerant, nullo modo sunt correcta, sed etiam „ ex aliis causis, die ipso in præjudicium regularum Ec- „ clesiasticarum, vel injuriam Sedis Apostolicæ, pejora „ præsumpta sunt, nec ulterius eos communionis nostræ „ permisimus esse participes, nec aspectus eorum, post „ tot prævaricationes, nostri oculi receperunt. Ea enim, „ quæ verbo de memorata excommunicatione cunctis „ Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus, aliisque Cleri- „ cis Constantinopolitanæ Ecclesiæ, voce publica dixe- „ ramus, postea etiam die XIX. Kalendarum Septem- „ brium (*ann. Chr.* 551. *die* 14. *Augusti*) nuper præte- „ ritarum in B. Petri Basilica in Hormisda scripto fir- „ mavimus: in quo etiam illum (*Theodorum Cæsareen- „ sem*) qui sub habitu Episcopali lupi rapacis, domi- „ nico gregi semper tetendit insidias, & assumens totius „ ducatum scandali, universalem Dei perturbavit ac „ perturbat Ecclesiam, de Episcopatus ordine deponen- „ tes damnavimus: alios vero, qui superius memorati „ sunt, a communione suspendimus. Sed ob hoc hacte- „ nus paginam ipsius damnationis proferre noluimus, „ quoniam & clementissimum Principem pro tali ac tan- „ to scandalo ea quæ facta sunt, divini consideratione „ judicii, revocare confidimus, & prædictis omnibus „ oportebat nos spatium pœnitentiæ reservare: imitan- „ tes B. Petrum, cujus Sedem tenemus, etsi immeriti. „ Chartam vero ipsam excommunicationis atque damna- „ tionis, cuidam Christianæ personæ tradidimus conser- „ vandam: ut si forsitan hi qui excesserant, nullo modo „ corrigere voluissent, aut si nobis vis aliqua irrogare- „ tur, sive quælibet inquietudo fieret, vel certe huma-

„ na

„ na forte transitus de hac luce contingeret, mox eam „ in celeberrimis locis proponeret, quatenus ejus notititia Christianis omnibus patefacta, servarentur in posterum. Dum hæc autem præfatis judicibus diceremus, „ rogavimus & conjuravimus eos, invocato omnipotentis Dei judicio, ut clementissimo Imperatori hoc quoque ex nomine nostro suggererent, quia illis, qui a nobis excommunicati sunt, in quibus & is, quem prædiximus, est, communicare non debet, ne grave, „ quod absit, peccatum incurrat „. Charta excommunicationis atque damnationis, quam indicat Pontifex Vigilius, nihil aliud est, quam id quod (1) vocatur, *Fragmentum damnationis Theodori Episcopi Cæsareæ Cuppadociæ, a Beato Vigilio Papa factæ*: Quo Fragmento, Theodorus Episcopus, sacerdotio & communione privatur: Mennas autem Constantinopolitanus Episcopus, & reliqui Episcopi, illius criminis conscii, excommunicantur. Titulus & initium: *Vigilius Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ dixit. Res est quidem divinæ conveniens jussioni, patientiam præbere peccantibus, quam non tamen adusque decet extendi, ut spe continuæ impunitatis jugiter sine correptione peccetur*. Et de Theodoro quidem hæc Vigilius Papa: „ Quoniam igitur (inquit) Tu Theodore Cæsareæ Cappadociæ civitatis Episcope, qui hactenus ab ordinationis tuæ tempore, unius „ anni spatio in Ecclesia, cujus gubernacula susceperas, „ non passus es residere, sed auctoritate nominis Episcopalis abusus, universalis Ecclesiæ scandala generare non cessas; & a nobis modo familiariter objurgatus, modo precibus obsecratus, sæpe etiam divinarum „ scripturarum auctoritate commonitus, vel Ecclesiasticæ consuetudinis convictus exemplis, semper emendationem sermone promittens, quam factis nequissimis „ respuebas, nunquam a prava intentione cessasti. Nos „ vero longanimitatem nostram, divina largitate concessam, tam circa te, quam circa seductos abs te, „ pene hoc quinquennio (2) elapso monstravimus. Primum,

(1) Tom. 5. Conc. Edit. Venet. p. 1314.
(2) Ab anno scil. 549. ad 552.

„ mum quidem in eo, quod pro fcandalo refrænando
„ condefcendentes quorumdam animis, quos aliqua di-
„ fpenfatione credimus temperandos, quia tu jam eos
„ pluribus annis inquietiffimus ftimulator accenderas,
„ quædam pro tempore medicinaliter exiftimavimus or-
„ dinanda; tali fcilicet conditione, ut omni in pofte-
„ rum perturbatione fopita, nihil ultra nec verbo, nec
„ literis quifquam facere ex eadem caufa præfumeret.
„ At tu pravæ confuetudinis tractus audacia, neque tunc
„ ceffare a confcribendis vel prædicandis novitatibus
„ voluifti, ita ut fæpius libellis Epifcoporum redditis,
„ & confenfum tuum cum eis propria confeffione con-
„ demnans, eorum vel tuis exceffibus fæpius a nobis
„ concedi veniam poftulaffes. Poft hæc autem quum te
„ a præfumptione folita nec pudor humanæ verecundiæ,
„ nec Sacerdotii pondus, nec timor divini judicii co-
„ hiberet, dum amplius, quam juftum fuerat, patien-
„ tiam tuis facinoribus præberemus, ad hoc eft caufa
„ producta, quatenus femotis omnibus, quæ de Trium
„ Capitulorum a quibuslibet dicto, fcriptove fuerant or-
„ dinanda, quid de ipfa re facto opus effet, cum Afri-
„ canarum, Illyricianarum, feu Galliarum (*aliarum*)
„ partium congregata Synodo tractaremus, eorum ma-
„ xime præfentiam requirentes, quorum fuerat fcandali-
„ zata fraternitas. Illud quoque magnopere nobis cum
„ clementiffimo Principe præfentibus etiam Menna Con-
„ ftantinopolitanæ civitatis, & Dacio Mediolanenfis ur-
„ bis Antiftite, aliifque tam Græcis, quam Latinis Epi-
„ fcopis, cum quibus omnibus etiam Tu Theodore (2)
„ Pater adfuifti, necnon & præfentibus judicibus atque
„ proceribus univerfoque Senatu convenit, ne ufque ad
„ memoratam Concilii definitionem quidquam de præ-
„ fatis Tribus Capitulis ab aliquo fieri intentaretur. Ac
„ deinde tuis ex confuetudine incitamentis Liber con-
„ demnationem Capitulorum ipforum continens, in Pa-
„ latio, Te affiftente & inftruente, coram quibufdam
„ Græ-

(2) Fort. *præfens*.

„ Græcis Episcopis est relectus, a quibus assentationum
„ favorem tuis vocibus exigebas. Ex quo facto tam tu,
„ quam tibi consentientes Episcopi, mitius licet à no-
„ bis quam oportuit increpati, ad promerendam ficta
„ satisfactione veniam convolastis. Quis autem comme-
„ morare sufficiat quæ te incitante atque exequente mala
„ commissa sunt? Nam, ut de magnis excessibus tuis parva
„ narremus, totius scandali incitamentum fuisti atque se-
„ ditio, qui domi tuæ sedens, antiquarios pretio caro con-
„ ducens, ea quæ jurata voce te non esse facturum usque ad
„ constitutum tempus frequentius firmaveras, conscripsi-
„ sti: & sub prætextu religionis, ea quæ Dei Ecclesiam
„ dividerent, sicut etiam rebus ipsis agnoscitur, perpe-
„ trasti. Nam usque ad hoc animum Christianissimi Prin-
„ cipis falsis suggestionibus perduxisti, ut clementia
„ ejus, quæ in suis hostibus pia semper apparuit, con-
„ tra nos graviter moveretur. Sed hæc omnia bona de-
„ sideria nostra, quæ pro pace Ecclesiæ proculdubio mi-
„ litabant, ita animus tuus quietis impatiens dissipavit,
„ ut illa, quæ fraterna collatione & tranquillo Episco-
„ porum fuerant reservanda judicio, subito contra Ec-
„ clesiasticum morem & contra paternas traditiones, con-
„ traque omnem auctoritatem Evangelicæ Apostolicæque
„ doctrinæ, edictis propositis, secundum tuum damna-
„ rentur arbitrium; dum Fidelium nullus ignorat, per
„ quos Dominus ac Deus noster doctrinis cœlestibus ple-
„ bem suam jusserit erudiri, vel quibus ligandi solven-
„ dique super terram dederit potestatem. Deinde in do-
„ mo Placidiana cum Græcarum vel Latinarum partium
„ Episcopis, qui in urbe Regia aderant, & Presbyteris
„ ac Diaconis Constantinopolitanæ Ecclesiæ convenisti:
„ ibique sub magnæ vociferationis contestatione, tam
„ nos, quam frater noster Mediolanensis Episcopus pro-
„ hibuimus, ne aliquis vestrum prævaricationi commu-
„ nis constituti, contempta fraternitate, præberet as-
„ sensum. Tu autem, Sedis Apostolicæ interdicentis per
„ nos auctoritate despecta, ad Ecclesiam, in qua Edicta
„ ipsa pendebant, reliquos tecum attrahens, perrexisti,
„ ibi-

„ ibique aliis adjectis prævaricationibus, Missarum so-
„ lemnia celebrasti: & quasi nihil tibi esset, Primæ Se-
„ dis Antistitem præsentem & contradicentem, contem-
„ psisse, Pontificem etiam Alexandrinæ Ecclesiæ Sacer-
„ dotem fratrem nostrum Zoilum, cujus nomen usque
„ ad memoratum diem communicatum vobis fuerat,
„ Diptychis eximentes, Apollinarem quemdam perver-
„ sorem atque Ecclesiæ ipsius adulterum vobis sociastis,
„ ut vestra iniquitas non solum in removendo simplicis-
„ simo Sacerdote, sed etiam in recipiendo patefieret
„ perversore. Reticemus interim alia, quæ eodem die
„ a vobis in Apostolicæ Sedis, & in Canonum perpe-
„ trata probantur injuriam, ne detenti enumeratione
„ culparum, quarum inventor ostenderis, quod tibi com-
„ petit diutius differamus. Et licet ante triginta dies
„ pro memoratis excessibus vestris ab Apostolicæ vos
„ communionis removissemus consortio, credentes quod
„ sacerdotali proposito facilius quæ mala gesta fuerant,
„ satisfactione congrua curaretis; ideoque ex persona
„ & auctoritaae B. Petri Apostoli, cujus, licet exigui,
„ nos locum gerimus; cum Dacio Mediolanensi, Joan-
„ ne Marsicano, Zacchæo Scyllaceno, Valentino Silvæ
„ Candidæ, Florentio Matellicatensi, Juliano Signino,
„ Romulo Numanatensi, Dominico de Calliopoli, Pri-
„ masio Adrumetino, Verecundo Lunensi, Stephano Ari-
„ minensi, Paschasio Aletrino, atque Jordane Crotonen-
„ si, fratribus & coëpiscopis nostris, hac Theodorum
„ Cæsareæ Cappadociæ Civitatis quondam Episcopum,
„ sententiæ promulgatione, tam Sacerdotali honore &
„ communione Catholica, quam omni officio Episco-
„ pali seu potestate spoliatum esse decernimus: nullis te
„ vacare ulterius rebus, nisi pœnitentiæ lacrymis cen-
„ sentes: quibus percepta remissione culparum, locum
„ communionemque tuam a me, aut post obitum meum
„ a successore meo (si merueris) indulgentiæ recipias.
„ Teque Mennam Constantinopolitanæ Civitatis Episco-
„ pum, qui non dissimili culpa constringeris, cum om-
„ nibus Metropolitanis & Micropolitanis Episcopis, ad
„ tuam

„ tuam Diœcesim pertinentibus, sed & tuos Orientales,
„ vel diversarum Provinciarum majorum minorumque
„ Civitatum Episcopos, qui his excessibus, pro quibus
„ Theodorum Cæsareæ Cappadociæ quondam Episcopum
„ condemnavimus, præbuistis assensum, humaniore sen-
„ tentia, pro Dei consideratione, tamdiu a sacra commu-
„ nione suspendimus, donec unusquisque vestrum, erro-
„ rem suæ prævaricationis agnoscens, culpam apud nos
„ propriam competenti satisfactione diluerit. *Hæc est*
„ *subscriptio Sancti Papæ*. Deo juvante & ipsius gratia,
„ Vigilius Episcopus S. Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ,
„ huic damnationi, atque excommunicationi Theodori
„ Cæsareæ Cappadociæ, & huic communicantis Mennæ
„ Constantinopolitanæ urbis Episcopi, vel aliorum præ-
„ fectorum subscripsi: Data XIX. Kal. Septembris, im-
„ perante Domino Justiniano perpetuo Augusto An. XXV.
„ Post Consulatum Basilii U.C. Anno XI. „ Lege, X. hoc est, Chr. anno 551. die 14. Augusti.

Duo Edicta contra Tria Capitula ediderat Justinianus Imperator: Primum anno Christi 544. cui Stephanus quidem Diaconus, Apostolicæ Sedis Apocrisiarius, qui Pelagio Diacono Romam redeunti successerat, subscribere noluit; ei tamen subscripsere tres Patriarchæ, licet nolentes, Mennas scilicet Constantinopolitanus Episcopus, Ephræmius Antiochenus, & Petrus Hierosolymitanus: idque Edictum ad nos non pervenit, uti ostendit Pagius ad ann. 546. num. 3. Alterum Edictum ab eodem Justiniano promulgatum anno 546. cujus initium: εἰδότες, *scientes*, a nobis supra recitatum, quodque extat Græc. Lat. Tom. 6. Concil. edit. Venet. p. 358. De hoc secundo loquitur Vigilius Papa tum in sua Encyclica Epistola, cujus initium: *Dum in Sanctæ Euphemiæ Basilica*: tum in sententia damnationis Theodori, & suspensionis Mennæ aliorumque, quæ incipit: *Res est quidem divinæ conveniens jussioni*. Contra utrumque Edictum insurrexere præter Diaconos S.R.E. Stephanum, Pelagium, Anatolium, Rusticum, & Sebastianum, etiam Episcopi Africani, & Illyriciani, ac præsertim Facun-

dus Hermianensis in Africa Episcopus ; quasi vindices Chalcedonensis Concilii , in cujus præjudicium ea viderentur ab Imperatore sancita; nec tamen (uti recte observat Baronius ad ann. 546: num. 39.) ita impugnabant Imperatoris Edicta contra Tria Capitula promulgata , ut errores dogmatum , qui sive in Theodoro , sive in Iba, vel Theodoreto jure condemnabantur , defendendos putarent ; respuebant enim & ipsi eorum errores & exsecrabantur : sed erat ab istis pro personis instituta defensio , nempe contendentibus , non esse damnandum Theodorum Mopsvestenum , quem indemnatum a Patribus constaret esse in Catholica communione defunctum ; neque Ibam , vel Theodoretum , quos damnantes hæreses , Chalcedonensis Synodus recepisset ; neque facessendum negotium mortuis dictitabant , quos in pace Ecclesiæ esse defunctos , nec ab ea fuisse rejectos probari posset . Hinc in illos invehebantur , qui Edictis Imperialibus subscripserant , quasi id ad destructionem Cencilii Chalcedonensis factum esset . Sic Facundus in libris XII. quos ad Justinianum Imperatorem scripsit pro Ttium Capitulorum defensione . „ Illud est insuetum , illud mirabile , „ illud in quo magna vis veritatis apparet , quod ipsos „ quoque præsumptores internis conscientiæ stimulis fa„ teri coëgit , ad destructionem Concilii Chalcedonensis „ hæc fuisse conscripta . Nam primus infirmator eorum „ Mennas Constantinopolitanus Episcopus quum adhuc „ tentaretur scripto (sicut præceptum fuerat) præbe„ re consensum ; contra Synodum Chalcedonensem fie„ ri , protestatus est . Sed & postquam consensit , a præ„ dicto venerabilis memoriæ Stephano Ecclesiæ Romanæ „ Diacono & Apocrisiario conventus ; quum priori sen„ tentiæ suæ contrarius , acquievit his quæ ante culpa„ verat , & de quibus se nihil acturum sine Apostolica „ Sede promiserat; sub ea se conditione cessisse , juratum „ sibi fuisse respondit , quod Chirographum suum reci„ peret , si hæc Romanus Episcopus non probaret . Quis „ porro auctoritatem contemnere possit istorum? Quis du„ bitet talium sequi sententiam , videns quam libere ab

„ his

„ his & intrepide veritas prædicatur ? Zoilus quoque „ Alexandrinæ urbis Antiſtes quum Romanum Epiſcopum *Vigilium* venire cognoſceret, obviam illi ad Siciliam miſit, conquerens ſe ad ipſius decreti affirmationem fuiſſe compulſum. Quod hic ei, poſtquam „ venit, idem Romanus Epiſcopus in facie palam, nobis quoque inter alios præſentibus, exprobravit. Nec „ non Ephræmius Antiochenus, quum primum ei mandaretur, ut hoc etiam ipſe ſubſcribendo firmaret, conſentire noluit. At poſtquam ei denunciatum eſt, quod „ excludendus eſſet, niſi faceret, ſui potius honoris, „ quam veritatis dilector inventus eſt. Quid autem Petrus Hieroſolymitanus ? nonne publica notitia refert, „ quoniam conveniente ad ſe multitudine Monachorum, „ juratus pronunciavit, quod ſiquis eidem decreto monitus conſentiret, contra Chalcedonenſe Concilium „ faceret; nec tamen ſe ab ejus conſenſione ſuſpendit. „ *Et paulo poſt*. Jam vero de aliarum Civitatum Epiſcopis quid loquamur ? Qui & quum ſubſcribere compellerentur, palam reclamaverunt, contra magnam „ Synodum fieri: Et poſt ſubſcriptionem, memorato „ Stephano Romano Diacono Libellos dederunt, Sedi „ Apoſtolicæ tranſmittendos, confitentes in eis, quod „ a Conſtantinopolitano Epiſcopo coacti ſubſcripſerint. Addit, ab Origeniſtis has turbas fuiſſe commotas: teſtemque adducit Domitianum Ancyræ Epiſcopum: his verbis: „ Quia per inſtantiam tuæ religionis (*Juſtinianum Imperatorem alloquitur*) ejuſdem profani dogmatis (*Origeniani ſcilicet*) iterata damnatio eſt: hinc „ ejus Sectatores exarſerunt adverſus Eccleſiam, quærentes eam quacumque poſſent immiſſione turbare. Et hoc „ totum publicam notitiam non effugit: Præſertim quum „ & Domitianus Ancyrenſis quidem Civitatis Epiſcopus „ provinciæ primæ Galatiæ, qui fuit ipſius Origenianæ hæreſis manifeſtus aſſertor, per libellum quem ad „ beatum Papam Vigilium ſcripſit, Deo extorquente, „ confeſſus eſt, quod ejus complices Origeniani, quum „ viderent non ſe poſſe proprium dogma defendere, ne-

 „ que

„ que ſibi quicquam ſpei de conflictu reſtare; ad ultio- „ nem eorum quæ contra Origenem geſta ſunt, hæc „ Eccleſiæ ſcandala commoverunt „. Facundo Hermianenſi Epiſcopo concinit Liberatus Diaconus in Breviario cap. 23. ubi de Origenianæ hæreſeos damnatione, deque Encyclica (1) Juſtiniani Imperatoris Epiſtola, ſic habet. „ Igitur Pelagius (*S. R. E. Diaconus*) æmulus „ exiſtens Theodoro Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo, vo- „ lens ei nocere, eo quod eſſet Origenis defenſor, una- „ cum Menna Archiepiſcopo Conſtantinopolitano flagita- „ bat a Principe, ut juberet fieri, quod illi Monachi „ (*Palæſtini*) ſupplicabant, ut Origenes damnaretur cum „ ipſis Capitulis talia dicentibus. Annuit Imperator fa- „ cillime, gaudens ſe de talibus cauſis judicium ferre. „ Jubente eo (*circa ann. Chr.* 543.) dictata eſt in Ori- „ genem, & in illa Capitula anathematis damnatio, quam „ ſubſcribentes unacum Menna Archiepiſcopo apud Con- „ ſtantinopolim reperti, deinde directa eſt Vigilio Ro- „ mano Epiſcopo, Zoilo Alexandrino, Ephræmio An- „ tiocheno, & Petro Hieroſolymitano. Quibus eam ac- „ cipientibus & ſubſcribentibus, Origenes damnatus eſt „ mortuus, qui vivens fuerat ante damnatus „. Ob hanc ergo cauſam (ajebant Trium Capitulorum defenſores) quum Origeniſtæ viderent, ſuum dogma eſſe damnatum, ad ultionem eorum quæ contra Origenem geſta fuerant, Tria etiam Capitula damnanda curaſſe: idque præſertim fuiſſe Theodori Cæſareæ Metropolitani ſtudium, qui Origenis fuerat acerrimus defenſor. Sic enim pergit idem Liberatus cap. 24. „ Et reſerato aditu adverſariis Eccle- „ ſiæ, ut mortuus damnaretur, Theodorus Cæſareæ Cap- „ padociæ Epiſcopus, dilectus & familiaris Principum, „ Origenis autem defenſor acerrimus, & Pelagio æmu- „ lus, cognoſcens Origenem fuiſſe damnatum, dolore „ damnationis ejus, ad Eccleſiæ conturbationem, da- „ mnationem molitus eſt in Theodorum Mopſveſtenum, „ eo quod Theodorus multa opuſcula edidiſſet contra „ Ori-

(1) Incipit *Nobis ſemper ſtudium fuit, atque etiam nunc eſt*: de qua ſupra dictum eſt.

„ Origenem, exosusque, & accusabilis haberetur ab Ori-
„ genistis. *Reliqua*.

Verum Justinianus Imperator in Trium Capitulorum damnatione adeo noluit ullum præjudicium Synodo Chalcedonensi inferri, ut potius sacram illam Synodum disertis verbis in utroque suo Edicto amplexandam decreverit. Hæc enim Facundus ipse lib. 4. cap. 4. testatur in Primo illo (quod intercidit) Justiniani Edicto fuisse inserta: *Siquis dicit, hæc nos ad abolendos, aut excludendos Sanctos Patres, qui in Chalcedonensi fuere Concilio, dixisse, anathema sit*. In altero autem Justiniani Edicto, quod incipit, ἀδότες, Tom. 6. Concil. Venet. pag. 378. expressa sit quatuor Synodorum Œcumenicarum professio; *Istam confessionem* (quam supra de SSma Trinitate, deque Incarnatione sensu orthodoxo exposuerat) *conservamus, in qua & baptizati sumus, donatam quidem a magno Deo & Salvatore nostro Jesu Christo sanctis suis Discipulis & Apostolis, ab eis autem prædicatam in toto Mundo. Treceenti autem decem & octo sancti Patres collecti in Nicæa adversus Arium, illo cum sua impietate condemnato, eandem confessionem, idest Sanctum Mathema & Symbolum fidei tradiderunt Sanctæ Dei Ecclesiæ: & post illos, centum quinquaginta Sancti Patres Constantinopoli collecti adversus Macedonium Sancto Spiritui repugnantem, & Magnum Apollinaristam, illis condemnatis cum sua perfidia, secuti per omnia idem sanctum Symbolum traditum a tercentis decem & octo sanctis Patribus, explanaverunt quæ sunt de Deitate Sancti Spiritus. Insuper autem & qui in Epheso prius collecti sunt sancti Patres adversus Nestorium impium: & qui in Chalcedone convenerunt Sancti Patres adversus Eutychem impium, secuti per omnia prædictum sanctum Symbolum sive Mathema fidei, condemnaverunt prædictos hæreticos una cum eorum impietate, & hos qui similia illis sapuerunt vel sapiunt*.

Alia igitur est ratio, cur Vigilius Papa in duo illa Justiniani Edicta insurrexerit, inque Episcopos, qui ea susceperant, sententiam depositionis ac suspensionis tulerit,

lerit : Nimirum , quia laicus Princeps de rebus fidei, leges ſancire præſumeret, univerſamque Catholicam Eccleſiam eiſdem obtemperare obligaret ; & quia eundem Principem ad has ferendas leges pauci quidam Epiſcopi incitarent, neque Apoſtolicæ Sedis judicium , aut Concilii Epiſcoporum definitionem expectarent . *Sed hæc omnia bona deſideria noſtra* [ajebat ad Theodorum Cæſareæ Epiſcopum] *quæ pro pace Eccleſiæ proculdubio militabant, ita animus tuus qaietis impatiens diſſipavit, ut illa quæ fraterna collatione & tranquillo Epiſcoporum fuerant reſervanda judicio, ſubito contra Eccleſiaſticum morem , & contra paternas traditiones, contraque omnem auctoritatem Evangelicæ Apoſtolicæque doctrinæ , Edictis propoſitis, ſecundum tuum damnarentur arbitrium; dum Fidelium nullus ignoret, per quos Dominus ac Deus noſter doctrinis cæleſtibus plebem ſuam juſſerit erudiri, vel quibus ligandi ſolvendique ſuper terram dederit poteſtatem*. Et paulo ſuperius eundem Theodorum increpabat, quod decretum probatumque ab omnibus Epiſcopis, uſque ad Synodi definitionem, de tribus Capitulis ferendum commune judicium, ipſe præveniri per Edicti Imperialis promulgationem curaſſet . *Poſt hæc autem* [ajebat Pontifex] *quum Te a præſumptione ſolita nec pudor humanæ verecundiæ , nec Sacerdotii pondus , nec timor divini judicii cohiberet , dum amplius, quam juſtum fuerat , patientiam tuis facinoribus præberemus; ad hoc eſt cauſa perducta , quatenus ſemotis omnibus, quæ de Trium Capitulorum a quibuslibet dicto ſcriptove fuerant ordinanda , quid de ipſa re facto opus eſſet , cum Africanarum, Illyricianarum , ſeu aliarum partium congregata Synodo tractaremus, eorum maxime præſentiam requirentes , quorum fuerat ſcandalizata fraternitas. Illud quoque magnopere nobis cum clementiſſimo Principe , præſentibus etiam Menna Conſtantinopolitanæ Civitatis & Dacio Mediolanenſis urbis Antiſtite , aliiſque tam Græcis quam Latinis Epiſcopis , cum quibus omnibus etiam Tu Theodore præſens adfuiſti , necnon & præſentibus Judicibus atque Proceribus univerſoque Senatu, convenit, ne uſque*

usque ad memoratam Concilii definitionem quidquam de præfatis Tribus Capitulis ab aliquo fieri intentaretur : ac deinde tuis ex consuetudine incitamentis Liber condemnationem Capitulorum ipsorum continens, in Palatio, Te assistente, & instruente, coram quibusdam Græcis Episcopis est relectus, a quibus assentationium favorem tuis vocibus exigebas. Idem ipsum indigitat Facundus Hermianensis, Edictum Imperatoris ex eo culpans, quod sibi arrogasset, de fide Catholica edere sanctiones. *Etiam aliud deterius addens ait* (Zenonis Augusti nomine, qui H*enoticon* ediderat, Justinianum Imperatorem perstringit) *quod sanctæ quæ ubique essent Catholicæ Ecclesiæ, & qui eis præessent Deo amabiles Sacerdotes, non aliter deberent credere; quasi omnium fides Ecclesiarum ex ejus voluntate penderet, & nemini liceret aliter credere, quam præciperet Imperator*. Et mox. *Deinde quum Palatii causæ transferantur ad Ecclesiam, quomodo Ecclesiæ causam ad Palatium transferebat?* Ipse quoque Vigilius in sua ad universam Ecclesiam Epistola Encyclica, dixisse se affirmat Episcopis, Presbyteris & Diaconis, ut remotis Edictis Imperatoris, quæ appendi præceperat, constitutum commune expectare debent : *Nam postquam* (inquit) *Edicta sua piissimus Princeps jussit appendi, omnibus Episcopis diversarum partium, sed & Presbyteris atque Diaconibus, necnon & Clericis Cpñæ Ecclesiæ ad nos venientibus in Placidiana domo, antequam ad Sancti Petri confugeremus Basilicam, facie ad faciem ita locuti sumus : Rogate piissimum Principem, ut Edicta sua, quæ præcepit appendi, removere dignetur, & constitutum commune debeat expectare : idest, ut scandalizati Episcopi Latinæ linguæ, aut ad Synodum veniant, aut certe, remota omni violentia, suas scripto declarent sententias. Quodsi forte preces vestras audire noluerit, vos nulli rei præbeatis assensum, quæ ad divisionem tendit Ecclesiæ, nec contra constitutum comminatione aliqua veniatis*.

Justinianus itaq; auctoritate Vigilii Papæ coactus, & ab iis, quos modo commemoravi, Episcopis, Presbyteris, Diaconis & Clericis rogatus, de Tribus Capitulis promulga-

ta

ta & appenſa Edicta amoveri, nihilque ante generalem Synodum illis tractari mandavit. Theodorus malorum omnium auctor, quem Vigilius damnaverat, pœnitens & humilis, libellum ſupplicem Pontifici obtulit, quo & rectam fidem profitetur, & quatuor Concilia Œcumenica comprobat, atque controverſiam de tribus Capitulis a ſe excitatam, ad deciſionem Concilii differt, petens veniam de injuriis & contumeliis Pontifici innocenti objectis. Idem præſtitit Mennas Conſtantinopolitanus, Andreas Epheſinus, Theodorus Antiochiæ Piſidiæ, Petrus Tarſenſis, & alii Epiſcopi: quos quum Vigilius ad pœnitentiam, & in communionem Eccleſiæ ſuſcepiſſet, reddita eſt pax Eccleſiæ. Id teſtatum facit Vigilius Pontifex in *Conſtituto* (1) *de Tribus Capitulis*, edito *Pridie Idus Maji*, *imperante D. N. Juſtiniano PP. Auguſto anno xxvii. Poſt Conſulatum Baſilii V. C. anno xii. in Conſtantinopolitana civitate*: hoc eſt, die 14. Maji anno Chr. 553. cujus inſcriptio & initium: *Glorioſiſſimo & clementiſſimo filio Juſtiniano Auguſto, Vigilius Epiſcopus. Inter innumeras ſollicitudines, quibus oneratur Imperiale faſtigium, laudabile clementiæ veſtræ cognovimus eſſe propoſitum, per quod ſubmotis omnibus diſcordiæ ſeminibus, quæ in agro Domini, humani generis inimicus aſperſerat, univerſos Domini Sacerdotes, præmiſſis ad teſtimonium conſcientiæ ſuæ profeſſionibus, per quos Sanctorum Patrum, & venerabilium quatuor Synodorum, ac Præſulum Sedis Apoſtolicæ inhærere definitionibus atque judiciis monſtrarentur, ad unitatem atque concordiam reſtituere properaſtis*. Eidem Conſtituto ſubſcribit *Vigilius*, & poſt ipſum Epiſcopi xvi. & Diaconi iii. ſic. *Subſcriptio. Juvante Deo, & per ipſius gratiam Vigilius Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ urbis Romæ, huic Conſtituto noſtro ſubſcripſi. Subſcriptiones Epiſcoporum. Joannes Epiſcopus Eccleſiæ Marſorum huic Conſtituto conſentiens ſubſcripſi*: atque ita reliqui Epiſcopi, hoc eſt, *Zacchæus* Eccleſiæ Scyllacenæ; *Paſtor* Iconienſis:

(1) Conſtitutum Vigilii Papæ e Biblioth. Vat. erutum edidit Baron. in Annal. ad ann. 553. a num. 1. Idem prodiit Tom. v. Concil. Labb. edit. Venet. a pag. 1317.

nienſis : *Vincentius* Claudiopolitanus : *Zacchæus* Epiſcopus rogatus a *Valentino* Epiſcopo Silvæ Candidæ : *Julianus* Epiſcopus Eccleſiæ Cingulanæ ; *Paulus* Ulpianenſis : *Projectus* Naiſſitanæ, *Fabianus* Zapparenæ, *Primaſius* Adrumentinæ, *Stephanus* Ariminenſis, *Alexander* Melitenæ, *Julianus* Melitenſis, *Redemptus* Nomentanæ, *Venantius* Liparenſis, *Quodvultdeus* Numanæ : *Theophanius*, & *Pelagius*, & *Petrus* Diaconi S. R. E. In eo Conſtituto Vigilius Pontifex primum quidem producit *Exemplum Profeſſionis* quam Mennas Patriarcha, Theodorus Cæſareæ Epiſcopus, aliique Epiſcopi ad S. Euphemiæ Templum fecerant, veniam ab ipſo poſtulantes : Initium : *Omnes quidem fideles, maxime vero Dei Sacerdotes, pacem & ſanctificationem ſequi cum omnibus oportet* : ubi poſtquam rectam fidem profeſſi ſunt, & quatuor Synodos ſe amplecti, ſed & S. Leonis Papæ Epiſtolas, & Sedis Apoſtolicæ conſtituta, quæ tam de fide, quam de firmitate earumdem quatuor Synodorum proceſſerunt, ſe in omnibus ſequi promittunt ; anathematizantes omnem hominem ad ordines & dignitates Eccleſiaſticas pertinentem, quicumque contra ea quæ ſuperius promiſſa ſunt, ſub qualibet occaſione vel altercatione venire tentaverit : Subjungunt : *Libellum autem in cauſa Trium Capitulorum, de quibus quæſtio nata eſt, contra conſtitutum piiſſimi Principis & Beatitudinis veſtræ, Ego quidem nullum feci, ſed volo atque conſentio, ut omnes Libelli, qui facti ſunt ſub hac forma, Beatitudini Veſtræ reddantur. De injuriis autem, quæcumque Beatitudini, vel Sedi Veſtræ factæ ſunt, eas quidem non feci : ſed quia pro pace Eccleſiæ modis eſt omnibus feſtinandum, velut ſi eas feciſſem, veniam poſtulo. Quia vero tempore diſcordiæ, excommunicatos vel non receptos a beatitudine veſtra in communionem ſuſcepi, pariter veniam poſtulo. In hac forma fecerunt Mennas Conſtantinopolitanus Epiſcopus, Theodorus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, Andreas Epheſinus Epiſcopus, Theodorus Antiochiæ Piſidiæ Epiſcopus, Petrus Tarſenſis Epiſcopus ; ſed multi alii Epiſcopi idem fecerunt.*

Mennas Patriarcha intra menſem Auguſtum anni 552. deceſſit ; in ipſum autem , inque Theodorum Cæſareenſem atque Epiſcopos , & Clericos eiſdem conſentientes cenſura a Vigilio Papa lata fuerat xix. *Kal. Sept. anno Juſtiniani xxv. Poſt Conſulatum Baſilii X.* hoc eſt , die 14. Aug. anno Chr. 551. quemadmodum ſupra ex *Fragmento* damnationis Theodori Cæſareenſis oſtenſum fuit : ubi excommunicatio Mennæ atque Theodori voce a Vigilio prolata , ſcriptam ſententiam præceſſiſſe dicitur *diebus triginta*, his verbis : *Et licet ante triginta dies pro memoratis exceſſibus veſtris ab Apoſtolicæ vos communionis removiſſemus conſortio &c.* Incidit ergo excommunicatio *in diem xv. Julii anno* 551. Theophanes res pluribus annis geſtas ad unum eundemque annum Chr. 547. refert , additque Mennam Patriarcham ſententiam Eccleſiaſticam a Vigilio Papa in ſe latam contra eundem Vigilium retorſiſſe. *Tantis honorum* (inquit) *& cultus indiciis ad Imperatore decoratus* Vigilius , *adeo animatus eſt , ut a communione* excluſionem *menſes quatuor* (1) *ſuſtinendam Mennæ Conſtantinopolitano Epiſcopo in pœnam imponeret . & ex adverſo Menas parem animadverſionem conſtitueret .* Et poſt pauca . *Demum Imperator facti pœnitens , Papam Vigilium in gratiam recepit . Vigilius pariter a Theodora Auguſta rogatus , Junii die 29. qui Sanctis Apoſtolis ſacer , Patriarchæ Conſtantinopolitano Mennæ , pacem reſtituit .* Quare , ex Theophanis mente , *Anno Chr.*547. exeunte menſe Febr. Vigilius Mennam excommunicaverit , & eundem die 29. Junii ejuſdem anni in gratiam receperit . Theophanem ſequitur Antonius Pagius , qui Mennæ excommunicationem anno 547. accidiſſe refert . Cardinalis Noriſius idem ante Pagium affirmarat in diſſert. hiſtorica de Synodo Quinta pag. 18. quem deinde ſecutus eſt Franciſcus Pagius in Breviario geſtorum Pontificum Romanor. Tom. 1.

pag.

(1) Natal. ab Alexandro , Hiſtor. Eccleſ. Sæcul. vi. art. 1. de cauſa Trium Capitulor. §. 1. De Vigilio PP. *Mennam etiam Conſtantinopolitanum Antiſtitem quod plurimos Epiſcopos ad ſubſcribendum Iuſtiniani Edicto compuliſſet , a Communione ſuſpendit , quam tamen illi poſt quinque menſes reſtituit , rogante Imperatrice : ut colligitur ex Theophane in chronico .* Theophanes ſcribit , *poſt quatuor menſes* : & a nobis refellitur .

pag. 297. Verum ex genuina Vigilii Papæ ſententia conſtat, anathema in Mennam ac Theodorum a Vigilio voce prolatum *die* xv. *Julii*, ſcripto autem traditum *die* 14. *Auguſti anno* 551. Theodora autem Auguſta ad hunc annum non pervenit: mortua quippe fuit *menſe Junio anno Chr.* 548. uti hiſtorici omnes teſtantur. Procopius lib. 3. de Bello Gothico cap. 30. loquens de iis, quæ anno Belli Gothici XIV. contigerunt, ait, *Beliſarium* Antoninam uxorem ſuam ex Italia ad Auguſtam miſiſſe; additque, *Auguſtam (Theodora vocabatur) morbo extinctam reperit, poſtquam in ſumma fortuna per annum unum & viginti ac menſes tres vixerat*. Theophanes ad ann. Incarn. ſecundum Alexandrinos 540. cum menſe Auguſto anno Chr. 558. abſolutum: *Eodem anno, menſe Junio, Indictione Undecima, Imperatrix Theodora, cum pietate obdormivit*. Victor Tununenſis in Chron. ad ann. 548. *Theodora Auguſta Chalcedonenſis Synodi inimica, canceris plaga corpore toto perfuſa, vitam prodigioſe finivit*. Quum vero Theophanes excommunicationem a Vigilio in Mennam latam, per menſes quatuor ſuſtinendam dicat, addatque, *Junii die vigeſimo nono* eundem Mennam a Vigilio fuiſſe in gratiam receptum; Abſolutio Mennæ contigerit oportet *anno Chr.* 552. *die* 29. *Junii*, ac proinde ſequitur, non *per menſes quatuor*, uti idem Theophanes ſcribit, ſed per menſes XI. aut X. dieſque fere 14. quot nempe a 15. Julii, aut 14. Auguſti an. 551. ad 29. Junii anni 552. effluxere) eam excommunicationem duraſſe: ſequitur etiam, dedicationem Baſilicæ Apoſtolorum a Menna peractam fuiſſe, non anno Chr. 552. quemadmodum narrat Baronius ad eund. ann. num. 22. inquiens: *Etenim hoc anno ipſe Mennas Conſtantinopolitanus Epiſcopus, poſtquam a Vigilio Papa in communionem admiſſus eſt, (ut inquit Nicephorus lib.* 17. *cap.*26.) *vigeſima* (1) *nona Junii die Encænia celebravit Baſilicæ Sanctorum Apoſtolorum, quum Sacræ Reliquiæ curru aureo circumvectæ, ab eodem Menna reconditæ ſunt*: Sed anno 550. quemadmodum Theophanes refert ad an. Incarn.

(1) Imo, 28. ut infra.

carn. secundum Alexandrinos 542. qui Kalendis Septemb. anni Chr. 549. auspicatur, his verbis: *Julii* (*imo Junii*) *mensis die* 28. *tertia feria*, *Sanctorum Apostolorum ædis facta est consecratio*. Anno enim Chr. 550. quo ea dedicatio facta est, *dies* 28. *Junii in Feriam tertiam* incidit, & Vigilia Festi Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli insignitur, & eo anno Mennas nondum a Vigilio Papa excommunicatus fuerat. Quod igitur tam Theophanes, quam Nieephorus de retorta a Menna in Vigilium excommunicatione comminiscuntur, tum ex dictis falsum esse demonstratur, tum etiam ex Elogio Synaxarii, quod in Menologio Basilii Porphyrogeniti Imperatoris jussione collecto de eodem Menna legitur: *Pœnam intulit* Vigilius *Sanctissimo Mennæ non sacrificandi*: *& hic quidem gaudens suscepit pœnam*. Tum denique, quia, si hæc quæ de sententia illa Ecclesiastica a Menna in Vigilium retorta referuntur apud Theophanem, sint vere ipsius Theophanis; & non intrusa in ipsius textum ab hæreticis vel schismaticis in odium Vigilii Papæ: si (inquam) hæc sint Theophanis; tunc suspicio suboriri poterit, an Theophanes hac in re non sit usus scriptis hæreticorum. Enimvero (uti recte observant Bollandiani ad xxv. Augusti §. 1. edit. Venet. pag. 197. de S. Menna) ante Theophanis ætatem multa apocrypha & indigna afficta fuisse gestis S. Mennæ, ac Vigilii, discimus a Concilio Constantinopolitano III. quod fuit generale Sextum, atque anno Chr. 680. celebratum est. Vide Labbeum Tom. vi. Concilior. (edit. Paris.) col. 980. Breve est illud ibid. col. 984. & seq. *Sanctum Concilium exclamavit*: *Anathema libro*, *qui dicitur Mennæ ad Vigilium*, *& qui eum finxerunt*, *sive scripserunt*. *Anathema libellis*, *qui dicuntur facti fuisse a Vigilio ad Justinianum & Theodoram divæ memoriæ*, *qui & sunt falsi demonstrati*. *Anathema simul omnibus*, *qui falsaverunt Acta sancti*, *& universalis Quinti Concilii*. Quæ quidem omnia perspicuum faciunt, quod sententia a Vigilio in Mennam vibrata, ab hoc adversus Vigilium revibrata non fuerit.

Nunc

Nunc ad alteram Professionem in Constituto Vigilii Papæ comprehensam devenio. Mennæ defuncti in locum *suffectus est* [teste Theophane] *Apocrisiarius Amaseæ Presbyter, & Monasterii ipsius Amaseæ Monachus Eutychius, eo ipso die* (1) *quo Menæ cadaver in sacris adytis expositum jacebat*. Anni sequentis initio, videlicet, die 6. Januarii 553. tam ipse Eutychius, quam Alexandrinus, & Antiochenus Patriarchæ, aliique Episcopi, Professionem suam ad Vigilium miserunt, cui titulus. *Exemplar Professionis, quam residui Episcopi Theophaniorum die nobis fecerunt*. Initium. *Scientes, quantorum bonorum causa est pax Dei, custodiens corda & sensus fidelium, & colligens eos, ut unum idemque sapiant in recta fidei Confessione*. Profitentur, quatuor Synodos se suscipere, sed & Epistolas Præsulum Romanæ Sedis Apostolicæ, tam aliorum, quam Leonis sanctæ memoriæ: adduntque: *Quum igitur prædicta omnia servavimus, & servamus, & in iisdem nobis invicem consentimus: necessarium est conferri de Tribus Capitulis, unde quibusdam quæstio nata est: & ideo petimus, præsidente nobis Vestra Beatitudine, sub tranquillitate & sacerdotali mansuetudine, sanctis propositis Evangeliis, communi tractatu eadem Capitula in medio proponenda quæri & conferri, & finem quæstioni imponi Deo placitum & convenientem his, quæ a sanctis quatuor Conciliis definita sunt: quoniam ad augumentum pacis & concordiam Ecclesiarum pertinet, ut omni de medio dissensione sublata, quæ a prædictis sanctis quatuor Conciliis definita sunt, inconcussa serventur, sanctarum Synodorum reverentia in omnibus custodita. His autem & subscripsimus in hunc modum fratres & Coëpiscopi nostri. Eutychius Episcopus Constantinopolitanus. Apolnaris Episcopus Alexandrinus. Domninus Antiochiæ Syriæ Episcopus, Elias Episc. Thessalonicensis. Sed & cæteri, qui primam professionem non fecerunt, & in hac secunda professione aut subscripserunt, aut seorsum eandem fecerunt*. Eadem eorundem Patriarcharum & Episcoporum Epistola ad Vigilium Græc. Lat. refertur Act. 1. Concilii Quin-

(1) Forr. 25. Aug. ann. 552

Quinti, cujus titulus & initium: *Sanctissimo & beatissimo Domino & Consacerdoti Vigilio Eutychius. Scientes, quantorum bonorum causa est pax Dei*. Et in fine: *His autem & subscripsi incolumis in Domino. Ora pro nobis, sanctissime & beatissime frater. Ego Eutychius misericordia Dei Episcopus Constantinopolis novæ Romæ, omnibus suprascriptis subscripsi. Idem Libellus scriptus est, & ab Apollinario sanctissimo Archiepiscopo magnæ Civitatis Alexandriæ, & a Domnino Sanctissimo Archiepiscopo Theopoleos, & a Deo amantissimis Episcopis qui sub ipsis sunt, qui & præsentes erant in hac Regia Civitate, ad eundem sanctissimum Vigilium*. Respondit Vigilius Epistola data *die* VII. *Januarii ejusdem anni* (quæ extat Græc. Lat. collat. I. Concilii Quinti) in hunc modum. *Dilectissimo fratri Eutychio & Episcopis sub te constitutis. Vigilius. Repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione, quod discordiæ confusione submota, pacem Deus suæ reformavit Ecclesiæ*. Et postquam totam Eutychii Epistolam, quæ incipit, *Scientes quantorum bonorum*, recitasset, subjungit: *Omnibus igitur, quæ professio vestra continet, in sua perenniter firmitate durantibus, poposcit vestra fraternitas, ut nobis præsentibus, de Tribus Capitulis, ex quibus quæstio nata est, sub tranquillitate & sacerdotali mansuetudine, sanctis propositis Evangeliis, conferatur, & finis quæstioni, ipsi Deo placitus, & conveniens iis, quæ a memoratis sanctis quatuor Conciliis definita sunt, imponatur: ut omni de medio dissensione sublata, quæ ab eisdem quatuor sanctis Synodis definita sunt, inconcussa serventur, earundem Synodorum reverentia in omnibus custodita. Quam professionem paternarum traditionum memorem & sequacem, tam in fraternitate vestra, quam in omnibus similia confessis atque confitentibus, omni laude plenissimam judicamus, & nostros ex ea re vere fratres agnoscimus*. Et mox. *Quibus ita prædictis, postulationis vestræ desiderium cognoscentes, annuimus, ut de Tribus Capitulis, ex quibus quæstio nata est, facto regulari conventu, servata æquitate, mediis sacrosanctis Evangeliis, collationem cum*

uni-

unitis fratribus habeamus, & finis detur placitus Deo, & conveniens his, quæ a sanctis quatuor sunt definita Conciliis; scientes utique, sicut & communis professionis testimonio declaratur, memoratarum Synodorum in omnibus reverentiam custodiri. Deus te incolumem custodiat frater cariſſime. Datum VII. *Idus Januarias, Imperii Domini Justiniani PP. A. an.* XXVII. *Post Consulatum Basilii U.C.an.* XII. *Eadem forma scripsit & ad Apollinarem sanctissimum Archiepiscopum magnæ Civitatis Alexandriæ, & ad Domninum sanctissimum Archiepiscopum Theopoleos, & ad Synodum ipsis subjectam.*

Ex hactenus deductis patet, nihil a Vigilio dictum aut scriptum, quo Tria Capitula ab ipso propugnata fuisse ostendatur, quin potius luce clarius Acta Concilii Quinti demonstrant, Vigilium Tria Capitula semper execratum fuisse ac damnasse. Sic Act. I. celebrata die III. Nonas Majas, idest, *die quinta Maji*: Justinianus Imperator in Epist. (1) ad beatissimos Episcopos & Patriarchas, Eutychium Constantinopolitanum, Apollinarium Alexandrinum, Domninum Theopolitanum, Stephanum, Georgium & Damianum Episcopos agentes Eustochii Hierosolymitani Patriarchæ, & reliquos Episcopos ex diversis partibus in urbe Regia degentes; *cujus initium*. Semper studium fuit orthodoxis & piis Imperatoribus patribus nostris: *De Vigilio Papa hæc testatur*: Vigilio enim religiosissimo Papæ antiquioris Romæ, quum pervenisset ad hanc Regiam Civitatem, de Tribus Capitulis subtiliter omnia manifestavimus, & interrogavimus eum, quid de hac causa sapit: & ipse non semel, nec bis, sed etiam sæpius in scriptis, quam sine scriptis anathematizavit impia Tria Capitula. Quod vero ejusdem voluntatis semper fuit de condemnatione Trium Capitulorum, & per plurima alia declaravit, & per condemnationem Rustici & Sebastiani aliquando Diaconorum antiquioris Romæ; cujus etiam Chirographa apud nos conservantur

(1) Dat. IV. Nonas Majas, CP. Imperii Dom. Justiniani PP. Augusti; ann. 27. Post Consul. Basilii V. C. anno 12. hoc est Chr. 553.

„ tur: qui quum primum suscepissent factum ab eo Ju-
„ dicatum, in quo anathematizavit eadem impia Ca-
„ pitula, postea susceperunt, & defenderunt eorum im-
„ pietatem. Sed etiam Valentiniano Episcopo Scythiæ,
„ & Aureliano Arelati, quæ est prima sanctissimarum
„ Galliæ Ecclesiarum, scripsit & manifestavit de conde-
„ mnatione istorum Capitulorum, & præcepit eis, ni-
„ hil suscipere quod a condemnatis Diaconis scribitur
„ contrarium prædicto Judicato: & compendiose dicere,
„ semper in eadem voluntate perseveravit. Et hæc om-
„ nia per suum tempus vobis manifesta faciemus. *Sub-*
„ *jungit Imperator*: Quoniam vero postea, quum per-
„ venissetis, sicut dictum est, ad hanc Regiam Civita-
„ tem, scripta facta sunt ad invicem a Vestra Sanctita-
„ te, & a Vigilio religiosissimo Papa antiquioris Romæ,
„ ut omnes vos uniti conveniatis . . . Mandavimus il-
„ li etiam per nostros Judices, & per quosdam ex vo-
„ bis, ut una cum omnibus conveniret, & communi-
„ ter disceptaret de prædictis Capitulis . . . Ille vero
„ nobis mandavit, quod de prædictis Tribus Capitulis
„ per semetipsum faciens, porriget nobis „. Vigilius quippe inducias petiit, ut suam Responsionem de tribus Capitulis in scripto daret: neque congruum esse ajebat, ut pauci cum ipso Latini Episcopi in Synodo plurimorum Orientalium convenirent.

Factum ab eo Judicatum, ex Cod. Ms. Parisien. edidit post Baluzium Harduinus. Vide T. VI. Conc. eeit. Ven. pag 23. Aliter enim habet Ms. Cod. Paris. Claudii Jolii Can. & Cantoris Eccl. Paris. in quo ex *Vigilii Judicato* hæc verba Justinianus profert: *Et post hæc fecit, quod dicitur Judicatum, quod omnibus Sacerdotibus ab ipso editum, manifestum factum est: & pariter in eo prædicta impia Capitula anathematizavit his verbis „ Et quoniam his verbis quæ nobis de nomine Theodori Mopsvesteni scripta porrecta sunt, multa contraria rectæ fidei releguntur: nos monita Pauli sequentes Apostoli dicentis: Omnia probate: quod bonum est retinete: ideoque anathematizamus Theodorum qui fuit Mopsvestiæ Episcopus, cum omnibus suis impiis scrip-*

ſcriptis, & qui vindicant eum. Anathematizamus & impiam Epiſtolam, quæ ad Marim Perſam ſcripta eſſe ab Iba dicitur, tamquam contrariam rectæ Chriſtianorum fidei: & omnes qui eam vindicant, vel rectam eſſe dicunt. Anathematizamus & ſcripta Theodoreti, quæ contra rectam fidem & duodecim Capitula S. Cyrilli ſcripta ſunt. Et hæc quidem in ea, quæ dicitur Judicatum, inſerta ſunt. Putamus autem quod nec hoc veſtram latuit religioſitatem, quod Ruſticum & Sebaſtianum ſuos Diaconos, & alios Clericos, qui primo quidem ſuſceperant, quod fecit Judicatum, in quo ſicut dictum eſt, anathematizavit eadem impia Capitula; poſtea vero vindicarunt & defenderunt eadem impia Capitula, depoſuit. Et non ſolum hoc, ſed etiam ad Valentinianum Epiſc. Scythiæ, & Aurelianum Epiſc. Arelati &c.

Idem ejuſdem *Judicati* auctor Vigilius, & illud *Epiſtolam* vocat, & ad *Mennam* a ſe datum aſſerit in ſuo *Conſtituto*, quod die 14. Maji 553. ad Juſtinianum ſcripſit; ex eoque multa profert, quæ hic deſcribenda duxi. *Conſtat ergo* (inquit Tom. 5. Concil. edit. Venet. p. 1356) *ex præfatis teſtimoniis Patrum, quam tenere debeamus pro Apoſtolicæ Sedis rectitudine, & pro univerſalis Eccleſiæ conſideratione cautelam: cujus nos quoque cautelæ jamdudum memores, in eam quam tunc dederamus ad Mennam Conſtantinopolitanum Epiſcopum Epiſtolam, quam tum præſentibus pluribus Sacerdotibus, & glorioſo Senatu, Menna ſanctæ recordationis Epiſcopo, veſtræ clementiæ offerente, & pietate veſtra nobis cum ejus conſenſu reſtituente receptam; quantum ad Trium Capitulorum cauſam pertinet, evacuamus, nullatenus a loci noſtri atque propoſiti circumſpectione ceſſantes, competentem Chalcedonenſis Synodi reverentiam curavimus omnibus exhibere, ſicut ſeries ejuſdem teſtatur Epiſtolæ: cujus ad probandam cautelam noſtram ſubjecimus perpauca de plurimis: quibus diligenter inſpectis, qualiter apud nos ſancta Chalcedonenſis Synodus inviolata permanſerit atque permaneat, evidenter oſtenditur. Siquidem de eadem Synodo ita nos in ipſa Epiſtola noſtra certum eſt, inter cetera poſuiſſe dicentes: Cum apud nos manifeſta ratione perclareat, qui-*

cumque in contumeliam antefatæ Synodi aliquid tentat agere; sibi potius nociturum. Item post alia. Sed si evidenter nobis fuisset ostensum in ipsis gestis potius contineri; nullus auderet tantæ præsumptionis auctor existere, ut aliquid, quod in illud sanctissimum judicium productum est, velut dubium judicaret, cum credendum sit, illos tunc præsentes a præsenti rerum memoria diligentius etiam præter scriptum aliqua requirere, vel definire certius potuisse, quod nobis tunc (leg. nunc *) post tanta tempora videatur ambiguum. Cum & hoc deferatur reverentiæ Synodorum, ut & in his, quæ minus intelliguntur, eorum cedatur auctoritati. Item post alia. Salvis omnibus atque in sua perpetua firmitate durantibus, quæ in Nicæno, Constantinopolitano, Ephesino primo, atque Chalcedonensi, venerandis constant Conciliis definita, & cunctis qui in memoratis sanctis Conciliis abdicati sunt, sine dubitatione damnatis, & his nihilominus absolutis, de quorum ab iisdem Synodis absolutione decretum est. Item post alia. Anathematis sententiæ eum quoque subdentes, qui quævis contra prædictam Synodum Chalcedonensem, vel præsenti, vel quælibet in hac causa sive a nobis, sive a quibuscumque gesta scriptave inveniuntur, pro aliqua susceperit firmitate: & sancta Chalcedonensis Synodus, cujus magna & inconcussa est firmitas, perpetua & veneranda, sicut Nicæna, Constantinopolitana, atque Ephesina prima habent, suam teneat firmitatem. Item post alia. Anathematizamus & eum quoque, quicumque sanctam Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, atque Chalcedonensem, sanctissimas Synodos in una & immaculata fide Apostolis consonantes, & ab Apostolicæ Sedis Præsulibus roboratas, non & fideliter sequitur, & æqualiter veneratur: & qui ea quæ in ipsis Conciliis, quæ præfati sumus, gesta sunt, vult quasi prave Jicta corrigere, aut vult imperfecta supplere.* Hæc in suo dudicato Vigilius Papa, tamquam *Constituto* consonantia producit: ex quibus colligitur, illum personis Theodori, Theodoreti, & Ibæ parcendum esse decrevisse, errores tantum in Tribus Capitulis contentos damnasse.

Quam-

Quamombrem suspecta mihi sunt quæ Justinianus supra ex eodem Judicato protulit Vigilii verba, dicentis: *Ideoque anathematizamus Theodorum, qui fuit Mopsvestiæ Episcopus, cum omnibus suis impiis scriptis, & qui vindicant eum*. Proculdubio Vigilius, ut sibi constaret, tam in Constituto, quam in Judicato, scripserit oportet: *Anathematizamus omnia Theodori impia scripta, & qui vindicant &c.* Sed de his infra redibit sermo. De eodem Vigilii *Judicato* sic scribit eruditissimus Card. Orsius in Histor. Eccles. Tom. 18. lib. 41. §. 28. *Vigilio consegnò il suo Giudicato à Menna agli undici di Aprile, nel qual giorno cadde in quest' anno 548. il Sabbato Santo*. Reliqua ibi legenda.

Act. 2. *habita* VIII. *Idus Majas Indict.* 1. hoc est, die 8. Maji, 553. Patriarchæ tres, & Episcopi XVII. ad Vigilium Pontificem missi, ad Synodum retulere: „ Secundum promissionem (*inquiunt*) hesterno die factam „ a beatissimo Papa antiquioris Romæ Vigilio, pervenimus ad eum sexto die instantis Maji mensis, idest, „ ante duos dies, commonentes quidem ejus beatitudinem quæ inter nos in scriptis compleverunt; adhortantes vero eum convenire una nobiscum, & tractare, „ & disponere de Tribus Capitulis, de quibus piissimus „ Imperator nos ejusque beatitudinem in scriptis interrogavit. Ille vero respondit: non posse una nobiscum „ convenire, eo quod plurimi quidem hic sunt Orientales Episcopi, pauci vero cum eo; facere autem per „ semetipsum in scriptis suam sententiam, & offerre „ piissimo Imperatori: ideo enim & inducias postulasse „ ab ejus serenitate, ut intra eas suam voluntatem manifestaret. *Et ex alio Ms. Codice*. Ille vero ad hæc „ nobis dixit: quod petivi piissimum Imperatorem, ut „ viginti dierum mihi daret inducias, ut respondeam „ ad interrogationem, quam in scriptis, ejus tranquillitas ad me misit „. Idem ipsum in Relatione septem Patriciorum, & duodecim Episcoporum, quos Justinianus Imperator ad Pontificem Vigilium miserat, testantur, dicentes Act. 2. „ Et primo die instantis Maji mensis,

„ sis, secundum jussionem pii Domini, pervenimus ad „ beatissimum Papam Vigilium, unacum gloriosissimis „ Patriciis, Belisario, Cethego, & Rustico; & septimo „ die instantis mensis Maji pervenimus iterum ad eun- „ dem beatissimum Virum, unacum Theodoro Cæsareæ „ Cappadociæ &c. In utroque autem die eandem respon- „ sionem diximus a piissimo Domino, idest, & ut con- „ veniret una nobiscum omnibus, & tractaret de Tri- „ bus Capitulis, his qui volunt fiduciam habentibus con- „ tradicendi: ut per communem consensum omnium, „ finem susciperet causa Trium Capitulorum. Et pluri- „ mis de hoc motis, postulavit inducias accipere, ut „ solus respondeat. Nos vero ad eum diximus:. Quod „ solus quidem sæpius in scriptis, & sine scriptis con- „ demnasti ista Tria Capitula. *Et Act.* VII. *habita* III. „ *Non. Jun Ind.* I. (seu, ut Baluzius ostendit, VII. *Kal.* „ *Junias*, hoc est, *die* 26. *Maji*) Sancta Synodus dixit. „ Quæ jam acta sunt, relegantur, & relecta sunt. Et „ priusquam aliquid apud sanctum Synodum ageretur; „ Constantinus gloriosissimus Quæstor Sacri Palatii mis- „ sus a piissimo Imperatore, ingressus ita dixit. Certum „ est Vestræ Beatitudini, quantum semper studium ha- „ buit invictissimus Imperator, ut dubitatio quæ ex- „ orta est pro tribus Capitulis, finem accipiat... Ergo „ non intermisit & Vigilium religiosissimum orthodoxe „ vobiscum venire, & congruum rectæ fidei Tribus istis „ Capitulis finem imponere. Ille vero multoties qui- „ dem in scriptis suam voluntatem manifestavit, con- „ demnans ista Capitula: quod & sine scriptis sæpius di- „ xit coram piissimo Imperatore, præsentibus quidem „ gloriosissimis Judicibus, præsentibus autem plurimis „ ex vestro sancto Concilio, & numquam intermisit ana- „ thematizans eos qui vindicant Theodorum Mopsve- „ stenum, & Epistolam quæ dicitur Ibæ, & Theodoreti „ conscripta contra rectam fidem & duodecim Capitula „ Sancti Cyrilli „. In quorum fidem producuntur ipsius Vigilii Papæ scripta. Et Primo quidem *Chartæ duæ*, quarum una ad Imperatorem Justinianum, altera ad

piæ

piæ record. Theodoram Augustam, a Vigilio scriptæ ante mensem Junium anni 548., quum Theodora, ex supradictis, mense Junio anni 548. obierit. Extant hæ chartæ Act. 7. in hæc fere verba. „ In nomine Patris & Fi„ lii & Spiritus Sancti. Vigilius Episcopus Sanctæ Ec„ clesiæ Catholicæ urbis Romæ. Nos semper per virtu„ tem Sanctæ Trinitatis, hæretici nunquam fuimus ali„ quando, neque fumus, absit; sed ex infantia & Chri„ stiani & Orthodoxi & fuimus & sumus. Jura vero, „ quæ a Deo donata sunt nostræ Sedi, neque concessi, „ neque concedo; sed quamdiu vivo, quæ justa sunt ju„ ra Sedis meæ exigo. Hoc ergo ne faciat æstimare „ pietatem vestram, quia hæreticos defendo; anathe„ matizans & Epistolam Ibæ quæ dicitur ad Marim „ Persam directa: anathematizans vero & dogmata Theo„ doreti: anathematizans autem & Theodorum qui fuit „ Episcopus Mopsvestiæ, sicut alienum semper Eccle„ siæ & (1) Sanctorum „. *Secundo*, Depositio Sebastiani & Rustici Diaconorum S. R. E. qui Tria Capitula defendebant. Initium. „ Vigilius Episcopus Rustico & „ Sebastiano. Diu Vobis, Rustice & Sebastiane. *Tertio*, „ Epistola Vigilii ad Valentinianum Episcopum de „ Tomis Provinciæ Scythiæ: Fraternitatis tuæ relegen„ tes scripta „. Dat. xv. Kal. April. Imperii D. Justiniani PP. A. anno xxiii. (fort. xxiv.) Post Cons. Basilii U.C. anno ix. (al. x.) *Quarto*, ejusdem Epistola ad Aurelianum Episcopum Arelatensem: „ Fraternitatis vestræ li„ teras, pridie Idus Julias, Anastasio deferente susce„ pimus „. Dat. iii. Kal. Maj. Imperii D. N. Justin. PP. A. anno xxiv. Post Cons. Basilii U. C. anno viii. (al. ix.) *Quinto*. Juramentum Vigilii Papæ. „ Juravit beatissi„ mus Papa Vigilius Domino piissimo Imperatori, in „ præsentia nostra, idest, mei, Episcopi Cæsareæ Cap„ padociæ Theodori, & mei, Patricii Cethegi, per „ virtutem Sanctorum Clavorum, ex quibus crucifixus „ est Dominus Deus noster Jesus Christus, & per sancta „ qua-

(1) In iis quæ sequuntur, adjectum est a falsariis hæreticis Monothelitis, & *unam operationem*. Quemadmodum legitur in Concil. vi. Act. 3.

„ quatuor Evanngelia, ita: Per istam virtutem Sancti Fre-
„ ni, & per ista sancta quatuor Evangelia, quod cum
„ pietate vestra, uno animo, una voluntate, hoc vel-
„ le, hoc conari, ita agere, quantum possumus, ut ista
„ Tria Capitula, idest, Theodorum Mopsvestenum cum
„ scriptis suis, & Epistolam quæ dicitur Ibæ, & con-
„ scripta Theodoreti contra orthodoxam fidem, & con-
„ tra duodecim Capitula S. Cyrilli; condemnentur & ana-
„ thematizentur. Datum est hoc Juramentum, xv. die
„ mensis Augusti, Ind. XIII. Imperii D. N. Justin. anno
„ XIII. Novies post Consulatum Basilii U. C.

Testes proinde & plurimi, & omni exceptione majores asserunt, Vigilium Romanum Pontificem ab anno 547. quo Constantinopolim venit, usque ad mensem Junium anni 553. quo septima Concilii Quinti Actio celebrata est, in ea semper sententia perstitisse, ut Tria Capitula damnanda esse censeret atque anathematizaret. Cur igitur in fine ejusdem Actionis Septimæ Justinianus Imperator eundem Vigilium carpit, quod a priore sententia discedens, factus sit Trium Capitulorum defensor? eamque ob causam ad Synodum scribit, *ne jam sacris diptychis Ecclesiæ nomen ejus inseratur propter impietatem quam defendit*? En Justiniani verba in Epistola ad Synodum directa, ibique lecta, quæ incipit: *In nomine D.N. J. C. Imperator* (1) *Cæsar Fl. Justinianus, Alamannicus, Gothicus &c. Beatissimis Archiepiscopis & Patriarchis, Eutychio Constantinopolitano, Apollinario Alexandrino, Domnino Theopolitano, Stephano, Georgio & Damiano religiosissimis Episcopis vicem agentibus Eustochii beatissimi Archiepiscopi Hierosolymitani & Patriarchæ, & cæteris religiosissimis Episcopis ex diversis Provinciis in hac Regia Civitate degentibus. Una Christianis salus est, puro corde & bona conscientia & fide non ficta accedere ad communionem Sanctorum Sacramentorum. Data pridie Id. Jul.* (2) *Chalcedone, imperante D. Justiniano PP. Augusto Anno XXVII. Post Consulatum Basilii U. C. Anno XII.*

In

(1) Tom. 6. Concil. edit. Venet. p. 196.
(2) Hoc est, *die* 14. *Julii*.

In qua Epistola de Vigilio Papa sic loquitur Justinianus. *Quando vero religiosissimus Papa antiquioris Romæ ad istam magnam Civitatem pervenit, omnia ista manifestata sunt. Et quum hæc examinasset, & condemnavit, & satisfactionem in scriptis exposuit, tam nobis, quam piæ recordationis tunc conjugi nostræ. Nec enim patiebamur, nec ab eo, nec ab alio quocumque, inviolatam communionem suscipere, qui non istam impietatem condemnat. Sed & Sacramenta terribilia in scriptis juravit, ut in eadem permaneret voluntate, in condemnatione & anathemate Trium Capitulorum; & nullo modo vel tempore conaretur aliquid ad refutationem condemnationis prædictorum impiorum Trium Capitulorum. Quod autem sine scriptis sæpius condemnavit impia Tria Capitula, coram gloriosissimis Judicibus & religiosissimis Episcopis, & plures ex vobis qui convenistis cognoscunt, & hæc agens permansit* (1) *septem annos. Postea vero & scripta inter vos & illum processerunt, in quibus invicem confessi estis convenire, & Synodice prædictorum Capitulorum facere condemnationem. Et postea invitatus tam a nobis, quam a vestra religiosa Synodo, communiter quidem convenire, recusavit. Contrarie autem factus est suæ voluntatis, ea defendens, quæ Nestorii & Theodori sequaces sapiunt. Præterea ipse semetipsum alienum Catholicæ Ecclesiæ fecit, defendens prædictorum Capitulornm impietatem, separans autem seipsum a vestra communione. His igitur ab eo factis alienum Christianis judicavimus, nomen ipsius sacris Diptychis recitari, ne eo modo inveniamur Nestorii & Theodori impietati communicantes. Unde prius quidem sine scriptis hoc manifestum vobis fecimus: nunc vero & in scriptis certum vobis facimus per nostros præfectos, ut ejus nomen sacris diptychis non inseratur. Unitatem vero ad Apostolicam Sedem & nos servamus, & certum est, quod & vos custodietis. Nec enim Vigilii, nec cujuscumque alterius ad pejora transmutatio paci Ecclesiarum nocere potest.* Et in Epistola ad Synodum, quæ Act. 1. lecta fuit, *Dat. iv. Non. Maii*; idem Justinianus hoc ipsum de

(1) Ab anno 547. ad 553.

de Vigilio Papa questus fuerat, uti legitur in ms. Cod. Paris. apud Baluzium, & Tom. 6. Concil. edit. Venet, pag. 23. *Quoniam vero quum postea venistis ad Regiam civitatem, scripta facta sunt inter Vestram Sanctitatem, & Vigilium religiosissimum Papam senioris Romæ, ut vos omnes conveniatis, & propter eos qui vel ex ignorantia, vel scientia impietatem Capitulorum vindicant, convenientem his quæ a Sanctis quatuor Conciliis definita sunt, sententiam* (1) *dare. Et nunc idem religiosissimus Vigilius contrarie factus est suæ voluntatis, nolens unacum omnibus, secundum quod placuit, convenire: sed solos tres Patriarchas, & alium unum Episcopum, ut per contradictionem causa moveretur, dicens, tres tantum Episcopos se habere, quum multi Episcopi ab Occidente cum ipso sint. Nos hoc audientes, sæpius mandavimus ei & per nostros Judices, & per aliquantos ex vobis, ut cum omnibus conveniret, & sententia detur rectæ fidei conveniens: vel unusquisque Patriarcha unacum quinque aut tribus Episcopis convenirent cum ipso & Episcopis ejus; aut si hoc non elegerit, sed per contradictionem voluerit causam exercitari, ut judices dentur secundum consuetudinem Synodorum, & sicut antecessores nostri fecerunt; qui debent hæc, quæ ab unaquaque parte moventur, disceptare; eo quod non est possibile eosdem & contradicere & judicare. Quum autem ad nullam popositionem voluisset convenire, mandavimus ei quod & vestram sanctitatem & alios Patriarchas in scriptis de hoc interrogavimus, ut tamquam impia ista capitula ab omnibus condemnentur; vel si quis putaverit recta ea esse, evidenter suam voluntatem manifestet.* Cur, inquam, in prædicta Epistola Justinianus Vigilium Papam accusat, & quod communiter in Synodo cum Episcopis Orientalibus convenire recusaverit, & quod contrarius suæ voluntatis factus, Triumque Capitulorum impietatem defendens, ea consequentur defenderit, quæ Nestorii ac Theodori sequaces sapiunt, ac proinde ipsius nomen sacris Diptychis expungendum esse, idem Imperator jubet?

Fr.

(1) Leg. *Daretis*.

Fr. Joseph Augustinus Orsius, S. R. E. Cardinalis, mihi, dum viveret, & familiaritate & sacrorum studiorum societate conjunctus, in præstantissimo opere Italice conscripto, cui Titulus: *Historia Ecclesiastica*, Tom. XVIII. Lib. XLI. §. LXXIX. & seq. respondet, hoc totum, quod de Vigilio Justinianus Augustus ad Synodum scribit, falsum esse, suppostitium, & a Schismaticis in Actionem Septimam Concilii Quinti intrusum: Epistolam quippe, quæ Justiaiano tribuitur, in synceris Actis, quæ pridem vulgata sunt, desiderari, & a Baluzio ex male confarcinato Codice esse descriptam. Verba doctissimi Purpurati hæc sunt in observat. ad septimam Collationem seu Actionem, & ad Vigilii Papæ Constitutum, quod non fuisse Synodo a Justiniano exhibitum, ineluctabili (ut mihi videtur) argumento demonstrat. *Contuttochè tra le Carte inviate al Concilio da Giustiniano non sia fatta in verun luogo menzione alcuna del Costituto; contuttociò non son mancati illustri Scrittori* (Baron. ann. 553. n. 220.) *i quali hanno creduto, essere anch'esso da Giustiniano stato mandato al Concilio, ed esservi stato letto, ed averne i Padri nella precedente sessione (VI.) confutate di proposito le ragioni addottevi dal Pontefice per difesa della Lettera d' Iba. Ma oltre che dalla relazione di Costantino chiaramente si vede, non avere il Pontefice per lo suo Suddiacono Servusdei trasmesso a Giustiniano il suo Costituto, se non il giorno immediatamente precedente a questa Settima* (1) *conferenza; se il Costituto fosse stato letto nel Sinodo, come bene osserva* (2) *un'*

(1) Constitutnm Vigilii datum dicitur *Prid. Idus Maii*: hoc est, *die* 14. *Maji*. Septima vero Synodi Actio celebrata III. *Non. Junii*, hoc est, VII. *Kal. Junii*, vel *die* 26. *Maji* aut 3. *Junii*: uti habent editio Labbeana, & Baluziana, aut certe ut idem Purpuratus eam fuisse habitam asserit *die* 26. *Maji*. adeoque ex ipsius mente Constitutum Justiniano fuit transmissum *die* 25. *Maji*.

(2) Nat. Alexander Hist. Eccles. Sæcul. VI. art. 1. §. 2. *Constituti a Vigilio scripti die* 14. *Maji, quum pridie habita fuisset Quinta Collatio Synodi, & ab ipso missi ad Justinianum, mentio nulla facta est* (in VII. Collatione:) *sive quod illud nondum accepisset Imperator; sive quod se accepisse dissimularet, nec ipsum cum Synodo communicasset, quia metuebat, ne Trium Capitulorum retardaret damnationem*. Pagius ad ann. 553. num. XV. *nam si constitutum relectum fuisset in Synodo, illius recitatio relata esset in Acta, quibus inserta sunt minoris momenti relectiones*.

altro celebre ed erudito scrittore (Marca differt. de v. Syn. n. 12.) *la sua lezione sarebbe stata riferita negli atti, come quella di altre carte di molto minore importanza. Inoltre, com' ei soggiugne, la promulgazione del Costituto, sarebbe stata aliena dalla prudenza e dallo scopo di Giustiniano, il quale, non avendo altro a cuore, se non d'indurre il Concilio alla condanna de tre capitoli, non dovè produrre l'autorità di Vigilio, che si opponeva al suo desiderio, e che non avrebbe servito se non almeno a ritardare l'esecuzion de suoi voti. Anzi in fatti vediamo, che per ottenerne più facilmente l'intento, e affinchè i Padri non fossero più solleciti di quel che il Papa avesse risposto, o fosse per rispondere secondo la sua promessa all'Imperatore, non furono, come abbiamo veduto, da lui mandate al Concilio dopo il Sinodico esame de' tre Capitoli, se non quelle carte di Vigilio, donde costava, aver esso su tal faccenda bastantemente spiegato la sua mente e colla viva voce, & in iscritto. Tale essendo stato lo scopo di Giustiniano, come abbiamo dal ragionamento del Questore al Concilio, di rendere i Vescovi colla lettura di quelle carte* (1) *più alacri a promulgare con-*

(1) Pagius ex Petro de Marca ad ann. 553. *num. 15. Deinde promulgatio Constituti aliena fuisset ab instituto & prudentia Imperatoris, qui damnationi Trium Capitulorum quum totus incumberet, non debuit suis votis officere, Vigilii auctoritate prolata, quæ desiderium illius improbaret. Imo vero, ut facilius obtineret quem sibi proposuerat eventum, neu quis expectaret quid Principi Vigilius respondisset, quemadmodum pollicitus erat se facturum, per Constantinum Sacri Palatii Quæstorem Justinianus Synodo suggessit, Vigilii mentem satis explicatam esse ex iis quæ hac de re sæpius docuerat, cum scriptis, tum viva vocem :* Et post pauca. *Sed Principis in eo consilium aliunde melius deprehendi non potest, quam ex oratione Constantini Quæstoris, qui ad excitandos & provocandos Patres, auctoritatem Vigilii contra isthæc Capitula scripto profert non autem in Pontificis contumeliam: Justinianus enim, ut sacrum Conventum ad damnationem trium Capitulorum animaret, Literas ea de re a Vigilio perscriptas ad Aurelianum Arelatensem, & ad Valentinianum Scythiæ Episcopum, & sententiam ab eodem Pontifice latam adversus Rusticum & Sebastianum Diaconos suos, Trium capitulorum fautores, e Latina in Græcam linguam versas, legendas exhiberi ab eodem Quæstore curavit.* Hæc sunt verba Constantini in Collat. VII. Communiter vero convenire invitatus (*scilicet* Vigilius) & hoc facere unaçum Sancta vestra Synodo, pollicitus est per semetipsum facere, & dare piissimo Domino. Ut igitur etiam ea, quæ sæpius ab ipso facta sunt ad condemnationem Trium Capitulorum, vos audientes alacriores efficiamini, de his formam celeriter proferre direxit per me Sanctitati Vestræ condemnationem

contra i Capitoli la lor ſolenne definizione, non era quel Principe così poco avveduto, che voleſſe nello ſteſſo tempo ritardare il loro impeto, col metter loro ſotto gli occhi la contraria definizion di Vigilio, non ignoravan quei Veſcovi l'ordine ſempre oſservato ne' Concilj ecumenici di attendere in primo luogo la ſentenza del Romano Pontefice ſtata ſolita di ſervir di norma e di regola a tutti i loro Decreti. D'un tal ordine, e antico, e regolare, cioè ſtabilito ſecondo le antiche regole, lo ſteſſo Vigilio avvertito avea gli Orientali, ammonendogli di non tentar di nulla decidere, prima che da lui foſſe promulgata la ſua ſentenza. Per tanto affinchè non pareſſe, che contro l'antico uſo non foſſe ſtata atteſa la ſentenza del Romano Pontefice, Giuſtiniano giudicò di dovere naſcondere il Coſtituto, e fece eſibire al Sinodo le precedenti ſentenze di Vigilio; onde negli atti tutto appariſse fatto a dovere, e ſecondo le conſuete ſolennità. Quindi è, che il Sinodo ſteſſo fece gran forza nel ſuo decreto in aver ſua Santità condannato i Capitoli, e colla viva voce e in iſcritto; quantunque di lui ſi lamenti, perche aveſse ricuſato, benchè da illuſtre legazione invitato, d'intervenire al Concilio, e aveſse amato meglio di promettere, che a ſuo tempo avrebbe

nem ab ipſo Vigilio religioſiſſimo prolatam &c. omnibus translatis ad Græcam linguam ad faciliorem ſcientiam Veſtræ Sanctitatis. *Juſtinianus, qui præjudicio Vigilii perlecto, Patres alacriores effici ad condemnationem* exiſtimabat*, non adeo ſupinus erat, inquit Marca, ut eorum impetum contraria ejuſdem Pontificis definitione retardaret. Deinde vero locus agendi de* Conſtituto *hic erat, quum pollicitationem Vigilii Principi factam Quæſtor recenſet. Sed adeo mentionem ejus non injecit, ut potius id omnino diſſimulet, ejuſque loco alia inſtrumenta ſubſtituat, non ut Vigilium prævaricationis arguat, ſed ut gradus inde ad definitionem Synodi contra capitula ſterneretur. Prima enim ſemper fuit in Synodis OEcumenicis ſententia Romani Pontificis, qua non expectata, nihil decerni moris erat. Itaque Juſtinianus, ne prætermiſſa videretur in hoc negotio Vigilii auctoritas, conſtitutum quidem ſuppreſſit; ſed alias Vigilii priores ſententias, quæ annis ſuperioribus ab eo latæ erant, Synodo exhibuit, ut in Actis omnia rite & ſolemniter geſta fuiſſe viderentur. Quare Synodus quoque ipſa in Collatione VIII. magnum Decreti ſui momentum in eo poſuit, quod Vigilius Tria Capitula ſæpius, & ſcripto, & ſine ſcripto condemnaſſet; etſi conqueratur, quod Conventui, licet illuſtri Legatione invitatus, intereſſe noluerit, ſatiuſque duxerit polliceri, ſe ſuam ipſius ſententiam ad Principem miſſurum.* Subjungit Petrus de Marca. *Ceterum an promiſſis ſteterit Pontifex, omnino reticuit Synodus, officio ſe ſuo ſatisfeciſſe rata, ſi ſententiis a Vigilio latis, & in judicio ex mandato Principis exhibitis, niteretur; præcipue quum de Pontificis contrario voto ſolenniter & juxta cognitionum ordinem non conſtaret.*

be inviato al Principe la sua sentenza. Ma se il Pontefice avesse adempiuta la promessa, il Sinodo onninamente lo tacque, parendogli di aver sodisfatto al dovere, purchè avesse prese per norma le sentenze di Vigilio per comandamento del Principe esibite al consesso; specialmente perchè il contrario voto del Papa non era stato al Concilio solennemente, e secondo le giuridiche e legali forme intimato. His præmissis, progreditur Purpuratus demonstrans, falsa esse ac spuria quæ Justiniani nomine de Vigilio proferuntur, quasi impietatis Nestorii ac Theodori assertore, deque ipsius nomine sacris diptychis expungendo. Verba ejus hæc sunt.

Dalle cose finora dette è facile di comprendere, qual giudizio debba formarsi dell'aggiunta nell'ultima Edizione de Concilj fatta alla Settima Conferenza; d'una lettera di Giustiniano a gli Arcivescovi, e a Patriarchi, e a gli altri Vescovi esistenti in Costantinopoli, colla qual lettera ordina, che il nome di Vigilio, conciossiachè persistente nella difesa de' tre Capitoli, s' era fatto alieno dalla Chiesa Cattolica, e si era separato dalla loro communione, fosse tolto da sacri Dittici: Affinche, dice, comunicando con esso, non venghiamo a comunicare coll' empietà di Nestorio, e di Theodoro. E soggiugne: Ma l'unità colla Sede Apostolica e noi la conserviamo, e siamo certi, che sarà da voi pure custodita; conciossiachè ne la prevaricazione di Vigilio, nè di qualunque altro può nuocere alla pace, e all'unità delle Chiese. Nulla poteva fingersi di più assurdo, e di più alieno dalla mente di Giustiniano, di questa lettera. Chi potrà mai persuadersi, che questo Principe, il quale avea raccolte ed inviate al Concilio tutte le Carte, che attestavano della condanna fatta da Vigilio de' tre capitoli, a fine di animare i Vescovi a promulgare contra di essi il lor solenne giudizio, abbia nello stesso tempo voluto significare a medesimi Vescovi, che Vigilio, mutata opinione, s' era di nuovo ostinato nella loro difesa, e quei che gli avessero impugnati, rigettava dalla sua comunione? Con questo dovea per certo temere, che i Padri per la lettura de' primi documenti

menti incitati alla condanna di quei Capitoli, non ne fossero poi ritenuti da intendere, che Vigilio era di contrario parere, ed avea riprovato quella sua prima sentenza. Era inoltre falsissimo, ed una mera calunnia, che Vigilio si fosse separato dalla comunion di coloro, che i tre capitoli riprovavano come infetti della Nestoriana eresia. Né avendo il Sinodo promulgata contro di essi, e contra i loro difensori la sua sentenza, nulla si può pensare di più assurdo, che l'aver Giustiniano proposto al Sinodo di togliere il nome di Vigilio da' sacri Dittici, cioè di già punirlo come trasgressor d'una legge, che non era per anche promulgata. Quando mai ne' Concilj s'è proceduto a sottoporre i contradicenti alla pena, mentre ancora pendeva la controversia, e prima della solenne decision della causa? Nè Nestorio nel Concilio Efesino, nè Dioscoro in quello di Calcedonia, benche fossero già notorie tutte le loro empietà, furono solennemente separati dalla comunion di quei Sinodi, se non dopo le consuete formalità, se non dopo le solite citazioni, se non dopo la loro contumace resistenza a gl'inviti, e alle chiamate de' Padri. E dovrem credere, che Giustiniano abbia ordinato al Concilio di separare il sommo Pontefice dalla sua comunione, non citato, non udito, e senza niun giuridico esame della sua causa? E dovremo anche credere, che il Concilio abbia commendato e approvato una simile tirannia? Nondimeno dopo la notificazione di quella lettera si fanno i Padri nell'accennato luogo rispondere, che quanto era di presente paruto all'Imperadore, era giusta conseguenza delle sue fatiche per l'unità delle Chiese: E che secondo il tenore della sua lettera avrebbono conservata l'unione colla Sede Apostolica della sacrosanta Chiesa di Roma. Finalmente la supposta lettera di Giustiniano porta la data de' 14. di Luglio. Come adunque potè esser letta nella Settima conferenza tenuta secondo le precedenti Edizioni a' 26. di Maggio, e secondo l'ultima a' tre di Giugno. Questo solo argomento è più che bastante per farci rigettare come intrusa ne gli atti del Sinodo quest' aggiunta, ritrovata in un solo Codice scritto a penna

della

della Latina verſione. Se Michel Cerulario, e Pietro d' Antiochia, i cui teſtimonj ſono citati per darle qualche peſo d'autorità, l'aveſſero letta ne' loro Codici Greci; nè il primo avrebbe detto, ne con intollerabile errore avrebbe ſpacciato, eſſere ſtato il nome di Vigilio, come allora vivente, tolto da' ſacri Dittici per Decreto del Seſto Sinodo; e il ſecondo, che impreſe a corregerlo del ſuo sbaglio, avrebbe avvertito, ciò eſſere accaduto nel tempo del Quinto Sinodo, ne avrebbe aggiunto, non eſsere in quel tempo accaduta ſe non una momentanea ſoſpenſione di comunione tra il Patriarca Menna, e Vigilio. Ma nulla più apertamente dimoſtra la falſità e della lettera, e della riſpoſta attribuita al Concilio di conformarſi alla volontà dell' Imperadore nel conſervar l'unità, non colla perſona di Vigilio, ma colla Sede Apoſtolica della Sacroſanta Chieſa dell'antica Roma, che la ſolenne ſentenza indi a pochi giorni contra i tre Capitoli pubblicata nell'Ottava ed ultima Conferenza, che fu tenuta a' tre del meſe di Giugno. Ai Canoni, che eſprimono propriamente la final ſentenza del Sinodo, è premeſsa una lunga prefazione, nella quale i Padri eſpongono primieramente il motivo, per cui ſi erano moſſi ad intraprendere per volontà dell'Imperadore l'eſame de' tre capitoli, cioè perche vedevano, che i ſeguaci di Neſtorio ſi sforzavano d'attribuire per un tal mezzo alla Chieſa di Dio la loro empietà. Che Vigilio, che appellano religioſiſſimo (dal qual titolo ſi ſarebbono certamente aſtenuti, ſe conformemente alla preteſa lettera di Giuſtiniano aveſsero tolto da' ſacri Dittici il ſuo nome) dopo aver gli ſteſſi capitoli più volte condannati, era ſtato da eſſi invitato a convenire inſieme con loro, per darne come d'una cauſa comune una comune ſentenza. Che per indurlo a ciò fare, gli avevano ridotti alla memoria i grandi eſempj degli Apoſtoli; in ciaſcuno de quali benchè talmente abbondaſſe lo grazia dello Spirito ſanto, che niun di eſſi dell' altrui conſiglio aveva biſogno, contuttociò s'erano inſieme adunati per decidere la queſtione inſorta circa le oſſervanze della legge Moſaica: e le tradizioni de' Padri, i quali,

quali, seguendo gli antichi esempi, ne' quattro Concilj Ecumenici delle insorte questioni ed eresie dato avevano un comune giudizio. Ma perchè più volte invitato, avea promesso di giudicarne per se medesimo; Essi pure avevano risoluto di promulgarne la loro comune sentenza; riflettendo a quell'ammonizione dell'Apostolo, che ciascuno dee per se stesso rendere conto a Dio. Con qual modo di favellare danno chiaramente a conoscere, ch' ei non si erano arrogati di giudicare della condotta del Papa; ma che qualunque essa fosse stata, la rimettevano al giudizio di Dio. Il che certo sarebbe falso, se col togliere il suo nome da' sacri Dittici, avessero preteso d'escluderlo dalla comunion della Chiesa.

Nihil dici potuit nervosius, ad demonstrandam Justinianeæ hujusce Epistolæ falsitatem. Quamobrem gratiæ sunt habendæ Eminentissimo Orsio, quod supposititiam esse hanc Epistolam, ex quo Collationi Septimæ adjuncta ex Cod. Ms. Joly Can. Paris. opera Baluzii prodiit, primus omnium, quod sciam, ineluctabilibus argumentis ostendit. In novissima Conciliorum Veneta editione, Tom. 6. pag. 196. ad marginem hæc apposita legitur Adnotatio: *Adduntur ista quæ sequuntur, usque ad Collationem VIII. in Cod. Ms. D. Joly Can. Paris. Non sunt in Bellovacensi, neque in editione Surii, & Labbeana, aliisve. Edidit Baluzius.* Hactenus recte. Quæ vero sequitur Adnotatio, declarat ejus auctorem in ea fuisse opinione, ut illam Epistolam crederet fuisse genuinam, eo quod quædam veluti ejus mentio facta sit in Epistola Michaëlis Cerularii ad Petrum Antiochenum; sic enim subdit: *Vide Epistolam Michaëlis Cerularii ad Petrum Antiochenum apud Cotelerium Tom. 1. Monum. Eccl. Græcæ pag. 40. & Epistolam Petri Antiocheni pag. 46.* Verum, præterquam quod non hanc, sed aliam fuisse supinæ illius Cerularii hallucinationis causam, nempe dissidium Vigilii cum Menna Patriarcha Constantinopolitano, quem Vigilius suspensione multaverat, uti asserit Petrus Antiochenus in sua ad eundem Cerularium Responsione: etiamsi Cerularius in quodam Ms. Græco exemplar Epistolæ Justinianeæ, quale

quale in Mſ. Cod. Latino Joly exſtat, reperiſſet, quid inde? num idcirco Epiſtola illa dicenda eſſet genuina? nonne quingentis fere ante Cerularii ætatem annis plurima fabuloſa, & a veritate prorſus aliena, in Actis Quinti Concilii ab hæreticis inſerta fuerant? Accipe primum verba Petri Antiocheni ad Cerularium, deinde teſtimonia de Actis Quinti Concilii, hæreticorum fraude vitiatis & corruptis. Cerularius circa ann. Chr. 1051. ut a ſe repudiatæ per ſummum ſcelus Communionis Romanæ infamiam amoliretur, Papæ nomen uſque a Vigilii temporibus, e Diptychis Eccleſiaſticis deletum fuiſſe ſcribit: cui hæc Petrus Antiochenus. „ Sacris Sanctitatis tuæ literis continetur, fama ad te perlatum, „ me in ſacra Diptycha Papam retuliſſe, idemque præſtitiſſe cæteros Patriarchas. Quæ culpa a me, præter „ cæteros, abeſſe debuerat; quippe qui noverim, quod „ a temporibus Sextæ Synodi uſque ad hanc ætatem, „ Papæ nomen e Diptychis exciſum fuerit; quoniam Vi„ gilius Synodo intereſſe noluit, neque damnare quæ ad„ verſus rectam fidem & duodecim capita Cyrilli ſcri„ pſerat Theodoretus. Atque ex illo ad hoc uſque tem„ pore præciſum eſſe Papam a noſtra ſanctiſſima Eccle„ ſia. *Hæc Cerularii accuſatio. Reſpondet Petrus.* Quæ „ ad Vigilium ſpectant, quantam præ ſe ferunt religioſi „ Chartophylacis tui oſcitantiam! Licet enim in Rhe„ thorica arte, ut ferunt, ſit apprime verſatus, atta„ men in hac ejus adoleſcentia nondum ſatis callet res „ Eccleſiaſticas. Vigilii tempus refertur ad Quintam, „ non autem ad Sextam Synodum. Intervallum autem „ duarum Synodorum eſt centum & viginti novem an„ norum. Accidit autem, ut ad pauxillum temporis ab „ ejus recitatione abſtineretur, ob diſſidium ejus cum „ Menna ſanctiſſimo Patriarcha, quem ille ſuſpenſione „ multaverat, donec Sacerdotes adinvicem in pacem „ redierunt. *Hæc Petrus; qui addit:* Præterea vero „ ego ſum teſtis omni exceptione major: plurimi quo„ que mecum e gremio Eccleſiæ præſtantes viri, quod „ ſub beatiſſimo Domino Joanne Antiocheno Patriar-

„ cha

„ cha, Joannes ejusdem nominis Papa Romanus in sa-
„ cris Diptychis recitabatur. Quinetiam ante annos
„ quadraginta quinque, quum ad urbem Constantinopo-
„ lim accessissem sub beatissimo Patriarcha Domino Ser-
„ gio, inveni prædictum Papam unacum aliis Patriarchis
„ inter divina mysteria recitatum.

Hæc de supina Cerularii hallucinatione. Quod autem Acta Concilii Quinti ab hæreticis fuerint longe ante Cerularii ætatem, imo paulo post Quintam ipsam Synodum, falsata; constat ex Actis sinceris Sextæ Synodi: in quibus evidenter ostensum fuit, sermonem qui dicitur Mennæ ad Vigilium, & duas Vigilii ad Justinianum & ad Theodoram Epistolas, a Monothelitis in Codicem Sextæ Synodi fuisse assutas. Mirari subit, doctissimum Cardinalem Orsium, qui prædictam Justiniani Epistolam suppositionis arguit, nihil tale etiam de duabus Vigilii Chartis ad Justinianum ejusque conjugem Theodoram subnotasse. Id fortasse præstitisset, si ad enarranda Synodi Sextæ Acta pervenisset: In vivis tamen esse desiit, quum præstantissima ipsius Historia vix Sancti Gregorii Magni tempora attigisset. Id vero ante Orsium præstitit Eminentissimus Baronius, qui ad annum quidem 553., ubi Acta Quinti Concilii illustrat, nullum de illis Epistolis sermonem facit; eas tamen una cum Mennæ ad Vigilium Libello ab hæreticis confictas docet ad annum 680. num. 46. & seq. „ In exordio (*in-*
„ *quit*) Actionis tertiæ, ubi lecta esset Epistola Mennæ
„ Constantinopolitani Episcopi ad Vigilium Papam, le-
„ ctum est ex ea, quod una sit in Christo voluntas.
„ Tunc exsurgentes Legati Apostolicæ Sedis, vitiatum
„ esse Codicem a Monothelitis, exclamarunt, additam-
„ que illam esse Mennæ nomine ad Vigilium Epistolam,
„ sive Libellum, eo quod Acta ipsa germana id non ha-
„ berent: ejusque rei certum illud attulerunt argumen-
„ tum, quod Mennas diem obierit vigesimo primo an-
„ no Justiniani Imperatoris; Quinta vero Synodus anno
„ ejusdem Imperatoris vigesimo septimo coacta sit.

Sed, quomodo adeo patens tunc detecta sit impo-

 stura,

ſtura, ex Actis ipſis accipe. *Actione Tertia Sextæ Synodi*, facta die 13. Novembris, Indictione IX. (*an. Chr.* 680.) convenientibus in Secretario Sacri Palatii, quod Trullus vocatur, Imperatore Conſtantino, Legatis Sedis Apoſtolicæ, Patriarchis, Epiſcopis, & aliis (quorum ibi nomina recenſentur:) propoſitis in medio ſanctis Evangeliis, Paulus Imperialis Secretarius dixit. „ Secundum quod in præterito conventu interlocuta eſt a „ Deo inſtructa pietas veſtra, ecce Libros Sanctæ Quin- „ tæ Synodi in manibus habemus, & ſuggerimus ad „ quod placuerit. *Conſtantinus piiſſimus Imperator dixit*. „ Præſens Antiochus religioſus Lector & Notarius, ſu- „ ſcipiens Librum relegat. *Et accipiens, aperienſque* „ *eundem Librum, exorſus eſt principium prædicti Libri*, „ *qui ita continebat*. Sermo ſanctæ memoriæ Mennæ Ar- „ chiepiſcopi Conſtantinopoleos ad Vigilium beatiſſi- „ mum Papam Romanum, de eo quod una ſit Chriſti „ voluntas. *Et exſurgentes Legati Apoſtolicæ Sedis Romæ*, „ *exclamaverunt*. Piiſſime Domine, falſatus eſt præſens „ Liber Quinti Synodi. Nequaquam relegatur ſermo, „ qui dicitur Mennæ ad Vigilium, quia fictus eſt: ſed „ jube diligenter advertere præſentem Librum: ſatiſ- „ fieri enim habet piiſſimum veſtrum Imperium, quia „ non eſt tunc temporis poſitus in exordio, quum fie- „ rent Acta in ſancta Quinta Synodo iſte qui dicitur „ ſermo Mennæ ad Vigilium, ſed utique appoſitus eſt „ in principiis præſentis Libri, eo quod vigeſimo pri- „ mo anno Juſtiniani divinæ memoriæ obiit Mennas. „ Quinta autem Synodus vigeſimo ſeptimo anno Impe- „ rii ejus congregata eſt, Epiſcopatum tenente hujus „ Regiæ Urbis Eutychio venerabilis memoriæ: Et in- „ ſpicientes tam piiſſimus Imperator, una cum glorio- „ ſiſſimis Judicibus, & quibuſdam ex ſancta Synodo Deo „ amabilibus Epiſcopis, & aperientes ac diſcernentes, „ invenerunt tres quaterniones in principio libri addi- „ tos, non habentes ſubnotationem numeri, qui ſecun- „ dum conſuetudinem affigitur in Quaternionibus, ſed „ in quarto Quaternione habere primum numerum, &

„ in

„ in ſequenti Quaternione ſecundum, & tertium ante
„ quartum ſubſequenter: alias vero & diſſimiles eſſe li-
„ teras eorundem in exordiis ſubmiſſorum Quaternio-
„ num, in quibus continebatur ſermo, qui dicitur Men-
„ næ ad Vigilium, a literis, quæ prius ſcriptæ ſunt in
„ eodem Codice. *Conſtantinus piiſſimus Imperator di-*
„ *xit*. Hujuſmodi non relegatur ſermo. Procemium au-
„ tem geſtorum ejuſdem ſanctæ Quintæ Synodi ordina-
„ biliter relegatur. Et relectus eſt primus Liber. Con-
„ ſtantinus piiſſimus Imperator dixit: Subſequenter &
„ ſecundi Libri geſtorum ejuſdem ſanctæ Quintæ Syno-
„ di lectio proveniat. Et accipiens Petrus religioſus Dia-
„ conus & Notarius ſanctiſſimi Patriarchæ Conſtantino-
„ poleos, librum relegit. Et dum relegeretur Septima
„ Actio reperti ſunt in ea duo Libri, quaſi ex nomine
„ Vigilii ſanctæ memoriæ, qui fuit Papa Romanus,
„ unus quidem ad Juſtinianum piæ recordationis quon-
„ dam Imperatorem, alter vero ad Theodoram piæ me-
„ moriæ quondam Auguſtam, in quibus continebatur
„ ita: Anathematizamus autem & Theodorum, qui fuit
„ Epiſcopus Mopſveſtiæ, tamquam qui alienus ſemper
„ extiterit ab Eccleſiis, & Sanctis Patribus adverſarius,
„ qui non confitetur incarnatum eſſe Deum Verbum,
„ ideſt, Chriſtum eſſe unam ſubſiſtentiam, & unam per-
„ ſonam, & unam Operationem. Et exſurgentes iterum
„ Legati Apoſtolicæ Sedis antiquæ Romæ, unaque qui
„ cum eis erant Deo amabiles viri, exclamaverunt, di-
„ centes. Non faciat Deus, Domine, non dixit Vigi-
„ lius unam operationem. Non ſunt libelli Vigilii. Fal-
„ ſatus eſt hic Liber, ſicut & exordia primi Libri præ-
„ ſentis Quintæ Synodi. Nam, Domine, ſi unam ope-
„ rationem docuit Vigilius, & ſuſceptus eſt a Synodo,
„ utique & in definitione ejuſdem ſanctæ Quintæ Syno-
„ di, de una operatione vox habuit comprehendi. Dum
„ relecta ergo fuerit, piiſſime Domine, ipſa definitio,
„ inveniat Dominus omnem veritatem. Conſequenter
„ itaque & ſecundum ordinem relecto eodem Libro uſ-

„ que ad definitionem, ipsaque definitione usque ad finem relecta, nullo modo aliquid de una operatione in eadem definitione inventum est contineri. Theodorus & Gregorius venerabiles Presbyteri, & Joannes venerabilis Diaconus, Legati sanctissimi Papæ antiquæ Romæ, dixerunt: Petimus a Deo instructam vestram Serenitatem, ut tempestive prædictus Liber examinetur, ut adinventio, quæ in eo facta est, manifestetur. Constantinus piissimus Imperator dixit. Quod postulatum est, in subsequenti proveniat. Præsens vero Liber usque in finem relegatur. *Et relectus est*.

Actione xii. facta die vigesimo secundo mensis Martii, Indict. IX. (anno Chr. 681.) Constantinus Imp. per Joannem Patricium & Quæstorem misit nonnullas Macarii Patriarchæ Antiocheni Monothelitæ Chartas, quas Synodus partim jam legi audierat, partim sprevit ut lectu superfluas & ad rem non pertinentes; ideoque per Antiochum Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconum ac Notarium legi sibi jussit literas (1) Sergii Patriarchæ Constantinopolitani ad Cyrum Phasidis Episcopum, in quibus mentio fit *Libelli Mennæ ad Vigilium Papam*, his verbis. „ Sed & Mennas sanctæ memoriæ quondam Archiepiscopus a Deo conservandæ hujus Regiæ urbis, sermonem composuit acclamatum ad Vigilium quondam Sanctissimum Papam antiquæ Romæ, in quo & ipse simili modo unam voluntatem & unam magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi operationem adstruxit „. Et post finem lectionis hujus Epistolæ, idem religiosus Antiochus (2) relegit ex eodem Codice *Sermonem quasi Mennæ quondam Patriarchæ Constantinopoleos ad Vigilium Papam Romanum*. Et dum hic relegeretur, gloriosissimi Judices, & sanctum Concilium dixerunt. „ Superflua etiam præsens lectio sermonis existit, quia penitus fictus & falsus est, eo quod neque in repositis gestis

(1) Initium: ἐφάνη μὲν ἡμῖν. *Apparuit quidem nobis statim*. Tom. 7. Concil. edit. Ven. Act. XII. p. 947.

(2) Ita habent Acta VI. Synodi Act. XII. p. 950.

„ gestis hic siti venerabilis Patriarchii Epistolarum Mennæ sanctæ memoriæ hujus Regiæ urbis Antistitis, sermo qui dicitur Mennæ ad Vigilium, invenitur. Sed „ & in superius posita tertia Actiône, dum relegeretur „ primus liber gestorum sancti Quinti Concilii, inventi „ sunt additi tres falsi Quaterniones, hunc sermonem „ adstruentes „. Ita rejectus est a Synodo Sexta communibus Patrum suffragiis, tamquam *fictus, & falsus*, is sermo, qui dicitur *Mennæ ad Vigilium*. Pergunt Patres & Judices ibidem p. 951. „ Reliqua vero ejusdem „ Codicis relegantur. Item relegit idem religiosissimus „ Antiochus exemplaria Septimæ & Octavæ Actionis „ Sancti & Universalis Quinti Concilii transcripta ex Actibus principalibus rejacentibus in Venerabili Patriarchio, *μεταγραφέντα ἐκ τῶν αὐθεντικῶν πεπραγμένων τῶν ἀποκειμένων ἐν τῷ εὐαγεῖ πατριαρχείῳ*. Dum hæc igitur relegerentur, „ gloriosissimi Judices, & Sanctum Concilium dixerunt. „ Jamdudum & præsentes Septima & Octava Actiones „ dum relegerentur Sancti Quinti Concilii, declaratæ sunt „ nobis: sed & in memoria habemus, quod tunc prosecuti sunt qui ex parte Apostolicæ Sedis antiquæ Romæ, falsatam fuisse prædictam Septimam Actionem, „ eo quod sint fallaces (*καθὸ οὐκ εἰσιν ἀληθεῖς οἱ ἐν αὐτῇ „ ἐμφερόμενοι δύο λίβελλοι*, eo quod non sint veraces duo „ libelli qui in ea continentur, *οἱ ὡσανεὶ προσδοθέντες ἀπὸ „ Βιγιλίου Ἰουστινιανῷ καὶ Θεοδώρᾳ τοῖς ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ*: „ quasi porrecti a Vigilio Justiniano & Theodoræ piæ „ memoriæ. Et ergo superflua existit etiam præfatarum „ duarum Actionum lectio.

Actione xiv. facta die v. mensis Aprilis, Ind. IX. (anno 681.) ad examen revocati sunt, tam sermo qui dicitur Mennæ ad Vigilium, quam duo libelli qui dicuntur Vigilii Papæ ad Justinianum & Theodoram Augustos, & inquisitum fuit in auctores qui eos falsaverunt. Verba Sextæ Synodi accipe Act. 14. pag. 1010. „ Constantinus Deo amabilis Diaconus hujus sanctæ magnæ „ Dei Ecclesiæ, & Primicerius Deum colentium Notariorum Georgii Sanctissimi Patriarchæ hujus a Deo conser-

„ conservandæ Regiæ urbis, dixit. Notionem habet tam „ vestra gloria, quam Sanctum & universale vestrum „ Concilium, quod per Vigesimam Octavam diem transacti Martii mensis, prolati sunt a Georgio Deo amabili Diacono & Chartophylace hujus Sanctæ Magnæ „ Dei Ecclesiæ diversi libelli, aliaque opuscula dogmatica Chartacea, & libri diversi, quæ & sunt per interlocutionem vestri sancti & universalis Concilii in „ perditum tradita. Memor quoque est per omnia tam „ vestra gloria, quamque Sanctum & universale vestrum „ Concilium, quod in antelatis prolati sunt ex venerabili Patriarchio hujus a Deo conservandæ Regiæ urbis „ duo Libri in membranis Sancti Quinti Concilii, post „ factam lectionem ceterorum Conciliorum. Et quia in „ primordiis primi Libri tres Quaterniones inventi sunt „ positi in superscriptione, adstruentes Libellum qui dicitur Mennæ ad Vigilium tunc temporis Papam antiquæ Romæ, quem & accusarunt qui a parte sunt Agathonis Sanctissimi Papæ Apostolicæ Sedis antiquæ Romæ, dicentes falsum eum esse, & quia post lectionem „ hujusmodi Libri, dum legeretur etiam Secundus Liber ejusdem Sancti Quinti Concilii, inventi sunt duo „ Libelli, qui dicebantur Vigilii ad Justinianum quondam divinæ memoriæ Imperatorem & Theodoram „ quæ fuit Augusta: in quibus Libellis, qui Apostolicæ „ Sedis sunt, opposuerunt, dicentes, quod hi quoque „ Libelli falsi existunt, & quod poposcerant eosdem Libros opportune retractari. Unde suggerimus ad quod „ placuerit „.

„ Gloriosissimi Judices & Sanctum Concilium dixerunt. Interim opportune fiat de antelatis lectio. Et „ relecta sunt. Gloriosissimi Judices & Sanctum Concilium „ dixerunt. Oportet duos membraneos Libros Sancti Quinti Concilii, qui jam a Georgio Deo amabili Diacono & Chartophylace porrecti sunt, ut iterum ab eo „ in medium deducantur, ut scrupulosius cognoscatur, „ si juxta quæ memorarunt locum repræsentantes Agathonis Sanctissimi Papæ antiquæ Romæ, hæc infalsata sunt:

„ sunt: similiter autem proferri volumen chartaceum authenticum Septimæ Actionis præfati Sancti Quinti Concilii; quatenus etiam consideremus, & competenter retractemus, si immutilatum permansit. Et prolati sunt iidem duo Membranacei Libri, & Volumen Chartaceum ab eodem Georgio Deo amabili Chartophylace. Gloriosissimi Judices & sanctum Concilium dixerunt. Edicat Georgius Deo amabilis Diaconus & Chartophylax sanctæ hujus magnæ Dei Ecclesiæ, si Libri duo, qui prolati sunt, & Chartaceum volumen, ipsa sunt quæ dudum protulerat. Georgius Deo amabilis Diaconus & Chartophylax dixit. Pro certo, Domini, hi sunt duo Codices, qui continent Acta sancti Quinti Universalis Concilii, & Tomum authenticum Septimæ Actionis ejusdem Sancti Quinti Concilii, & quemadmodum & jamdudum protuleram. Subtilius autem in Bibliotheca venerabilis Patriarchii scrutatus, inveni & alium Chartaceum Librum ejusdem Sancti Quinti Concilii, quem & defero, &, si videtur Sancto vestro Concilio, jubeat hunc me proferre. Sanctum Concilium dixit. Librum Chartaceum, quem Georgius Deo amabilis Diaconus, & Chartophylax hujus Venerabilis Patriarchii præ manibus gerere prosecutus est sancti Quinti Concilii, proferat ad conferendum cum duobus Membranaceis Libris, jam ab eo prolatis. Et prolati sunt „.

„ Sanctum Concilium dixit. Transeat in medium Georgius Deo amabilis Diaconus & Chartophylax, tactisque propositis sacrosanctis Christi Dei nostri Evangeliis, satisfaciat nobis, si præsignati hi duo Libri, & Volumen, quomodo ea invenit, & in Bibliotheca venerabilis Patriarchii percepit, ita etiam nunc sunt. Tangens igitur proposita Sacrosancti Dei Eloquia idem Deo amabilis Diaconus & Chartophylax Georgius, dixit. Per istas sanctas virtutes, & Deum qui locutus est per eas, cum veritate hi duo Libri membranacei sancti Quinti Concilii, & Volumen Septimæ Actionis ejusdem sancti Quinti Concilii, juxta quod jam &

προν-

„ προηνέχθησαν καὶ προεκομίσθησαν producti (1) sunt & prolati, ita etiam nunc, τυγχάνουσιν ἀκριβῶς, accurate (2) se habent, sicut & pridem eos in Bibliotheca venerabilis Patriarchii inveni atque suscepi. Et neque additum est quidquam a me, neque subtractum per me, neque cum conscientiá mea a quoquam omnium. Sed & Liber Chartaceus ejusdem sancti Quinti Concilii, qui in præsenti inventus est in eadem Bibliotheca venerabilis Patriarchii, ita est, sicut ibidem inventus est depositus.

„ Et surgentes Reverendissimi Episcopi ejusdem sancti Concilii, assumentesque in manibus tam prædictos duos Libros membranaceos, & volumen Chartaceum, accurateque eadem loca inspicientes quæ accusata sunt, eaque conferentes cum chartaceo Libro, quem in recenti protulerat Georgius Deo amabilis Diaconus & Chartophylax, necnon & cum aliis antiquis Chartaceis Libris ejusdem sancti Quinti Concilii, dixerunt. *Hos duos Libros in membranis*, qui prolati sunt a Georgio Deo amabili Diacono & Chartophylace hujus sanctæ magnæ Regiæ urbis Ecclesiæ, & *Volumen Chartaceum* Septimæ Actionis sancti Quinti Concilii considerantes, secundum quod poposcerunt locum repræsentantes Agathonis sanctissimi Papæ Apostolicæ Sedis antiquæ Romæ, & hæc conferentes tam cum nunc prolato synodico *chartaceo Libro*, quamque cum aliis *Libris antiquis chartaceis* ejusdem sancti Quinti Concilii; & invenientes eosdem duos membranaceos Libros & Volumen chartaceum septimæ Actionis, sibimet quidem consonantes, adjectiones vero habentes tam Librum qui dicitur Mennæ ad Vigilium, & a Vigilio quasi duos Libellos ad Justinianum divæ memoriæ quondam Imperatorem, & Theodoram ejus conjugem, in quibus Libellis, ἔδοξε καὶ ἀναθεματίζειν, „ visus

(1) Lat. *Excusi sunt.*
(2) Lat. *Manifestati sunt.*
(3) *Δύο ἐν σώμασι βιβλία, καὶ τὸ χαρτῷον εἰλητάριον· καὶ ἀντιβαλόντες αὐτὰ πρὸς τὸ χαρτῷον βιβλίον, καὶ πρὸς ἕτερα χαρτῷα βιβλία τῆς αὐτῆς ἁγίας πέμπτης συνόδου.*

„ visus est & anathematizare Theodorum Mopsvestenum
„ Episcopum, & Epistolam quæ dicitur Ibæ, & scripta
„ Theodoreti contra duodecim Capitula sanctæ memo-
„ riæ Cyrilli Alexandriæ quondam Episcopi; δογματι-
„ κῶς τε δοκεῖ ὁρίζειν ἐν αὐτοῖς ἐπὶ λέξεως οὕτως, nec non
„ dogmatice videtur in ipsis definire, his verbis: Ana-
„ thematizamus autem & Theodorum quondam Episco-
„ pum Mopsvestenum, utpote qui alienus semper ab Ec-
„ clesiis extitit, & sanctissimis Patribus adversarius,
„ qui non confitetur incarnatum esse Dei Verbum, id-
„ est, Christum esse unam subsistentiam, & unam perso-
„ nam, & unam operationem. Hæc cognovimus, quem-
„ admodum & affirmant qui ab Apostolica Sede antiquæ
„ Romæ sunt, neque facta, neque scripta fuisse in tem-
„ pore memorati sancti Quinti Concilii; sed adjectos
„ quidem esse tres Quaterniones in primo Libro sancti
„ Quinti Concilii, in quibus videtur Libellus, qui di-
„ citur Mennæ. Posthæc & in secundo Libro circa se-
„ ptimam Actionem mutatum quidem fuisse quintumde-
„ cimum Quaternionem, adjectumque esse quadrifolium
„ τετράφυλλον ἀνεπίγραφον, non superscriptum, ante de-
„ cimum sextum Quaternionem, in quo feruntur duo
„ Libri Vigilii, qui dicuntur facti fuisse ad Justinianum
„ & Theodorum divæ memoriæ, utrisque nullam lite-
„ ram habentibus. Hos vero, qui falsaverunt præfatos
„ duos Libros, & chartaceum Volumen, ex illorum vo-
„ cabulis malitiose adversus recta dogmata hæc interji-
„ cientes, eo quod neque in hunc prolatis antiquis &
„ immutilatis Libris ejusdem Quinti Concilii, neque
„ in chartaceo Libro, qui in recenti inventus est apud
„ Bibliothecam venerabilis Patriarchii, rejacent iidem
„ ipsi Libelli, seu Mennæ ad Vigilium, sive a Vigilio
„ ad Justinianum & Theodoram divæ memoriæ: sed hos
„ fallaciter invenientes insertos, utpote qui diabolica
„ operatione per eos qui hæc falsaverunt, sint complices;
„ chartaceum quidem volumen, quod falsatum est, de-
„ cernimus cassari in locis, in quibus adjectiones sunt fa-
„ ctæ. Verum Libros etiam eos obelis obduci in locis, in

„ quibus depravati ſunt, & caſſari eos. Illos autem qui
„ falſaverunt, anathemati ſubmitti, & nominatim cum
„ eis anathematizari Libellum qui dicitur Mennæ ad
„ Vigilium, & duos Libellos quaſi a Vigilio ad Juſti-
„ nianum & Theodoram divæ memoriæ.

„ Macrobius Reverendiſſimus Epiſcopus Seleuciæ
„ Iſauriæ dixit. Suggero veſtræ gloriæ & huic ſancto at-
„ que univerſali Concilio, quod pervenit ad me Liber
„ ſancti Quinti Concilii, datus mihi a quondam Philip-
„ po Magiſtro Militum Imperialis Obſequii. Quem re-
„ legens, inveni eum falſatum eſſe in ſeptima Actione.
„ Et interrogans eundem Philippum: quia alicui dediſti
„ hunc Librum? dixit mihi: Quia Stephano diſcipulo
„ Macarii cum dedi. Literæ vero, in quibus falſitas
„ Libri facta eſt, propriæ manus Georgii Monachi, τȣ̃
„ κατὰ Μακάριον, apud Macarium ſtantis, certe ſunt.
„ Quia quum eſſet Patriarcha meus ipſe Macarius, in-
„ grediebar in domum ejus, & aſpiciebam eundem Geor-
„ gium Monachum ſæpius ſcribentem, & ſcio accurate
„ quia propriæ ejus manus ſunt. Peto itaque tam ve-
„ ſtram gloriam, quamque ſanctum Concilium, ut ad
„ medium veniat ſupraſcriptus Georgius Monachus, &
„ de hoc interrogetur.

„ Glorioſiſſimi Judices & ſanctum Concilium dixe-
„ runt. Georgius religioſus Monachus, cujus mentio fa-
„ cta eſt, in medium veniat. Et ingreſſus eſt. Glorio-
„ ſiſſimi Judices & ſanctum Concilium dixerunt. In me-
„ dio aſſiſtenti Georgio religioſo Monacho præſens Li-
„ ber oſtendatur, ut cognoſcat, ſi literæ propriæ ejus
„ manus ſunt, quæ (1) in addito ipſi Libro Bifolio
„ ſcriptæ ſunt, εἰ ἰδιόχειρα ἀυτȣ̃ τυγχάνȣσι τὰ ἐν τῷ ἐκ
„ προσθήκης ὄντι ἐν ἀυτῇ διφυλλίῳ ὑπάρχοντα γράμματα.
„ Georgius religioſus Monachus intuens in eundem Li-
„ brum, dixit. Hic Liber, qui nunc prolatus eſt a Ma-
„ crobio ſanctiſſimo Metropolitano Seleuciæ, mihique
„ oſtenſus eſt, Philippi Magiſtri Militum Imperialis Ob-
„ ſequii erat. Ipſe autem Philippus vicinus erat patris
„ Ste-

(1) Lat. Quæ poſt additamentum in ſexto folio ſcriptæ ſunt.

„ Stephani, τοῦ πεσόντος τοῦ (1) κατὰ Μακαρίου τοῦ αἱρετικοῦ, qui cecidit cum Macario hæretico. Quando ergo „ facta est quæstio (2) inter Theodorum, qui fuit Pa- „ triarcha a Deo conservandæ hujus Regiæ urbis, & „ præfatum Macarium de fide, tulerunt paria Libello- „ rum, qui dicuntur Vigilii, de Patriarchio, sicut di- „ xerunt Macarius & Stephanus, & scripsimus in Qua- „ terniones, & oblati sunt ab eis piissimo nostro Prin- „ cipi. Præsumptione autem accepta, qui erant circa „ Stephanum & Macarium, utpote qui obtulerunt Prin- „ cipi eosdem Quaterniones, unicuique ad eos venien- „ ti monstrabant. Idem vero Philippus habuit hunc Li- „ brum, & adduxit eum ad Stephanum hæreticum, ut „ eum consideraret, dicens: quia veniens de Occiden- „ te, adduxi Librum Quinti Concilii, & vide, si bene „ habet: nam hic Codex non habuit Libellos, qui di- „ cuntur Vigilii: Et dixit ei Stephanus hæreticus: ut „ scias, quia minus habet. Idem ergo Philippus roga- „ vit eum dicens: siquid scis, quia deest, imple. Et „ ipse Stephanus dixit mihi, ut scriberem eosdem Li- „ bellos. Et scripsi de memoratis exemplaribus, & de- „ di eidem Stephano: & in veritate hæc propriæ ma- „ nus meæ sunt, & cognosco ea. Non solum autem in „ hoc Libro addiderunt istos, qui dicuntur Libelli Vi- „ gilii, sed quanticumque Libri Quinti Concilii ad eos „ pervenerunt non habentes Libellos qui dicuntur Vigi- „ lii, addiderunt idem Macarius & Stephanus. Incidit „ autem eis & alius Latinus Codex Quinti Concilii, „ quem dixerunt sex solidis comparasse ab uxore, quæ „ fuit quondam Innocentii Patricii. De Capitulo autem „ ejusdem Latini Libri certissime scit Constantinus Re- „ verendissimus Presbyter hujus sanctæ magnæ Dei Ec- „ clesiæ, & Latinus Grammaticus.

„ Gloriosissimi Judices & Sancta Synodus dixerunt. „ Edicat præsens Constantinus Deo amabilis Presbyter „ & Grammaticus Latinus, si verum dicat Georgius

 „ reli-

(1) Leg. μετὰ.

(2) Theodorus Constantinopolitanus Patriarcha post Constantinum ab anno 676. ad 678.

„ religiosus Monachus de illo Libro Latino, cujus mentionem fecit. Constantinus Deo amabilis Presbyter & Grammaticus Latinus dixit. Scio Domine, temporibus Pauli (1) quondam Patriarchæ, venisse Fortunium, qui fuit Episcopus Carthaginensis: & quum Missas acturus esset in Sancta magna Dei Ecclesia, quæsitum est, quomodo sedere debuisset, utrum ne ante Metropolitanos, qui hic morabantur, an post eos. Et requirente eodem Paulo quondam Patriarcha in Bibliotheca Patriarchii Librum Quinti Concilii, ut cognosceret, quomodo sedere debuissent, contigit, ut inveniretur & Latinus Liber ejusdem Concilii. Et exinde instructus idem Paulus, fecit eum ordinabiliter sedere. Protulit vero eundem Librum de Bibliotheca, & dixit mihi: Aspice illum, si secundum Chartaceum authenticum volumen Septimæ Actionis Sancti Concilii completum est. Et inveni eundem Latinum Librum in Septima Actione minus habentem ad illud volumen Chartaceum. Et dixit mihi idem Paulus Patriarcha: Quia assume tecum Sergium Diaconum, qui dicitur Antipisidias, quia bonus Scriptor est, & ostende ei, quomodo debeat Litteras Latinas scribere, & adde quæ minus sunt: Sunt autem quæ addidimus in eodem Latino Libro in Septima Actione, Libelli qui dicuntur Vigilii Papæ Romani, quos & interpretatus sum Latine ex ipso volumine, &, ut dictum est, scripsit ipse Sergius Diaconus. Quæ vero scripta sunt ab eodem Sergio Diacono, qui dicitur Antipisidias, interposuit in eodem Latino libro Theodorus Librarius qui habuit Stationem ad S. Joannem & Phocam. *Hæc*, domini, in veritate scio facta fuisse.

„ Gloriosissimi Judices & Sanctum Concilium dixerunt. Præsens Sergius Deo amabilis Diaconus inaudiens quæ a Constantino Deo amabili Presbytero & Latino Grammatico dicta sunt, quæ scit, cum omni veritate prosequatur. Sergius Deo amabilis Diaconus „ San-

(1) Paulus, dejecto Pyrrho, Constantinopolitanam Sedem rexit ab anno 641. ad 655.

„ Sanctæ magnæ Dei Ecclesiæ dixit. Ante hos multos „ annos convocavit me Paulus quondam Patriarcha Con„ stantinopolitanus, & dixit mihi: Vide quæ interpre„ tatur domnus Constantinus Grammaticus Latinus ex „ volumine Quinti Concilii, & scribe in Latinis lite„ ris. Et hæc audiens ab eo, sicut servus & subjectus „ obedivi, & scripsi, & dedi ea domno Constantino „ Grammatico & Presbytero.

„ Sanctum Concilium exclamavit. Anathema Libro „ qui dicitur Mennæ ad Vigilium, & qui eum finxerunt „ sive scripserunt. Anathema Libellis, qui dicuntur fa„ cti fuisse a Vigilio ad Justinianum, & Theodoram „ divæ memoriæ, qui & sunt falsi demonstrati. Anathe„ ma simul omnibus qui falsaverunt Acta Sancti & Uni„ versalis Quinti Concili. Anathema qui docuerunt & „ exposuerunt, docentibusque vel postea docturis unam „ voluntatem & unam operationem in Incarnationis di„ spensatione D. N. Jesu Christi veri Dei nostri, unius „ de Sancta Trinitate. Sanctorum Quatuor Conciliorum „ sempiterna memoria. Sancti Quinti Concilii sempiter„ na memoria. „

Genuina hæc Sextæ Synodi Acta, quibus Act. 3. 12. & 14. inquisitum fuit a Patribus in adjectiones illas, quas hæretici in Quintum Concilium intruserant, planum manifestumque faciunt, primo quidem non in omnibus, sed in paucis ejusdem Quinti Concilii exemplaribus Græcis, hæretica manu obstetricante, confictos illos Mennæ ad Vigilium, & Vigilii ad Justinianum ac Theodoram Libellos obrepsisse: deinde id quoque ostendunt, Libellum quidem, qui dicitur Mennæ ad Vigilium, usque a temporibus Sergii Patriarchæ Constantinopolitani, qui ab anno 610. ad 639. sedit, jam in vulgus emissum fuisse: nam idem Sergius in Epist. ad Cyrum Phasidis Episcopum scripta, juxta Pagium, anno Chr. 626. (quæ Act. XII. Sextæ Synodi recitatur:) disertam ipsius libelli mentionem facit, in hæc verba: *Sed & Mennas Sanctæ memoriæ quondam Archiepiscopus a Deo conservandæ hujus Regiæ urbis, sermonem composuit acclamatum ad Vigilium quon-*

quondam Sanctissimum Papam antiquæ Romæ, in quo & ipse simili modo unam voluntatem & unam magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi operationem adstruxit. Et in Libello Synodico, de Constantinopolitana pseudosynodo ab eodem Sergio Patriarcha anno 626. habita, sic legitur: *Heraclius bello contra Persas divinitus suscepto* (anno nempe 622.) *Phasidem fluvium in potestatem redegit* (anno scil. 626.) *ubi quidam Acephalorum* (Paulus nempe Monoculus) *quæstionem de voluntatibus & operationibus ei suggessit. Quam quidem quæstionem magis quum Cyro Phasidis Episcopo communicasset, & uterque dubitaret, Sergio Constantinopolitano isthæc renunciarunt. Ille vero hæretico instituto Synedrio, & Acta Mennæ particulatim considerans, unam voluntatem in Christo Deo & Servatore nostro esse, Imperatori Heraclio rescripsit*. Denique in Epistola ejusdem Sergii Patriarchæ ad Honorium Papam, scripta anno 634. (quam Pagius ad ann. 626. n. 12. & Baronius ad ann. 633. n. 10. recitat; exstat autem Act. XII. Sextæ Synodi Tom. VII. Concil. edit. Ven. pag. 951.) postquam Sergius narravit, Paulum Monoculum Severianum congressum esse cum Heraclio Augusto, quum is ad partes Armeniæ venisset, anno scil. 622., subjungit: *Post aliquod vero tempus idem a Deo confirmatus Imperator in Provinciam Lazorum adveniens* (anno 626.) *recordatus est disputationis, quam, sicut diximus, fecerat ad Paulum illum hæreticum in præsentia Cyri sanctissimi tunc quidem ejusdem Christo amabilis Lazorum provinciæ Metropolitanum Sedem tenentis, nunc autem magnam Alexandriam regentis. Prædictus igitur sanctissimus Vir his auditis, ejus serenitati respondit, nescire subtiliter, utrum unam, an duas operationes Christi veri Dei nostri adstruere necesse sit. Ergo per Jussionem ejus pietatis, per literas proprias interrogavit nos prædictus sanctissimus Vir, utrum unam operationem an duas in Salvatore nostro necesse sit dicere: etsi quosdam noscamus Sanctorum & beatissimorum Patrum unam dicentes operationem. Unde nos, quæ nostræ erant scientiæ, per nostra rescripta ei significavimus: dirigentes etiam sermonem ac-*

clu-

clamatorium Mennæ ſanctiſſimi quondam Patriarchæ hujus a Deo confirmandæ Regiæ urbis, porrectum ab eo hic præſenti Vigilio ſanctæ memoriæ Prædeceſſori Sanctitatis Veſtræ habentem & diverſa teſtimonia de una operatione & una voluntate Salvatoris noſtri Chriſti veri Dei noſtri. Itaque ante Sergii Patriarchæ tempora (aut ſaltem ante annum 626.) jam in vulgus prodierat falſus & fictus ille *ſermo acclamatorius*, *qui dicitur Mennæ ad Vigilium Papam*: quem ſermonem poſtea ab hæreticis monothelitis in tribus quaternionibus deſcriptum, auſus eſt eorum quiſpiam (Macarius nempe Antiochenus Patriarcha, aut Stephanus ejuſdem diſcipulus & in hæreſi particeps:) *in primo Libro ſancti Quinti Concilii adjicere*, quemadmodum Acta Sextæ Synodi oſtendunt. Duos vero illos Libellos, qui dicuntur Vigilii ad Juſtinianum ac Theodoram Auguſtos, ab iiſdem Monothelitis & confictos fuiſſe, & in ſecundo Libro Sancti Quinti Concilii circa Septimam Actionem in Quadrifolio deſcriptos inter quintumdecimum & ſextumdecimum Quinternionem, manu hæretica, adjectos fuiſſe, eadem Acta demonſtrant; etenim neque in authenticis Græcis, neque in Latinis antiquis Codicibus Quinti Concilii, aut Sermonem Mennæ ad Vigilium, aut Vigilii Libellos ad Juſtinianum ac Theodoram, inveniri, Patres ejuſdem Synodi Sextæ teſtati ſunt, iidemque, a quibus Monothelitis in duos Membranaceos Codices & in volumen chartaceum ejuſdem Quintæ Synodi intruſi ſint, diligenti facta inquiſitione, palam fecerunt.

Eminentiſſimus Baronius in notis ad Actiones Sextæ Synodi 3. 12. & 14. *Lecta eſſe* ſcribit *Mennæ & Vigilii Papæ ſcripta, eademque eſſe ſuppoſita redarguta atque anathemati tradita*. Neque enim in Græcis, neque in Latinis ejus Synodi Actis, quotquot in Oriente vel in Occidente extabant aut extant, ea ſcripta reperiri potuere aut poſſunt, præter Codices illos a Monothelitis falſatos, & præter Codicem Baluzianum, qui ex iiſdem corruptis falſatiſque olim Codicibus promanat. Baluzius tamen, & Pagius contendunt, ſcripta illa fuiſſe quidem

quidem & esse genuina, sed falsata tantum & corrupta quoad adjectionem illam de una Christi Domini voluntate & una operatione. Verba Pagii ad an.680. n.9. & seq. accipe. *Hæc Acta Baluziana recens e tenebris eruta septimo Ecclesiæ sæculo ex Occidente in Orientem retulit Philippus Magister Militum Imperialis Obsequii, ut discimus ex Actione* XIV. *Concilii Sexti in Tomo* VI. *Concil. pag.*981. *&* 984. *in qua Actione etiam legimus, eorumdem Actorum exemplar Latinum inventum fuisse Constantinopoli in Bibliotheca Patriarchii*. At vero Pagius, vir cæteroquin acutissimus, debuerat animadvertere, Latinum Codicem, tam qui à Philippo magistro militum ex occidente in Orientem delatus fuerat, quam qui in Bibliotheca Patriarchii Cònstantinopolitani jacebat, non eas adjectiones continuisse, quæ in Baluzianis Actis extant; sed eas ipsas adjectiones ab hæreticis Monothelitis in ipsum Philippi Magistri Latinum Codicem esse intrusas. Recole quæ superius ex Actione XIV. recitata sunt de Codice Philippi Magistri militum, deque Codice Latino, qui à Patriarcha Paulo Constantinopolitano inspectus fuit tum, quum Fortunius Chartaginensis Episcopus Byzantium accessit. Uterque enim Latinus Codex inventus est in Actione VII. Concilii Quinti, minus habens ad illud volumen chartaceum, & ad illos duos membraneos Codices, in quibus hæretici Libellos Vigilii ad Justinianum ac Theodoram adjecerant.

Pergit ibid. Pagius. *Continet ea editio* (Baluziana) *nonnulla, de quibus actum est ingentibus animis in Sexta Synodo, ubi ea falsitatis sunt accusata. Nam in Act. 3. dum relegeretur septima sessio Quintæ Synodi, ubi ventum est ad Epistolas Vigilii ad Justinianum Imperatorem, & Theodoram ejus uxorem, quæ extant* (1) *in eadem nova collectione Baluziana, & in quibus Tria Capitula damnantur, Legati Apostolicæ Sedis exclamaverunt, eas non esse Vigilii, & falsatum esse hunc Librum Gestorum Quintæ Synodi. Quod etiam confirmatur ex iis quæ*

(1) Non tamen exstabant in Latinis Codicibus Philippi, & Patriarchii Constantinopolitani, neque in antiquis Græcis.

quæ referuntur in Act. 12. & in 14. Sextæ Synodi. Quare quum examinarentur Codices Quintæ Synodi, in quibus Epistolæ illæ Vigilii exstabant (1), *constitit illos olim desideratos fuisse in antiquis* (2), *additosque non ita multo ante fuisse tres Quaterniones novos in initio Synodi: in septima vero Actione, in qua continentur duæ illæ Vigilii Epistolæ, mutatum fuisse quintumdecimum Quaternionem, adjectumque esse quadrifolium non superscriptum ante decimum sextum Quaternionem, in quo feruntur duo Libelli seu Epistolæ Vigilii. Quamobrem Patres decrevere, chartaceum Volumen, quod falsatum erat, cassari in locis, in quibus adjectiones erant factæ, & anathema dixerunt Libellis qui dicuntur scripti fuisse a Vigilio ad Justinianum & Theodoram*. Adjectiones ab hæreticis factæ circa septimam Actionem, non consistebant in illis Voculis, *unius operationis & unius voluntatis*, sed in corpore Epistolarum Vigilii ad Justinianum & Theodoram: hæ enim Epistolæ in nullis authenticis Actis Synodi Sextæ extabant, uti ostensum fuit. Quum igitur Patres Sextæ Synodi *cassari* jusserunt *Volumen chartaceum duosque illos membraneos Codices in locis, in quibus adjectiones erant factæ, & anathema dixerunt Libellis qui dicuntur scripti a Vigilio ad Justinianum ac Theodoram*, sole clarius demonstrant, eas Epistolas ab initio ad finem falsas fuisse & confictas, illasque ab Actione VII. debere omnino expungi tamquam adulterinum foetum. Hæc certe aperta est Patrum mens. Quid vero Pagius? prosequitur in hæc verba: *Verum hæc Epistolis illis Vigilii auctoritatem non abjudicant: non enim falsæ illæ dicuntur, sed falsatæ & corruptæ ab iis, qui testimoniis illarum abuti volebant ad confirmandam opinionem suam de una in Christo voluntate & operatione. Primum quippe ex verbis Georgii Monachi relatis in Act. 14.*

(1) Dicere debuit Pagius, *in quibus Epistolas illas ab hæreticis intrusas constitit*.

(2) Imo in omnibus Codicibus, in quos hæretici impias manus non injecerant. Idem Pagius num. 10. fatetur, constare, binas illas quæ Vigilii dicuntur Epistolas defuisse in Codice, quem ex Occidente Philippus Magister Militum adduxerat. Ergo a Baluzianis Actis discrepat Codex Philippi, & Pagius sibi ipse non constat.

apparet, paria Libellorum seu Epistolarum accepta fuisse de Patriarchio, illos postea in quaternionibus fuisse scriptos, & Imperatori Constantino Pogonato oblatos, Latine versos a Constantino Grammatico, postremo adjectum fuisse quadrifolium, idest, quaternionem ante decimum sextum quaternionem Quintæ Synodi, & in hoc quadrifolio scriptos fuisse duos illos libros Vigilii ad Justinianum & Theodoram. Et paulo post. *Deerant sane Libelli illi in Codice Latino Bibliothecæ Patriarchalis Constantinopolitanæ usque ad tempora Pauli Patriarchæ, qui anno* 641. *sedere cœpit. Verum tametsi descripti non essent in illo Codice, extabant in Græco authentico, uti nunc exstant Tom.* VI. *Concil. pag.* 984. *Et ex eo rursum accepti videntur tempore Theodori Patriarchæ, qui a triennio depositus fuit. Colligi istud potest ex his verbis Georgii Monachi* Tom. VI. Concil. pag. 981. *Quando ergo facta est quæstio inter Theodorum qui fuerat Patriarcha a Deo conservandæ hujus Regiæ Urbis, & præfatum Macarium de fide, tulerunt paria Libellorum, qui dicuntur Vigilii, de Patriarchio, sicuti dixerunt Macarius & Stephanus, & scripsimus in quaterniones, & oblati sunt ab eis piissimo nostro Principi. Accepti ergo fuerunt ex Archivo publico, & ex sacro Scrinio Ecclesiæ Constantinopolitanæ, uti post tam luculentum testimonium eos extitisse, dubium esse non potest*. Quis vero dubitaverit, eos extitisse in Patriarchio Constantinopolitano? Verum difficultas in eo non est, quod antequam Sexta Synodus haberetur, Libelli illi in Patriarchio extiterint nec ne; sed in eo sita est, utrum, & quando, & a quibus, Libelli illi in duos membraneos Codices, & in Volumen chartaceum Patriarchii Constantinopolitani sint intrusi. Patres namque Synodi Sextæ, facta inquisitione, demonstrarunt, in Actis quidem genuinis, quæ in Patriarchio exstabant, illos Libellos non exstitisse; adjectos autem fuisse non ita pridem, & insertos *tres quaterniones novos in initio Synodi; in septima vero Actione, mutatum fuisse quintumdecimum quaternionem, adjectumque esse quadrifolium non superscriptum ante decimumsextum quaternio-*

ternionem : idque in eo *chartaceo Volumine* admissum fuisse, quod *Authenticum septimæ Actionis* appellatur: tempus denique factæ illius impiæ adjectionis designant, auctoribus nempe Macario ejusque discipulo Stephano; apertisque verbis affirmant, *neque facta*, *neque scripta fuisse* (paria nempe illarum, quæ dicuntur Vigilii Epistolarum, nec non Libellum Mennæ ad Vigilium:) *in tempore memorati sancti Quinti Concilii*. Quid ergo, si falsati illi Codices *accepti sunt ex Archivo publico*? nonne constitit, Libellos illos fuisse confictos & in authenticum volumen intrusos?

Hæc pro veritate dicta sint, validissimis, ut puto, argumentis adversus Baluzianas illas adjectiones ex ipsa rerum gestarum serie petitis. Accedit ineluctabilis alia ratio, qua ostenditur, non modo falsatas esse Vigilii Epistolas quoad *unam operationem & unam Christi voluntatem*, uti Pagius etiam affirmat, sed etiam *falsas esse* quoad totum ipsarum contextum. Jam vidimus ex Actis Quintæ Synodi manifestum fieri, Patres & gloriosissimos Judices de Vigilio Papa testatos fuisse, illum nempe & viva voce & scriptis *Tria Capitula* semper damnasse & exsecratum fuisse, idque potissimum apparere ex ejusdem productis Epistolis, ad *Valentinianum* Scythiæ Episcopum, & ad *Aurelianum* Arelatensem, necnon ex condemnatione ab ipso prolata *adversus Rusticum & Sebastianum* Diaconos Romanæ Sanctæ Ecclesiæ. Certum tamen est, tam in hisce Vigilii Epistolis, quam in Judicato, & Constituto, quorum primum ad Mennam editum fuerat die 11. Apr. anno 548. alterum ad Justinianum prodierat pridie Idus Maji, hoc est die 14. Maji anno 553. die nempe undevigesimo ante (1) postremam Synodi Quintæ collationem;) Vigilium Papam in ea semper mente perstitisse, ut tria quidem Capitula exsecraretur; personis tamen parcendum esse decerneret. Sic enim in ipsius Constituto ad Justinianum Imperatorem dire-

(1) Synodi v. postrema collatio ac definitio edita fuit anno 553. IV. Nonas Jun. (idest die 2. Junii) anno 27. Justiniani, Post Consulatum Basilii anno 12.

directo, loquitur de Theodoro ejusque (1) scriptis. *Quibus omnibus diligenter inspectis, quia licet diverso Patres nostri verborum modo, unius tamen ductu intelligentiæ differentes, illæsas Sacerdotum in pace Ecclesiastica Defunctorum servavere personas, idemque regulariter Apostolicæ Sedis quæ supra diximus, definiunt Constituta: nulli licere noviter aliquid de mortuorum judicare personis; sed in hoc relinqui, in quo unumquemque dies supremus invenit, & specialiter de Theodori Mopsvesteni nomine, quid sancti Patres nostri disposuerint, superius evidenter expressum est: eum nostra non audemus damnare sententia, sed nec ab alio quopiam condemnari concedimus: absit tamen, ut suprascripta* (2) *Capitula dogmatum, quæ secundum subjectos intelligentiæ sensus a nobis constat esse damnata, vel quæcumque dicta cujuslibet sine nomine prænotata, Evangelicis tamen & Apostolicis, ac quatuor Synodorum, Nicænæ, Constantinopolitanæ, Ephesinæ primæ atque Chalcedonensis, & Apostolicæ Sedis, non congruentia consonaque doctrinis, non solum sensu, sed vel etiam aure patiamur admittere*. De Theodoreto vero (3) ejusque scriptis: *Hac ergo rerum veritate perpensa, statuimus atque decernimus, nihil in injuriam atque obtrectationem probatissimi in Chalcedonensi Synodo viri, hoc est, Theodoreti Episcopi Cyri, sub taxatione nominis ejus a quoquam fieri vel proferri: sed custodita in omnibus personæ ejus reverentia, quæcumque scripta vel dogmata ejus, aut alterius cujuslibet nomine prolata, sceleratorum Nestorii atque Eutychetis manifestantur erroribus consonare, anathematizamus atque damnamus*. Idem ipsum judicium fert de Ibæ persona, ejusque (4) Epistola: nimirum, *ex verbis Epistolæ Viri Venerabilis Ibæ rectissimo ac piissimo intellectu perspectis, & ex gestis apud Photium & Eustathium habitis, & ex ipsius Ibæ Episcopi præsentis a præsentibus intentione discussa, Patres nostros in Chalcedone residentes justissime Orthodoxam ejusdem Viri Venerabilis Ibæ Episcopi pronun-*

(1) Tom. 5. Concil. edit. Venet. pag. 1349.

(2) Capitula LX. ex Theodori scriptis desumpta, idem Vigilius Papa superius damnaverat.

(3) Concil. Tom. v. pag. 1350.

(4) Tom. 5. pag. 1354.

nunciasse fidem, & reprehensionem Beati Cyrilli, quam humanitus per errorem intelligentiæ evenisse cognoverant, congrua satisfactione purgatam; præsentis sententiæ nostræ auctoritate statuimus atque decernimus, cum in omnibus, tum etiam in sæpius memorata Venerabilis Ibæ Epistola, intemeratum Patrum in Chalcedone residentium manere judicium.

Itaque quum authentica Vigilii scripta, ante definitionem Quintæ Synodi edita, palam faciant, ipsum semper quidem *Tria Capitula* damnasse, uti etiam Patres Quinti Concilii de ipso sæpe testantur; personis tamen parcendum esse, decrevisse: hoc vel solo argumento, suppositionis convincuntur duo illi, qui dicuntur Vigilii ad Justinianum ac Theodoram Libelli, in quibus inducitur Vigilius non solum Theodori scripta, sed ipsum etiam Theodorum anathematizans in hæc verba. *Hoc ergo non faciat æstimare vestram Pietatem, quia hæreticos defendo. Ecce enim satis faciens vestro invicto Imperio, subscripsi in hac charta, anathematizans Epistolam Ibæ, quæ dicitur ad Marim Persam directa, anathematizans vero & dogmata Theodoreti, anathematizans autem & Theodorum qui fuit Episcopus Mopsvestiæ, sicut alienum semper ab Ecclesiis, & Sanctorum Patrum adversarium.* Falsitatis etiam convincitur adjectum in eadem VII. Actione, quod dicitur *Vigilii Juramentum*, in præsentia Theodori Cæsareæ Episcopi & Cethegi Patricii præstitum, in quo præter Ibæ Epistolam, & præter Theodoreti scripta, etiam Theodorus Mopsvestenus cum scriptis suis anathematizatur. Quid? quod & in ipsa sententia adversus Rusticum & Sebastianum prolata, & in Epistolis ad Valentinianum & Aurelianum Episcopos directis, quæ Actione VII. a Patribus recitantur, non modo non apparet Theodori personæ damnatio a Vigilio facta, quin potius colligitur, anathematizatis tribus Capitulis, a Vigilio fuisse personis parcitum. Invehitur quippe Vigilius in Rusticum Diaconum & affinem suum, quod quum ipse Theodori scripta dumtaxat damnas-

(1) Tom. 5. pag. 182.

damnasset ; Rusticus nunc quidem dictitaret, & personam ejus esse damnandam : postea vero mutata sententia, non personam solum, sed & scripta non esse anathematizanda, cum nonnullis Occidentis Episcopis affirmaret. *Ad hoc malitia tua perducta est* (ait Vigilius Papa ad Rusticum) *ut nostra admonitione contemta in odium potius prosilires, & accusationem quæreres, quatenus causa Capitulorum, idest, de dictis Theodori Mopsvesteni ejusque persona, sed & Epistola quæ ab Iba ad Marim Persam perhibetur scripta, necnon & dictorum Theodoreti quæ contra rectam fidem & Epistolam beatæ recordationis Cyrilli synodicam ad Nestorium cum duodecim Capitulis . . . quæ, te etiam instante, certum est flagitata, ita ut filiis nostris Sapato & Paulo Diaconis, sed & Surgentio Notariorum Primicerio, clamitares, dicens, non solum nomen & scripta Theodori Mopsvesteni a nobis debere damnari, sed & territorium ejus ipsum ubi positus est, etsi ossa ejus evulsa quisquam de sepultura ejiceret, & cum eodem territorio incenderet, gratanter acciperes.* Hæc, ait Pontifex, fuerat tunc furentis Rustici sententia: verum ipse moderatius agens, contentus fuit edito a se Judicato, quod ad Mennam Patriarcham misit, & in quo, Tria tantum Capitula damnabat, nihil contra personas pronuncians. Falsa igitur tota illa Additio, quæ septimæ Actioni facta cernitur: falsi videlicet *duo Libelli* ad Justinianum & Theodoram: *falsum Juramentum*, quod a Vigilio dicitur factum in præsentia Theodori Cæsareæ Episcopi & Cethegi Patricii, die 15. Augusti anno 550. *Falsa Constantini Quæstoris Interlocutio : & Justiniani ad Synodum Epistola ; in quibus omnibus fingitur Vigilius olim quidem* Theodorum *cum suis scriptis, unaque cum Epistola Ibæ, scriptisque Theodoreti anathematizasse, & sacramenta terribilia in scriptis jurasse, ut in eadem permaneret voluntate in condemnatione & anathemate prædictorum Trium Capitulorum ; & nullo modo vel tempore conaretur aliquid ad refutationem condemnationis prædictorum impiorum Trium Capitulorum ; postea vero dicitur contrarie factus esse suæ voluntatis, ea defen-*

fendens quæ Nestorii & Theodori sequaces sapiunt. Quis non videt apertam calumniam orthodoxo Pontifici impactam, perinde ac si Tria Capitula is aliquando defendisset, aut ea quæ Nestorii ac Theodori sunt, sapuisset?

At inquies: Vigilius neque in Quinta Synodo cum Patribus adesse voluit, neque in eadem sententia circa Tria Capitula permansit. Verum facti utriusque causam rationemque, ex ipsis Synodi Quintæ Actis, & ex Vigilii Papæ Constituto accipe. Quum Justinianus Imperator, nuperque electus Patriarcha Constantinopolitanus Vigilium Papam rogassent, ut communi tractatu mota de Tribus Capitulis controversia finiretur in Synodo; annuit eorum votis Vigilius, ea tamen lege, ut exæquato Latinorum Episcoporum numero Græcis Antistitibus, qui Constantinopolim convenerant, de Tribus Capitulis tractaretur. At Justinianus Imperator, moræ impatiens, adversus pacta conventa, Synodum cogi jussit IV. Nonas Maji anno 553. Lectæ sunt in Prima Collatione Eutychii recens inaugurati Literæ ad Vigilium, Fidei professionem ipsius continentes, & preces, ut *præsidente ejus Beatitudine*, controversia de Tribus Capitulis terminaretur. Lectæ sunt & Vigilii literæ ad Eutychium Constantinopolitanum, & ad Alexandrinum & Antiochenum Patriarchas, & ad Synodum ipsis subjectam, quibus annuit, ut de Tribus Capitulis, *facto regulari conventu, servata æquitate* (*hoc est*, *pari* Orientalium & Occidentalium Episcoporum numero:) *mediis sacrosanctis Evangeliis, collationem cum unitis Fratribus haberent, & quæstioni finis imponeretur conveniens his, quæ a sanctis quatuor erant definita Conciliis*. Honorifica Legatio ad Vigilium decreta a Synodo, trium scilicet Patriarcharum, Eutychii Constantinop. Apollinarii Alexandr. & Domnini Antioch. necnon XVI. Episcoporum, qui nomine Concilii, rogarent Pontificem, ut ad Synodum convenire vellet: is vero valetudinem causatus, responsionem in crastinum distulit, qua pollicitus est, se significaturum, quid ei de tali conventu placeret. In secunda Collatione, Patriarchæ & Episcopi secundo Vigilium adierunt *pridie Nonas Maji*,

Maji, rogaturi, ut ad Synodum accederet. Patricii quoque ab Imperatore ad eundem Pontificem missi: utrique retulere, quid cum illo egissent: illum scilicet respondisse, se cum illis convenire non posse, quod Occidentales Episcopi sibi cohærentes numero ab Orientalibus vincerentur; spopondisse autem, intra dierum aliquot spatium per se in scriptis responsurum, quid sibi de controversia videretur. In tertia Collatione, quæ VII. *Idus Maji* habita est, Patres Fidem ab Apostolis traditam, & a sanctis IV. Synodis expositam professi sunt, Sanctorum Patrum, quorum Catalogum texunt, quæcumque de recta fide & condemnatione hæreticorum exposuere, sententiam sequentes. In IV. V. & VI. Collatione, Tria Capitula, Theodori scilicet, Ibæ, ac Theodoreti, examinata sunt. In VII. Collatione, quæ die 26. *Maji* habita est, Constantinus Quæstor Sacri Palatii, missus est ad Synodum ab Imperatore, cum Instrumentis probantibus, Vigilium Pontificem Tria Capitula semper damnasse. Ea erant, *sententia* prolata contra Rusticum & Sebastianum S. R. E. Diaconos Capitulorum defensores, & *Judicati* adversus ipsa Capitula prolati contemtores, Item *Epistolæ* ab eodem scriptæ hac de controversia ad Valentinianum Tomitanum in Scythia, & ad Aurelianum Arelatensem Episcopum. Quibus in Synodo perlectis, ultimum de Tribus Capitulis judicium in alterum diem dilatum est. In VIII. ac postrema Collatione, quæ IV. *Nonas Junias* celebrata est, omnibus quæ antea gesta erant compendio recensitis, definitivam adversus Tria Capitula sententiam Synodus protulit, subjectis XIV. *Anathematismis*, quorum tres posteriores feriunt Tria Capitula: & duodecimus quidem non solum impia Theodori scripta, sed ejus etiam nomen ac personam, defensoresque configit: decimus tertius vero, & decimus quartus, percellunt quidem Theodoreti scripta, & Ibæ Epistolam, eorumque defensores; Theodoretum autem ipsum & Ibam orthodoxos Antistites & in pace Ecclesiæ defunctos, non perstringunt. De Vigilio autem Pontifice non aliud Patres Synodi notant, nisi quod rogatus ut cum

cum ipsis conveniret, non acquievisset: spopondisset tamen per seipsum de tribus Capitulis sententiam se prolaturum. Quid vero in ea causa ab ipso gestum esset, silentio premunt. Quod argumento est, Constitutum a Vigilio conscriptum, & Imperatori die 14. Maji, (undevigesimo scilicet die ante hanc Synodi definitionem) traditum, ad Patres non pervenisse. *Et quia contigit* (inquiunt) *Vigilium religiosissimum, in hac Regia Urbe degentem, omnibus interesse, quæ his tribus Capitulis annotata sunt, & tam sine scriptis, quam in scriptis ea sæpius condemnasse, postea tamen & consensit in scriptis in Concilio convenire & disceptare una nobiscum de his tribus Capitulis, ut definitio communiter ab omnibus nobis præbeatur Fidei rectæ conveniens: piissimus Imperator, secundum quod inter nos placuit, tam ipsum, quam nos hortatus est communiter convenire, eo quod Sacerdotes decet communibus quæstionibus finem communem imponere. Unde necessario petivimus ipsius reverentiam scriptas suas promissiones adimplere: nec enim justum esse amplius scandalum pro tribus istis Capitulis crescere, & Dei Ecclesiam conturbari.* Et post pauca. *Quum autem sæpius & a nobis omnibus invitatus, & insuper gloriosissimis Judicibus missis ad ipsum a piissimo Imperatore, promisit per seipsum de iisdem tribus Capitulis sententiam proferre: hujusmodi responso audito, Apostoli nos admonitiones in corde habentes, quod unusquisque pro se rationem reddet Deo, timentes autem & judicium imminens iis qui vel unum ex minimis scandalizant, quanto magis Imperatorem ita Christianissimum & populos & Ecclesias totas, & quod dictum est a Deo ad Paulum: Ne timeas, sed sequere, & ne taceas, quoniam ego sum tecum, & nemo poterit nocere tibi: congregati, ante omnia confessi sumus fidem illam tenere, quam D. N. Jesus Christus verus Deus tradidit sanctissimis Apostolis.* Reliqua. In Constituto ad Justinianum conscripto Vigilius Papa ea confirmat quæ Collatione I. & II. sunt narrata, de induciis nempe ab ipso petitis, ut quoniam Occidentales Episcopi numero ab Orientalibus vincebantur, ipse

Vigilius per seipsum sententiam de Tribus Capitulis proferret, quam Patres in Synodo sequerentur. *Optavimus quidem* (inquit) *Venerabilis Imperator* (*sicut frequentissima supplici prece proposuimus*) *eundum ad quemlibet Italiæ locum, aut certe ad Siciliam, & convocatis ad nos Africanæ & aliarum provinciarum Latinæ Linguæ Sacerdotibus, vel Ecclesiæ nostræ sacratis Ordinibus, secundum consuetudinem tractaremus, & de quæstionibus trium Capitulorum pietati vestræ redderemus plena deliberatione responsum. Quod quia fieri serenitas vestra non annuit, hoc iterum noscitur constitutum, ut oblatis a nobis mansuetudini vestræ nominibus de suprascriptis Provinciis, qui nobiscum ad tractandum adhiberentur Antistites, clementia vestra faceret advenire: cui dispositioni item præbuimus, Ecclesiasticæ pacis amore, consensum. Postea vero hoc magis cum consensu fratrum nostrorum, nostrarum partium Episcoporum, nuper ante sanctum Paschæ diem pietas vestra constituit, ut exæquato numero his Pontificibus, qui in Constantinopolitana urbe præsentes sunt, de tribus Capitulis, ex quibus quæstio vertitur, secundum superius designatam Fratrum nostrorum Episcoporum professionem, deberemus inire tractatum. Sed quia, dum ea quæ pro conservanda Ecclesiarum pace cum Fratribus nostris fieri, vestra dispositione convenerant, festinaremus implere, ut adhibita salubri deliberatione communiter, & propter informandam universalem Ecclesiam, cunctis quæ inter nos geruntur in scriptis deductis atque jacentibus, nostrum ex his collectum de tribus Capitulis in quæstionem deductis judicium proveniret; continuo pietas vestra post illud Volumen, quod nobis ante multos Paschæ dies per virum magnificum Theodorum Decurionem Palatii destinavit, in quo vos interim quid de tribus sentiretis Capitulis exponentes, nostrum poposcistis dari ex eadem causa responsum. Ideoque quum Fratres nostri, neque exæquato nobiscum numero residere, neque in scriptum quæ ageremus vel tractaremus redigi paterentur, tamquam (quod absit) non convenientia rectitudini loqueremur, quæ scribere timeremus: & insuper gloriosissimis*

ad

ad nos proceribus destinatis insisteret vestra clementia, nostrum de trium Capitulorum negotio quam celerrime proferre debere responsum, nec sic destitimus vestræ obedire velle clementiæ: hoc solummodo postulantes, ut pro infirmitate corporis nostri, quæ nulli habetur incognita, viginti dierum nobis daretis inducias, quatenus habito nobiscum, Deo auxiliante, tractatu, definitionis nostræ, constituto die, scripto sententiam diceremus: ad Fratres & Coëpiscopos nostros, a quibus similiter de eadem causa responsum vos flagitare dixistis, filium nostrum Diaconum Pelagium cum hujusmodi mandato direximus, dicentes: Ut quia constitutus collationis faciendæ modus fuerat prætermissus, saltem viginti dies pro antedicta nostri corporis imbecillitate, quam norunt, nostrum deberent definitum de Tribus Capitulis sustinere responsum, antiquum & regularem custodientes ordinem, ne ante nostræ, hoc est, Sedis Apostolicæ, cui per Dei gratiam præsidemus, promulgationem sententiæ, quidquam proferre tentarent, unde scandali rursus, quæ sopita fuerat, oriri posset occasio. Causam ergo legitimam habuit Vigilius, ut Quintæ Synodo non interveniret, licet ab ipsa per legationem honorificam invitatus. Pactis enim conventis non Vigilius, sed Justinianus Imperator & ipsa Synodus defuit. Non aliter quippe Vigilius Synodum celebrari consenserat, nisi ut æqualis Occidentalium Episcoporum ac Orientalium numerus esset. Synodi tamen Patres quum optime nossent, absque assensu Romani Pontificis, sua ipsorum decreta nullius esse firmitatis; præmissam excusationem sufficere putarunt, quod Vigilius Pontifex, vocatus licet tam solemniter, ad Synodum venire recusaret, quodque Tria Capitula tam viva voce, quam scripto dudum ipse damnasset. *Prima enim semper fuit* (verba Pagii recito ad ann. 553. num. 17.) *in Synodis Oecumenicis sententia Romani Pontificis, qua non expectata, nihil decerni moris erat. Itaque Justinianus, ne prætermissa videretur in hoc negotio, Vigilii auctoritas,* Constitutum *quidem suppressit, sed alias Vigilii priores sententias, quæ annis superioribus ab eo latæ erant, Synodo*

 exhi-

exhibuit, ut in Actis omnia rite & solemniter gesta fuisse viderentur. Quare Synodus quoque ipsa in Collatione VIII. *magnum Decreti sui momentum in eo posuit, quod Vigilius Tria Capitula sæpius & scripto & sine scripto damnasset; etsi conqueratur, quod Conventui, licet illustri Legatione invitatus, interesse noluerit, satiusque duxerit polliceri, se suam ipsius sententiam ad Principem missurum.*

Quod vero Vigilius Papa, quoad Tria Capitula, ita se semper gesserit, ut illa esse quidem damnanda censuerit, salvis tamen personis, & salva in primis Synodi Chalcedonensis auctoritate, perspicuum fit tum ex ipsius Judicato ad Mennam, tum ex Constituto ad Justinianum Imperatorem: cujus Constituti hæc est (1) summa. In eo queritur Pontifex contra pactas conditiones habitam Synodum. Aggreditur deinde disputationem de Tribus Capitulis. Sexaginta sententias, quæ Theodori Mopsvesteni esse dicebantur, ab Imperatore per Benignum Episcopum ad se transmissas, damnat. Theodori vero personam ac nomen negat posse damnari. Quod multis probat momentis. Primo, quia S. Cyrillus Alexandrinus de illo ad Joannem Antiochenum, vel Orientalem Synodum rescribens, ita tradidit. *Quæ prolata est a S. Synodo Ephesina definitio, veluti a Theodoro disposita, sicut offerentes dicebant, nihil habens sanum, evacuavit quidem eam sancta Synodus veluti perversarum plenam intelligentiarum, condemnans item eos qui sic sapiunt. Dispensatim vero mentionem viri non fecit, neque eum nominatim anathemati subdidit, neque alios.* Secundo, quia revera in Synodo Ephesina, de Theodori Mopsvesteni persona legitur nihil. Tertio, quia quum delatum fuisset ad Ephesinos Patres Theodori nomen ab iis, qui Symbolum ejus nomine vulgatum proferebant, Sanctus Cyrillus Ecclesiasticam moderationem circa mortuum, sapientia Sacerdotali servans, noluit nomen ejus, ne monumentis quidem synodalibus, propter regulam, quæ de mortuis in Sacer-

(1) Verba hæc sunt Natalis ab Alexandro Hist. Eccles. sæc. VI. Art. I. de causa Trium Capitulor. §. 2. de V. Synodo œcumenica.

Sacerdotio servanda est, contineri. *Grave est enim* (inquit Vigilius) *insultare Defunctis, vel si laici fuerint, nedum illis, qui in Episcopatu vitam deposuerunt*. Quarto, quia nec Synodus Chalcedonensis aliquid statuit adversus Theodorum Mopsvestenum: imo eadem Synodus in Relatione ad Marcianum Imperatorem, Literas Joannis Antiocheni & Orientalis Synodi memorat, quibus Theodori Mopsvesteni personam post mortem non esse damnandam suadet. Quinto, quia Decessores sui, eos qui viventes damnati ab Ecclesia non essent, post obitum damnandos non esse asseruerunt: quod ex S. Leone probat in Epist. ad Theodorum Forojuliensem Episcopum; & ex Gelasio in Epist. quam ad Episcopos Dardaniæ de causa Acacii scripsit. Addit hanc regulam in SS. Joannis Chrysostomi, atque Flaviani memoria servatam: qui licet exauctorati sint, non tamen pro damnatis sunt habiti, eo quod semper inviolatam eorum communionem Romani Pontifices servaverunt: nec abscindi ab Ecclesia dici potuerunt, vel poterunt, quos sibi inconvulse unitos Apostolica judicavit auctoritas. Sexto, Dionysii Alexandrini profert exemplum, qui *Nepotem* Ægypti Episcopum, millenarium, in pace Ecclesiæ defunctum, nulla aggressus est injuria, sed Libros dumtaxat ipsius confutavit, ac scriptis suis evertit. (Ex Eusebio lib. 7. Histor. Eccl.) ex quibus de Theodoro Mopsvesteno sic colligit: *Eum nostra non audemus damnare sententia: sed nec ab alio quopiam condemnari concedimus*. Subdit tamen, se omnia capita & scripta Evangelicis, & Apostolicis, ac sanctarum quatuor Synodorum, & Apostolicæ Sedis non congruentia doctrinis, non solum sensu, sed vel etiam aure, admittere nusquam velle. *Hæc de Theodoro*. Quod vero Theodoretum, & Ibam spectat, jam supra ostendimus, salva eorum persona, quidquid ab ipsis contra sanctam Synodum Ephesinam, & contra Sancti Cyrilli XII. Capitula scriptum est, a Vigilio Pontifice fuisse damnatum.

Eorum proinde sententiam rejicimus, qui Vigilium Papam

Papam inconſtantiæ arguunt (1), eum dictitantes, primo quidem Tria Capitula defendiſſe, deinde poſt Quintam Synodum eadem illa damnaſſe. Verba Gulielmi Cavei recito, hominis in Sanctam Romanam Eccleſiam, fanaticorum more, qualibet data occaſione debacchantis. Sic enim de Conſtantinopolitano II. Œcumenico V. Concilio ſcribit. *Inde confirmata* IV. *præcedentium Conciliorum fide Catholica, damnati Origenes, ejuſque errores, præcipue vero, & ante omnia, Tria Capitula, nempe de damnatione Theodori Mopſveſteni, ſcriptorum Theodoriti adverſus Cyrillum, & Epiſtolæ Ibæ ad Marim Perſam; vehementer interim renitente, & in quaſcumque formas ſe vertente Vigilio Papa, qui tunc Conſtantinopoli agebat, quin & Concilio intereſſe recuſante, antea quidem ea damnante, deinde ſententiam revocante, poſtea judicium uſque ad Concilium generale ſuſpendente, quumque jam ſederet Concilium Oecumenicum, decreto hac de re ſynodico ſubſcribere repugnante, illo jam finito, duplici edito Conſtituto decreta Synodi confirmante, & tria Capitula diſerto anathemate feriente. Unde mira hominis levitas, inconſtantia, perfidia elucent, quæ nomini ejus maculam inurunt, non omni Tyberis aqua eluendam; quicquid de prudentia ejus ſingulari, æquo & maturo diſpenſationis temperamento, ſomniant Baronius, & Marca, alii*. Mira hominis ſtupiditas, qui ſeipſum oſtendit, aut acta Quinti Concilii non legiſſe, aut non intellexiſſe. Tria Capitula Vigilius ſemper damnavit, Concilio intereſſe noluit, quia contra pacta conventa celebratum fuit; Primam de Tribus Capitulis ſententiam ferendi, jus,

(1) Natalis ab Alexand. Hiſt. Eccleſ. ſæc. VI. cap. 2. art. 9. *Sub ejus Pontificatu Quinta Synodus œcumenica pro trium Capitulorum damnatione celebrata eſt. Quo in negotio ſibi non conſtitit Vigilius. Horum namque damnationi primum obſtitit. Illa poſtmodum Judicato damnavit: quo deinde recepto ac veluti ſuppreſſo, ſilentium indixit uſque ad Synodi celebrationem*. Dum autem celebraretur Synodus, edidit conſtitutum, quo Theodori Mopſveſteni damnatis ſententiis, nomini ipſius, ſicut & Theodoreti ſcriptis, & Epiſtolæ Ibæ parcebat, ſub eorum nominibus aliqua damnari ſcripta nefas eſſe cenſens, quos Synodus Chalcedonenſis ut orthodoxos ſuſcepiſſet. Synodi tandem amplexus eſt definitionem. Hæc Natalis ab Alexand. cui concinit Severinus Binius in notis ad V. Synodum, ibi. *Nequis vero novator hæreticus*.

jus Apostolicæ Sedi debitum, constanter tuitus est, tulitque edito Constituto, quo Tria Capitula damnavit, salvis personis. Quænam ergo levitas? quæ inconstantia? quæ perfidia? Quantum ex Actis sanctarum Synodorum Ephesinæ primæ, & Chalcedonensis, quoad personas Theodori, Thodoriti, & Ibæ, colligi potuit, in eorum scripta, non in personas animadversum fuit. Hoc satis fuerat, ut Vigilius Papa sententiam S. Cyrilli sequeretur de Theodoro sic scribentis. *Quæ prolata est a S. Synodo Ephesina*, (Symboli) *definitio, veluti a Theodoro disposita, sicut offerentes dicebant, nihil habens sanum, evacuavit quidem eam sancta Synodus veluti perversarum plenam intelligentiarum, condemnans item eos, qui sic sapiunt: dispensatim vero mentionem Viri non fecit, neque eum nominatim anathemati subdidit, neque alios*. Cur Vigilio non liceret de Theodoro ita dispensatim judicare, quemadmodum de illo & S. Cyrillus, & ipsa Ephesina Synodus judicaverant? De persona agebatur, non de fide. Nondum certis documentis probatum fuerat, Theodorum prava illa dogmata, non ex incogitantia, sed meditatum protulisse, docuisse, scripsisse, atque in iis docendis fuisse usque ad mortem pertinacissimum, nomenque ejus post mortem, tum a Sanctis Patribus fuisse damnatum, tum in ipsa Ecclesia Mopsvestena. Id vero quum in Synodo Quinta probatum fuisset; quumque ex Actis Mopsvestenæ Synodi, jussu Justiniani Imperatoris congregatæ, seniorum Clericorum, & civium testimoniis constitisset, Theodori nomen e sacris Diptychis expunctum, adeoque illum post mortem tanquam hæreticum, habitum fuisse; quum demum manifeste patuisset, impia illa scripta vere Theodorum auctorem habuisse; tum vero, iis omnibus mature perpensis, quæcumque adversus Theodori personam producta fuerant, Vigilius Pontifex ad Patrum Synodi sententiam accedens, Constitutum alterum edidit *Eutychio* Patriarchæ Constantinopolitano inscriptum. *Dat. ante* VI. *Idus Decembres, Imperii Justiniani anno* 27. *Post Consulatum Basilii V. cl. anno* XII., *idest, die* 8. *Decembris anno* 553., sexto videlicet

delicet post absolutam Quintam Synodum mense, cujus initium, τὰ σκάνδαλα, ἅπερ ὁ τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἐχθρὸς τῷ σύμπαντι Κόσμῳ διήγειρεν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. *Scandala quæ humani generis inimicus in universo Mundo excitavit, nullus ignorat*. Quo in Constituto causas affert, cur tandem ad damnandam Theodori personam unacum ipsius scriptis devenerit, nempe, quod offensiones & scandala, quæ generis humani hostis per disputationem de Tribus Capitulis invexerat, jam sedata essent, paxque reddita esset Ecclesiæ post illorum damnationem, & veritas affulsisset in his ambiguis controversiis. „Scandala (*inquit*) quæ humani generis inimicus in „universo mundo excitavit, nullus ignorat; adeo ut „unumquemque propositum suum ad subvertendam Dei „Ecclesiam per universum Orbem diffusam, quocumque „modo implere satagentem, non tantum suo nomine, „sed etiam nostro, atque aliorum, diversa tum loquen„do, tum scribendo, componere impulerit: in tantum „ut nos ipsos unacum Fratribus & Coëpiscopis nostris, „in urbe Regia degentes, & æquali reverentia Quatuor „Synodos vindicantes, & in una eademque quatuor il„larum Synodorum fide sincere persistentes, cavillatio„nibus, versutiis, & dolo malo, ab iis dividere cona„tus fuerit; ita ut nosmetipsi, qui ejusdem cum illis „eramus & sumus de fide sententiæ, insuper habita „dilectione fraterna in discordiam abierimus. Sed quo„niam Christus Deus noster, qui est lux vera, quem „tenebræ non comprehendunt, omni confusione a men„tibus nostris remota, universum Orbem & Ecclesiam „ad pacem revocavit, ita ut quæ a nobis definiri de„bent, revelante Domino, & veritate investigata, sa„lubriter impleta sunt. Idcirco sciat vestrum universa „fraternitas, quod quatuor Synodos, hoc est, Nicæ„nam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, & „Chalcedonensem, unacum iisdem fratribus nostris, in „omnibus suscipimus & devota mente veneramur, at„que unanimiter servamus. Et, siqui easdem sanctas „Synodos in omnibus quæ ab ipsis de sancta fide defi-

„nita

„ nita ſunt, non ſequuntur, eos a cœtu Sanctæ, & Ca-
„ tholicæ Eccleſiæ alienos judicamus „. Prima igitur, ex mente (1) Vigilii, regula eſt in Eccleſiaſticis diſceptationibus, Fidei canonem mutari non poſſe, & quæſtiones dogmatum, Synodi Œcumenicæ judicio ſemel ſopitas, iterum excitari non debere. In aliis autem cauſis extra Fidem, ideſt, in capitibus diſciplinæ, quæ verſantur non ſolum in facto, ſed etiam in jure, veritatem nunc latere, nunc aperiri: quæ quum ſeſe prodiderit, priores conſtitutiones immutandas, ſive a Conciliis generalibus, ſive a ſummis Pontificibus profectæ ſint, ſic ſcribente S. Auguſtino lib. 3. de Bapt. cap. 3. „ Ipſa Plenaria (*Con-*
„ *cilia*) ſæpe priora a poſterioribus emendantur, quum
„ aliquo experimento rerum aperitur quod clauſum erat,
„ & cognoſcitur quod latebat, ſine ullo typho ſacrilegæ
„ ſuperbiæ, ſine ulla inflata cervice arrogantiæ, ſine ul-
„ la contentione lividæ invidiæ, cum ſancta humilitate,
„ cum pace catholica, cum charitate Chriſtiana. „ Judicia enim data in privatis negotiis etiam a Sede Apoſtolica, quin retractari poſſint, &, ſi opus ſit, emendari ab eadem Sede, dubitari non poteſt. Sic enim pergit Vigilius Papa.

„ Quapropter deſiderantes ea ſcire fraternitatem
„ veſtram quæ a nobis facta ſunt, his noſtris literis ipſi
„ manifeſtum facimus. Quoniam nulli dubium eſt, quot
„ quantaque mota ſunt ob tria Capitula, hoc eſt, de
„ Theodoro olim Mopſueſtiæ Epiſcopo, ejuſque ſcriptis,
„ quin etiam de ſcriptis Theodoreti, & de Epiſtola quæ
„ dicitur ſcripta ab Iba ad Marim Perſam; & quam di-
„ verſa de tribus illis capitulis dicta atque conſcripta
„ ſunt. Ideo ſi in omni negotio ſapientiæ ratio poſtulat,
„ ut id, de quo quæritur, retractetur; neque pudori eſ-
„ ſe debet, quum ea, quæ ab initio omiſſa, ſtudio dein-
„ de veritatis inveniantur, in publicum eduntur; quanto
„ magis Eccleſiaſticis diſceptationibus convenit, eandem
„ rationem in illis quoque obſervari? Præcipue quum ma-
„ nifeſtum ſit, Patres noſtros, & maxime beatiſſimum „ Au-

(1) Uti Petrus de Marca in Vigilii Conſtitutum obſervat. §. 20.

„ Auguſtinum, qui in divinis Scripturis claruit, Roma-
„ næ eloquentiæ magiſtrum, propria ſcripta retractaſſe,
„ dictaque ſua correxiſſe, atque illa quæ omiſerat, ac
„ deinde invenerat, addidiſſe. Nos quoque ſimiliter illis
„ exemplis incitati, in controverſia trium capitulorum
„ ſupra memoratorum, nunquam deſtitimus, quin inve-
„ ſtigaremus, quid de prædictis Capitulis in Patrum no-
„ ſtrorum literis verius inveniri poſſet. Unde patuit re-
„ vera, dictis Theodori Mopſueſtiæ ſermonibus, qui ubi-
„ que redarguuntur, pleraque contraria rectæ fidei & do-
„ ctrinis Sanctorum Patrum contineri: quare ipſi Sancti
„ Patres adverſus eum ſcribentes, tractatus ſuos ad San-
„ ctæ Eccleſiæ eruditionem reliquerunt. Etenim (1) in-
„ ter ceteras ipſius blaſphemias aperte ipſum dixiſſe in-
„ venimus, alium eſſe Deum Verbum, & alium Chri-
„ ſtum, a paſſionibus animæ & concupiſcentiis carnis ve-
„ xatum, & paulatim a minoribus recedentem ad me-
„ liora per profectum operum perveniſſe, & converſa-
„ tione irreprehenſibilem factum: & ut nudum hominem
„ baptizatum fuiſſe in nomine Patris & Filii & Spiritus
„ Sancti, & per Baptiſma gratiam Sancti Spiritus acce-
„ piſſe, & adoptionem promeritum. Et ad exemplum
„ imaginis imperatoriæ, ob perſonam Dei Verbi, Chri-
„ ſtum adorari. Et poſt reſurrectionem, immutabilem
„ cogitationibus & omnino impeccabilem factum. Præ-
„ terea dixit, eam unionem Dei Verbi factam fuiſſe ad
„ Chriſtum, qualem Apoſtolus dixit de viro & muliere,
„ *erunt duo in carne una*: & quod poſt reſurrectionem,
„ quum inſufflaſſet Dominus diſcipulis, & dixiſſet: *Ac-*
„ *cipite Spiritum Sanctum*, non dedit illis Spiritum San-
„ ctum. Similiter hoc quoque auſus eſt dicere, quod
„ confeſſionem quam Thomas edidit, attrectans manus
„ & latus Domini poſt reſurrectionem dicens: *Dominus*
„ *meus, & Deus meus*, non ad Chriſtum retulit; (ne-
„ que enim Theodorus ait, Chriſtum eſſe Deum) ſed
„ propter miracula reſurrectionis ſtupentem Thomam,
„ lau-

(1) Deſcripta ſunt hæc ex Anathematiſmo XII. Quintæ Synodi, quem Vigilius in hoc ſuo conſtituto recitat & confirmat: atque idem ipſum de Theodori blaſphemiis notaverat in priore conſtituto dato 14. Maji 553.

„ laudasse Deum, eaque verba dixisse. Quod autem pejus „ est, in interpretatione, quam scilicet ad Apostolorum „ Acta idem Theodorus scripsit, similem fecit Christum „ Platoni, & Manichæo, & Epicuro, & Marcioni, di- „ cens: quoniam sicut illorum singuli ex proprio dog- „ mate, cujus auctores fuerunt, suos discipulos appella- „ vere Platonicos, & Manichæos, & Epicuræos, atque „ Marcionistas: eodem modo Christus dogma inveniens, „ ex eo Christianos appellavit. Propterea igitur agno- „ scat universa Ecclesia Catholica, nos juste & irrepre- „ hensibiliter ad ea, quæ hac nostra Constitutione com- „ prehenduntur, devenisse. Unde condemnamus & ana- „ thematizamus, unacum aliis omnibus hæreticis, qui „ (ut manifestum est) damnati & anathematizati sunt „ a prædictis Sanctis quatuor Synodis, & ab Ecclesia „ Catholica, Theodorum olim Mopsuestiæ Episcopum, „ & impia ejus scripta: nihilominus ea quoque quæ a „ Theodoreto scripta sunt contra rectam fidem, & con- „ tra duodecim capitula S. Cyrilli, & contra Synodum „ Ephesinam primam, quæque ab eo scripta sunt pro „ defensione Theodori & Nestorii. Præterea anathema- „ tizanus & condemnamus Epistolam ad Marim Persam „ hæreticum, quæ ad Iba scripta dicitur: quæ Christum „ Verbum ex Sancta Deipara & Virgine Maria incarna- „ tum, hominem factum fuisse negat, nudum vero ho- „ minem ex ea natum: quem templum vocat, ita ut ex „ hoc intelligitur, alium esse Deum Verbum, & alium „ Christum: Sanctum vero Cyrillum, rectæ fidei magi- „ strum & præconem, ut hæreticum & similia Apollina- „ rio scribentem, calumniatur; & reprehendit primam „ Ephesinam Synodum, quasi absque judicio & inquisi- „ tione Nestorium damnaverit; tum capita XII. S. Cyril- „ li, impia & rectæ fidei contraria appellat eadem Epi- „ stola; defendit autem Theodorum & Nestorium, & im- „ pia eorum dogmata atque scripta. Prædicta itaque Tria „ impia Capitula anathematizamus, & condemnamus; „ scilicet, impium Theodorum Mopsvestiæ, una cum im- „ piis ejus scriptis. Et quæcumque impie Theodoretus

„ scripsit: atque etiam Epistolam quæ dicitur ab Iba scri-
„ pta fuisse, qua superius dictæ blasphemiæ comprehen-
„ duntur. Quin etiam quemcumque, qui crediderit, aliquo
„ ullo tempore ea Capitula debere suscipi, aut defendi;
„ vel conatus fuerit hanc præsentem condemnationem
„ subvertere, simili anathemati subjicimus. Quoscum-
„ que vero; qui rectam fidem servantes a dictis Syno-
„ dis prædicatam, memorata tria Capitula condemna-
„ verunt, vel etiam condemnant, fratres & consacerdo-
„ tes esse definimus. Quæ vero aut a me, aut ab aliis
„ ad defensionem prædictorum trium Capitulorum facta
„ sunt, præsentis hujus scripti nostri definitione eva-
„ cuamus. Absit enim ab Ecclesia Catholica, ut aliquis
„ dicat, omnes superius comprehensas blasphemias, a
„ prædictis quatuor Synodis, aut ab una ipsarum, su-
„ sceptas fuisse, vel eos qui similia sentiunt & sequun-
„ tur. Apertissimum autem est, quod a memoratis San-
„ ctis Patribus, & maxime a Sancta Synodo Chalcedo-
„ nensi, nullus, de quo aliqua esset suspicio, admissus
„ est, nisi qui rejecisset superius comprehensas blasphe-
„ mias, aut illis similia, vel hæresim de qua fuit su-
„ spectus, vel blaphemias denegavisset & condemnasset,
„ in quarum suspicionem venit „.

Non absimilia de Tribus Capitulis Vigilius Pontifex definivit in altero Constituto, quod Latine tantum extat Tom. VI. Concil. edit. Venet. a p. 281. ad 312. *Dat. vii. Kal. Martii Imperante D. N. Justiniano PP. A. anno 27. Post Consulatum Basilii V. C. anno xii. Constantinopoli*: hoc est, die 23. Febr. anno 554. ubi sic concludit. „ Prædicta igitur tria impia Capitula anathe-
„ matizamus atque damnamus, idest, Epistolam, quæ (1)
„ dicitur Ibæ ad Marim Persam, in qua nefandæ supe-
„ rius designatæ blaspemiæ continentur; & impium Theo-
„ dorum Mopsvestenum cum nefandis ejus conscriptis:
„ & quæ impie Theodoretus conscripsit. Et quicumque
„ ea quoquo tempore crediderit accipienda vel defen-
„ denda:

(1) In hoc constituto ostendit, eam Epistolam sub nomine Ibæ factam esse.

„ denda: aut conatus fuerit aliquando præſentem damnationem reſoluere, pari anathemate condemnamus. „ Eos autem, qui conſervantes rectam fidem, prædictis „ quatuor Synodis prædicatam, memorata tria Capitula damnarunt vel damnant, fratres & conſacerdotes „ habemus. Quæcumque vero ſive meo nomine, ſive „ quorumlibet, pro defenſione memoratorum trium Capitulorum prolata fuerint, vel ubicumque reperta, „ præſentis noſtri pleniſſimi Conſtituti auctoritate vacuamus. Quas omnes deſignatas blaſphemias abſit ab „ univerſali Eccleſia, ut quiſquam prædictas quatuor Synodos, vel unam ex eis adſerat ſuſcepiſſe, vel eos „ qui talia ſapuerunt atque ſequuti ſunt; quum conſtet, „ a Sanctis memoratis Patribus, & maxime a Sancto „ Chalcedonenſi Concilio, nullum, de quo fuit ſuſpicio, „ fuiſſe ſuſceptum, niſi qui ſuperius deſignatas blaſphemias, vel his ſimilia, aut hæreſim de qua ſuſpectus „ fuit, reſpuit, aut blaſphemias, de quibus de eo dubitatum eſt, abnegavit atque damnavit. Et ideo eos, „ qui memoratam Epiſtolam ad Marim Perſam, deſignatas ſuperius blaſphemias continentem, a Sancta „ Chalcedonenſi Synodo a præſenti tempore, innoteſcente ſibi hujus noſtri ſerie Conſtituti, adſerere voluerint eſſe ſuſceptam, vel a quocumque eorumdem Patrum in Chalcedona reſidentum orthodoxam pronunciatam nituntur adſtruere, pari anathematis pœna „ percellimus: quoniam non ſolum Sancto ac reverendo „ Chalcedonenſi Concilio inrogare moliuntur injuriam; „ verum etiam incentores ſe ac renovatores ſopiti ſcandali profitentur, per quod univerſalis rurſus concuti „ poſſit Eccleſia; ut doctoris gentium Apoſtoli juſte videantur feriri ſententia, qua dixit: utinam & abſcindantur qui vos conturbant.

Quænam igitur *veritas in ambiguis illis controverſiis affulſit*, qua *inveſtigata*, Vigilius Pontifex ſcribit, ſe ſe ad *perſonæ Theodori* (cui antea parcendum eſſe dixerat:) damnationem deveniſſe? Nimirum, duo erant quæ Vigilium a Theodoro nominatim damnando retrahebant:

hebant: Primum, quia, ut ait S. Cyrillus, *dispensatim Sancta Synodus Ephesina prima mentionem Theodori non fecit, neque eum nominatim anathemati subdidit*. Alterum, quia illum in pace Ecclesiæ defunctum existimaverat; neque sibi omnino liquere, an revera Theodorus impia illa scripta ediderat. At vero in utroque suo Constituto (quæ sunt a nobis modo recitata:) sibi tandem manifestissime patuisse ait, Theodorum blasphemiis quamplurimis libros suos fædavisse, eumque & viventem damnatas dudum ab Ecclesia hæreses propugnasse, & mortuum, a Sanctis Patribus fuisse anathematizatum. „ Perpendimus itaque (inquit in Constituto edito 23. Febr. 554. num. XXVI.) „ perpendimus, quod hujus quoque „ quæstionis exordium ex hæreticorum cœnoso fonte „ manaverit. Quum enim Nestoriani ante plures annos „ non valerent impia ejus dogmata sub ipsius damnati „ Nestorii nomine, quorumdam sensibus decipiendis in- „ serere, hinc proferendi erroris sui opportunitatem „ exquisitis fraudibus invenerunt, ut ex Theodori Mop- „ suesteni libris, quem jactant in pace Ecclesiæ defecis- „ se, impia rursus Nestorii dogmata blasphemiis imma- „ nioribus innovata introducere niterentur. Quorum ve- „ nena diuturnis temporibus occulte serpentia, nunc „ aperta professione manantia, nostros, & Christianissimi „ Principis, omniumque orthodoxorum animos permo- „ verunt, attendentium non esse ulterius differenda re- „ media, ubi per patientiam dissimulatione nutrita tam „ magni mali videtur crevisse pernicies. Hoc enim „ memoratos Nestorianos publice & incessanter adstrue- „ re, nulli venit in dubium, dicentes: nos patrem non „ tam Nestorium, quam Mopsuestenum Theodorum ve- „ neramur, ejusque libros tota nostræ devotione men- „ tis amplectimur: nec erit quisquam, qui nobis obsi- „ stere valeat, quum dogma nostrum sic antiqui docto- „ ris Theodori ubique vulgatis Codicibus adstruatur. „ Quorum Nestorianorum vocibus nonnullus ineruditi „ vulgi numerus cotidianis diebus prava seductione de- „ cipitur. Quum ergo constet, amplius per defuncti Theo-

„ dori

„ dori nomen atque conſcripta, Neſtorianæ hæreſis errorem populis intromitti, quam vivus potuit inferre Neſtorius, non tam negligentiæ, quam conniventiæ crimen nos credimus incurſuros, ſi tam neceſſariæ correctionis, quam periclitantis Eccleſiæ diſpenſatio flagitat, differri ulterius remedia pateremur. Neque enim, ut quidam inaniter diffamabant, Theodori ejuſque dictorum poterit excuſationi proficere, quod in epiſtola ad Marim Perſam, nomen Theodori vel ſcripta ejus videntur copioſe laudari, quum & præcedenti adſertione multipliciter fuerit demonſtratum, eandem Epiſtolam, ſicut a nobis, ita & a Sanctis Patribus in Chalcedona reſidentibus juſte damnatam, & hoc potius ad malorum Theodori demonſtrationem abunde ſufficiat, quod illic nomen ſcriptaque ejus laudata ſunt, ubi B. Cyrillus, & Epheſina prima Synodus impugnatur. Quæ quum ita ſint, non tamen deſtitimus per fideliores interpretes ſcripta ejuſdem Theodori perſcrutari, quamvis nobis & ante utcumque fuerint publicata. Ex quo nunc perclaruit lucidiſſima veritate, prædicti Theodori Mopſveſteni libros contraria rectæ fidei & Sanctorum Patrum continere doctrinis. Unde & Sancti Patres contra eum ſcribentes, ſuos libros ad inſtructionem Sanctæ Eccleſiæ reliquerunt „. Et paulo poſt enumeratis nonnullis Theodori pravis dogmatibus, proſequitur. „ Quarum blaſphemiarum ex libris Theodori Mopſueſteni perverſitate reperta, evidenter apparet, falſiſſime quoſdam, foventes dicta Theodori, opinari, quod memoratus Theodorus non fuerit in ſua vita damnatus; quum perſpectis prædeceſſoris noſtri beatæ recordationis Damaſi Synodalibus conſtitutis, quæ poſt Nicænum Concilium de Spiritu Sancto tractantibus & convenientibus in urbe Roma catholicis epiſcopis, & beatæ recordationis Ambroſio Mediolanenſis civitatis Antiſtite ſunt edita, longe antequam Theodorus Mopſueſtiæ officium Epiſcopatus adſumeret, inveniremus pleniſſime definitum, eos qui duos Filios adfirmant, unum ante ſæcula, & alterum poſt

„ adſum-

„ adſumptionem carnis ex Virgine, ſicut ſuperius Theo-
„ dorum adſeruiſſe monſtratum eſt, anathematis pœna
„ percuſſos. Ubi non ſolum illi, qui eodem tempore
„ ipſius erant hæreſis ſectatores, verum etiam illi, qui
„ ſuccedentibus temporibus eundem ſequerentur erro-
„ rem, ejuſdem anathematis vinculis reperiuntur adſtri-
„ cti. Cui damnationi Theodorum quoque Mopſueſtiæ
„ neceſſe eſt fuiſſe ſubjectum, qui prædamnatæ hæreſis
„ ſectator & prædicator effectus eſt: neque enim aliter
„ eos, quos nunc in Arianam, vel in aliam quamlibet
„ hæreſim reperimus implicatos, jam anathematis pœ-
„ na damnatos accipimus, niſi quia in prædemnatis,
„ quos ſectantur, erroribus inveniuntur ipſi quoque
„ damnati.

Quemadmodum Neſtoriani, ut ſuam hæreſim propugnarent, jactabant illam olim a Theodoro prædicatam, & nihilominus Theodorum in Epheſina Synodo non modo nominatim non fuiſſe damnatum, ſed potius laudatum: Ita & Eutychiani, & Acephali, ut Chalcedonenſem Synodum rejicerent, dictitabant, ab illa eos fuiſſe admiſſos, qui Neſtorianam hæreſim ſapiebant, Theodorum ſcilicet, ac Theodoretum cum ſcriptis ſuis, atque Ibæ Epiſtolam. Juſtinianus vero Imperator, Theodoro, Iba, ac Theodoreto damnatis, exiſtimabat Acephalos, ſive Hæſitantes, unitatem Eccleſiæ & Synodum Chalcedonenſem amplexuros, uti Leontius Act. VI. de Sectis ſcribit: ὅτι κατ' οἰκονομίαν τινὰ τοῦτο ἐποίησεν Ἰουστινιανός· ἐπειδὴ γὰρ ἑώρα τοὺς διακρινομένους διὰ τοῦτο ἀποστρεφομένους τὴν σύνοδον, ἐνόμισεν, ὅτι ἐὰν ἀναθεματίσῃ αὐτοὺς, ποιεῖ δεχθῆναι τὴν σύνοδον. ἡγήσατο οὖν δύο τινὰς ἀναθεματίσαι, εἰ καὶ μὴ ἔδει αὐτοὺς ἀναθεματισθῆναι, ἵνα πάντων τὴν ἕνωσιν ποιήσει καὶ διὰ τοῦτο ἀναθεμάτισεν αὐτούς. καὶ ὅμως οὐ δὲ οὕτως ἐδέξαντο οἱ διακρινόμενοι τὴν σύνοδον. *Secundum diſpenſationem quandam hoc fecit Juſtinianus. Quum enim videret, Hæſitantes propter hoc averſari Synodum* (Chalcedonenſem) *exiſtimavit, quod, ſi anathematizaret illos, Synodus reciperetur: ideoque duos* (Theodorum ſcilicet & Ibam: imo tres, memoratis duobus addito Theodoreto,

reto :) *anathematizandos duxit (quamquam eos minime anathematizatos oportuit) ut omnes ad unitatem redigeret . Hanc igitur ob caufam illos anathemati fubjecit . Verum ne fic quidem Hæfitantes Synodum receperunt .* Ut igitur & Neftorianorum & Acephalorum ora , tam Vigilius Pontifex , quam Synodus Quinta obftrueret ; non modo tria memorata Capitula funt damnata , fed etiam quatuor Synodi Œcumenicæ , Nicæna , Conftantinopolitana , Ephefina prima , & Chalcedonenfis difertim admiffæ & confirmatæ .

Græci Scriptores , de Quinta Synodo tractantes , mirum in modum hallucinantur . Nam , præter quam quod; Vigilii Papæ nomen e Diptychis excifum fuiffe mentiuntur, eo quod , ut ait Michaël Cerularius , Vigilius Synodo intereffe noluit, neque damnare quæ adverfus rectam fidem & duodecim Capitula Cyrilli Theodoretus fcripferat , etiam in Actis Synodi fictam illam Mennæ ad Vigilium Epiftolam , binafque Vigilii ad Theodoram Auguftam & ad Juftinianum Imperatorem literas, necnon Vigilii ipfius Juramentum intrufere , de quibus fupra dictum eft. Photii verba accipe . *Sanctum & Oecumenicum Quintum Concilium , magnam Conftantini civitatem , facrum fibi templum confecravit , centum fexaginta quinque Epifcoporum præfentia & concurfu confirmatum , quibus præfuerunt Mennas primum , deinde Eutychius . . . & Vigilius Romæ Epifcopus (qui in civitate quidem erat , fed Concilio non aderat ; & quamvis ad facri cœtus conventum promptus non effet , communem tamen Patrum fidem Libello comprobavit) & Apollinaris Alexandriæ , Domnufque Antiochiæ Archiepifcopi , & Didymus & Evagrius , Euftochii Hierofolymorum Epifcopi vicem gerentes .* Atqui ex Actis ipfius Synodi patet , Mennam ante primam Synodi Actionem jam in vivis effe defiiffe : locum autem Euftochii Hierofolymorum Patriarchæ non Didymum & Evagrium , fed Stephanum Epifcopum Raphiæ , Georgium Tiberiadis , & Damianum Sozufæ tenuiffe . Pergit Photius : *Hoc igitur fanctum Oecumenicum Concilium , nefaria Neftorii dogmata*

iterum pullulantia penitus evulsit, cum ipso satore zizaniorum, Theodorumque ac Diodorum, quorum hic Tarsi erat Episcopus, ille autem Mopsvestiæ, qui quum Nestorii prius hæresim parturirent, eam denique scriptis etiam ediderunt, mentisque suæ tamquam partus quosdam adulterinos horrendosque reliquerunt. Præterea damnarunt & anathemate confixerunt Origenem, & Didymum & Evagrium, veteres fidelium morbos, qui sane homines, Græcorum fabulas in Dei Ecclesiam inferre conati fuerant. In Synodi Canonibus nulla mentio *Diodori*, aut *Didymi & Evagrii*, sed tantummodo *Origenis*, *Theodori*, & *scriptorum Theodoreti*, *atque Epistolæ Ibæ*. Addit Photius: *Non solum autem hæc maledicta* (Origenistarum scilicet) *sed etiam illam quæ paulo ante extiterat hæresim, Anthimo Trapezuntio, qui Eutychis opinionem fovebat, & Severo, Petroque Apameensi, & Zoara auctoribus, cum reliqua illa scelerata atque multiplici ipsorum manu, sacer hic Patrum chorus sustulit, anathemateque damnavit, hujus sancti operis duce potissimum Agapeto Romæ Pontifice, adjuvantibus & collaborantibus illustribus Episcopis, inter quos fuit inclytus Antiochiæ Antistes Ephræmius, & Petrus Antistes Hierosolymorum. Divinus igitur ille cœtus Episcoporum, his omnibus damnatis atque rejectis, vera divinaque Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ Decreta sanxit & confirmavit. Ac quintum quidem Concilium his continetur.* Miscet Photius Concilium Constantinopoli habitum sub Menna anno 536. cum Quinta Synodo, & ex duobus Concil. perperam unum facit.

Nilus de Quinta Synodo: *Sancta & Oecumenica Quinta Synodus, habita est Constantinopoli imperante Justiniano, congregata a centum sexaginta sanctis Patribus adversus insanientem Origenem.* Addere debuit, a centum sexaginta quinque Episcopis adversus Origenem, & adversus Tria Capitula. Nam de tribus Capitulis potissimum fuit agitatum; Origeniani errores, qui fuerant antea damnati, iterum in Quinta Synodo sunt anathematizati. Sequitur Nilus: *Præerant Synodo Vigilius Papa Romæ, Eutychius Constantinopolis, Apollinaris,*

ris Alexandriæ , *Domnus Antiochiæ* , *&* *Damianus Hierosolymorum* . *Erat annus Mundi* 6045. *Christi vero* 545. *A quinta usque ad sextam sunt anni* 102. Præesse debuerat , si voluisset , Vigilius : non tamen interfuit, sed Synodum postea confirmavit . Hierosolymorum Patriarcha tunc erat non *Damianus*, sed *Eustochius*, cujus vicem in Synodo gessere *Stephanus*, *Georgius*, & *Damianus Episcopi*, uti Act. 1. subscripti leguntur. Habita est autem ea Synodus non anno Mundi 6045. Chr. 545., uti Nilus comminiscitur, sed anno Mundi 6061. Chr. 553. & anno 127. ante sextam Synodum.

Zonaras & Balsamon de Quinta (1) Synodo: *Quinta Synodus*, *Justiniani Imperatoris temporibus*, *centum*, *&* *sexagintaquinque Sanctis Patribus Constantinopoli congregatis*, *celebrata fuit*. *Ea quartæ Synodi decreta omnia sanxit &* *confirmavit*, *&* *qui contra illam nefarie obloquebantur* , *anathemate damnavit* ; *Origenem etiam* , *&* *impia ejus scripta &* *absurda dogmata* : *Evagrium &* *Didymum*, *evulgataque ab eisdem capita* . *Tum Nestorii Magistrum Theodorum Mopsvestenum*, *ac impias ejus doctrinas* . *Anthimum quoque* , *&* *Petrum* , *&* *Zoaram*, *cum gregalibus suis* . *Capita demum a Theodoreto conscripta* ; *&* *Ibæ Epistolam* . Rectius scripsissent , in ea Synodo fuisse damnatum Theodorum cum scriptis suis , necnon Theodoreti scripta , & Ibæ quæ dicitur Epistolam : additumque in Origenem ejusque doctrinam anathema. Cetera quæ adjiciuntur, manifestum faciunt , Zonaram & Balsamonem unacum Photio, Synodum sub Menna cum Quinta perperam confudisse.

Eustathius , auctor vitæ Eutychii Patriarchæ Constantinopolitani , cap. 4. ait, quatuor Patriarchas, quos nemo meminit unquam convenisse, Quintæ huic Synodo interfuisse. Quatuor autem Pariarchæ hi fuerunt : *Vigilius veteris*, *&* *hic Eutychius novæ Romæ*, *Apollinarius magnæ Alexandriæ*, *Domninus Theopoleos*, *qui tanquam in corpus unum ex quatuor elementis conflati* , *unanimes idemque sentientes* , *manus inter se conjunxerunt*. Rectius scri-

(1) In Synodico Guil. Beveregii Tom. 1. pag. 150.

scribit Evagrius Hist. Eccl. lib. 4. cap. 37. *Vigilius autem per literas consensit Concilio: non tamen interesse voluit*. Pergit Eustathius in vita Eutychii: *Quum igitur ex quatuor Pastorum concordia, rectoque sensu factum esset unum ovile, atque unus Pastor, & omnis disciplinæ moderatio per Sacerdotes & Sacerdotum Præsules conquievisset; discesserunt ad suas singuli civitates & populos magno cum gaudio*: Concordes autem non fuissent quatuor Patriarchæ, si Vigilius (1) a cæteris dissensisset, nec Synodum Constantinopolitanam, & factam in ea Trium Capitulorum damnationem approbasset. Major autem Eustathio coævo auctori, & oculato testi fides est adhibenda, quam Anastasio Bibliothecario, qui Vigilium in exilium a Justiniano pulsum scribit, quod Synodi Quintæ Decreta recipere noluisset. Id confirmat Cyrillus Scythopolitanus in vita Sancti Sabæ, inquiens: *Itaque quum sancta universalis Quinta Synodus Constantinopoli esset congregata, communi & generali anathemate rejecti sunt Origenes, Theodorus Episcopus Mopsvestiæ, & quæcumque ab Evagrio & Didymo dicta sunt de præexistentia: Probarunt autem id quatuor Patriarchæ præsentes*. Itaque Vigilius Quintam Synodum approbavit, antequam Constantinopoli discederet. Non est igitur in exilium ob pertinacem ejus improbationem deportatus. Baronius quidem, & Pagius ad ann. 554. Vigilium asserunt ab exilio, in quod jussu Justiniani deportatus fuerat, relaxatum fuisse, postquam Tria Capitula damnasset, auctoritate freti Anastasii Bibliothecarii, qui sic scribit. *Adunatus Clerus Romanus rogaverunt Narsetem, ut unacum ejus suggestione rogarent Principem, ut si adhuc viveret Vigilius Papa, aut Presbyteri, vel Clerus, qui cum eodem Vigilio fuerant in exilium deportati, reverterentur. Suscepta relatione Narsetis vel cuncti Cleri Romani lætus effectus est Imperator, & omnes inclyti ejus, eo quod requiem donasset Deus Romanis, mox misit jussiones suas per diversa loca, ubi fuerant in exilium deportati in Gypsa, & Proconneso, & adduxit eos ad se Impe-*

(1) Natal. ab Alexand. sæc. VI. Dissert. 3. art. 3.

Imperator, *dicens*: *Vultis recipere Vigilium*, *ut fuit Papa vester? gratias ago. Minusve? hic habetis Archidiaconum vestrum Pelagium*, *& manus mea vobiscum erit*. Responderunt omnes: *Imperet Deus pietati tuæ. Restitue nobis modo Vigilium: & quando voluerit eum Deus transire ab hoc seculo*, *tunc vestra præceptione donetur nobis Pelagius Archidiaconus noster. Tunc dimisit omnes cum Vigilio*. Hæc Anastasius hausisse videtur ex continuatore Marcellini Comitis, qui ad annum XIII. Post Consulatum Basilii U. C., hoc est ad ann. Chr. 554. scribit: *Vigilius Papa tandem ab Imperatoribus Romanis* (leg. ab Imperatore Romano, Justiniano scilicet) *& Narse de exilio relaxatus*, quum Romam redire cœpisset, in Sicilia morbo calculi obiit. Sed videtur, illius Auctarii scriptor, absentiam ab Urbe, & longiorem Constantinopoli moram, exilii nomine significasse. Ut ut est de illius Scriptoris mente, certum est, Vigilium in gratiam Justiniani receptum fuisse, statim atque Constitutum utrumque suum emisit, nempe mense Decembri anno Chr. 553. & mense Februar. anno 554. necnon mense Augusto Post Consulatum Basilii anno XIII. Chr. 554. quo edita fuit ejusdem Justiniani Imperatoris Constitutio in bonum Romanorum a Vigilio Constantinopoli tunc temporis præsente impetrata, qua ipsis concessum fuit, ut his mensuris & ponderibus uterentur, quæ Vigilio mox in Urbem redituro perferenda tradiderat. Satis itaque fecerat Justiniano Vigilius, damnando Tria Capitula, & Quintam Synodum approbando. Diuturnum autem illius exilium a viris eruditis assertum, merum & inane commentum est, quemadmodum egregie probavit vir doctissimus Cardinalis Norisius, in Dissertatione historica de Synodo Quinta.

Græcis Scriptoribus addere Syros juverit. Hæc enim de Quinta Synodo habet *Johannes* Asiæ Episcopus (1) citatus in Chronico *Dionysii* Patriarchæ Syrorum Jacobitarum

(1) Johannes Asiæ Episcopus, & Dionysius Jacobitarum Patriarcha in Chronico utuntur peculiari Græcorum Epocha, quam ut cum Epocha vulgari Christiana quis conciliet, annos Christi 319. ab illa subtrahat oportet. Sic enim, si ab anno Græc. 872. subtrahas annos 319. habebis annum vulgarem Chr. 553.

tarum ad annum Græcorum 872. ܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ
ܘܬܪܬܝܢ ܐܬܟܢܫܬ ܣܘܢܗܕܘܣ ܒܡܕܝܢܬܐ ܡܠܟܬܐ ܡܢ ܦܘܩܕܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܝܘܣܛܝܢܝܢܐ . ܒܫܢܬ ܗܠܝܢ ܕܝܢ : ܒܫܢܬ ܥܣܪܝܢ
ܘܫܬ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܝܘܣܛܝܢܝܢܐ : ܝܘܣܛܝܢܝܢܘܣ ܟܢܫ ܒܡܕܝܢܬܐ
ܡܠܟܬܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܐܦ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ . ܗܢܘܢ ܕܟܕ ܐܬܟܢܫܘ :
ܒܥܐ ܘܫܡܬܗ ܚܪܡܐ ܠܐܘܪܝܓܢܣ ܗܘ ܕܐܝܟܢܐ ܕܐܬܐܡܪ
ܘܡܢ ܡܠܟܐ ܝܘܣܛܝܢܝܢܐ ܗܘ ܗܘܐ . ܟܕ ܠܘܬܗ ܕܡܠܟܐ ܚܪܡܐ
ܘܡܠܟܐ ܠܟܠܗ ܦܬܓܡܐ . ܗܢܘܢ ܕܐܘܪܝܓܢܣ ܘܕܦܘܠܘܣܦܘܬܗ :
ܗܘ ܕܐܡܪܘ ܕܡܫܬܡܠܝܐ : ܗܘܐ ܡܢܗ ܕܒܗ ܠܐܘܪܝܓܢܣ . ܗܘܐ ܕܐܦ
ܡܫܬܠܡܢ ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܗܢܘܢ ܕܪܗܛܝܢ ܘܦܠܓܝܢ
ܚܘܕܪܐ ܠܡܫܝܚܐ . ܐܡܪܝܢ ܕܐܦ ܡܫܝܚܐ ܟܟܠܐ ܕܐܢܫ ܗܘܐ :
ܦܛܪܝܪܟܐ ܗܘܕܝܘܢܐ ܦܘܡܠܟܘܬܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܡܠܟܬܐ ܐܬܐ ܗܘܐ .
ܘܟܕ ܠܡܘܬ ܒܝܬ ܡܘܬܐ ܫܡܥ ܗܘܐ : ܘܡܫܠܡܗ ܠܡܘܡܠܐ
ܚܪܡܐ ܘܫܠܡܗ ܠܟܠܗ ܡܬܠܐ ܐܠܝܢ : ܒܫܢܬܐ ܡܢ ܫܢܝܢ
ܘܡܫܠܡ ܠܡܕܝܢ ܕܒܗ ܣܘܢܗܕܘܣ ܗܘܐ . ܡܢܝܢ ܦܘܢܝܢ
ܦܐܬܐ ܘܦܘܣܐ ܦܘܪܫܐ ܒܟܠܗܘܢ ܐܬܪܘܬܐ ܘܡܕܝܢܬܐ ܐܬܦܪܫܘ
ܗܘܘ . ܘܦܘܪܫܢܐ ܘܚܫܡܘܬܐ ܠܘܬ ܦܘܣܛܝܐ ܗܘܘ ܘܦܣܝܩܘܬܐ .
ܟܕ ܕܝܢ ܒܣܘܢܗܕܘܣ ܗܘܐ . ܐܡܟܢܐ ܕܠܐ ܡܬܬܟܣܢ ܗܘܘ .
ܠܟܠܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܘܟܠܝܣܐ ܗܘܘ . ܐܘܪܚܬܗ ܕܡܕܝܢܬܐ
ܡܠܟܬܐ . ܐܘܦܠܣܛܪܘܣ ܘܐܠܟܣܢܕܪܝܐ . ܘܣܘܡܟܢܐ
ܘܐܢܬܝܘܟܝܐ . ܟܕ ܐܦ ܦܘܪܫܢܘܬܐ ܕܐܘܪܝܓܢܐ ܕܟܠܗ ܗܘܐ
ܒܡܕܝܢܬܐ ܡܠܟܬܐ : ܠܐ ܕܝܢ ܡܢܗ ܒܣܘܢܗܕܘܣ . ܘܡܬܬܟܣܢ
ܡܟܠܠ ܐܘܟܠܝܣܝܘܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܐܟܚܕܐ ܡܬܬܟܣܝܢ ܗܘܘ :
ܟܕ ܫܪܝܐ ܕܟܠܗܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܡܫܝܚܝܘܬܐ . ܘܐܦ
ܟܠܠ ܡܬܠܐܠܐ ܥܡ ܠܘܬܗ ܣܘܢܗܕܘܣ ܗܘܐ : ܟܕ ܟܠܠ
ܒܟܠܗ ܐܬܟܢܫܬ . ܐܬܪܝܬܐ ܕܝܢ ܡܢ ܟܠܗ ܫܢܬܐ ܕܫܢܝܢ
ܠܗ : ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܫܢܢܐ . ܘܡܠܟܐ ܒܟܢܘܫܬܐ ܟܠܗܘܢ ܟܠܠ
ܗܘܐ ܐܘܪܚܝܢ . *An.* 872. *congregata est Synodus in Urbe Regia, jussu Justiniani Imperatoris. Interea anno* 26. (imo 27.) *Imperii sui, Justinianus Synodum in Urbe Regia coegit Patriarcharum & Episcoporum: quæ ubi congregata fuit, inquisivit, & anathema dixit Origeni, quemadmodum ab eodem ipso Imperatore Justiniano dictum fuerat.*

rat. Item anathematizavit hæc Tria Capitula, videlicet, Theodorum Mopsvestiæ, & Epistolam Ibæ, & scripta Theodoreti. Quam ob rem, universa Italiæ regio, hoc est, Roma & circa eam constituta loca, commota sunt, eandemque ob causam Vigilius Romæ Patriarcha in Urbem Regiam se se contulerat: qui quum primum in contrariam sententiam abiisset, & adversus damnationem trium horum Capitulorum strenue certasset, ad ultimum tamen consensit, admisitque id quod hæc Synodus peregerat. Hinc schismata & contentiones maxime in omnibus Occiduis regionibus exarserunt; exilia quoque & mala plurima, dissidiaque sunt orta. In hac vero Synodo, quod nunquam contigerat, tres Patriarchæ interfuere, Eutychius nempe Regiæ urbis, Apollinarius Alexandriæ magnæ, & Domninus Antiochiæ: Vigilius quoque Romæ Pontifex in urbe Regia aderat, non tamen in Synodo sedit; atque ita quatuor Patriarchæ simul convenerunt cum reliquis Episcopis, & Metropolitis. De pluribus autem egit definivitque hæc Synodus: Verum non fuit ab omnibus admissa: quumque peculiare ei nomen deesset, Synodus Quinta est appellata: Atque hæc breviter de ipsa disseruimus. Hactenus scriptor Syrus, Justiniani Imperatoris suppar, quemadmodum idem ipse alibi testatur, & Constantinopoli præsens: cujus testimonio duo elucent: Primum quidem, quod Vigilius Pontifex in damnatione Origenis ac Trium Capitulorum cum aliis Patriarchis & Episcopis convenit. Deinde, quod in eadem Synodo, antequam de Tribus Capitulis ageretur, a Patribus admissus confirmatusque fuit Justiniani Imperatoris Liber adversus Origenem, cui Titulus (1): Λόγος τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν Βασιλέως Ἰουστινιανοῦ καταπεμφθεὶς πρὸς Μηνᾶν, τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον Ἀρχιεπίσκοπον τῆς εὐδαίμονος πόλεως καὶ Πατριάρχην, κατὰ ὠριγένους τοῦ δυσσεβοῦς καὶ τῶν ἀνοσίων αὐτοῦ δογμάτων: *Tractatus piissimi Imperatoris Justiniani missus ad Mennam sanctissimum & beatissimum Archiepiscopum & Patriarcham felicis urbis, adversus impium Origenem, & nefarias ejus sententias.* Incipit.

Ἡμῖν

(1) Tom. VI. Concil. edit. Venet. pag. 311.

Ἡμῖν μὲν ἀεὶ σπουδὴ γέγονέ τε καὶ ἔστι τὸ τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμιτον πίστιν τῶν χριστιανῶν, καὶ τὴν κατάστασιν τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἀτάραχον διὰ πάντων φυλάττεσθαι. *Nobis semper studio fuit, atque etiam nunc est, rectam & irreprebensibilem Christianorum fidem, statumque sanctissimæ Dei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ perturbationum expertem usquequaque custodiri.* Quare Baronius, cui Lupus in Scholiis ad Synodum Quintam, & Card. Norisius in dissert. de v. Synodo, & Pagius ad ann. 553. num. 25. adstipulantur, recte monet, lectam esse in Synodo etiam alteram Epistolam Justiniani ad eandem Synodum Quintam directam, a Cedreno ad ann. Justin. xxvi. relatam, & ab eodem Baronio ad ann. 553. num. 239. recitatam, quæ incipit: *De Origene & iis, quæ ab ejus sunt secta, operam dedimus, justum esse intelligentes, ut sanctam Dei Apostolicamque Ecclesiam a turbis securam præstemus.* Extat Tom. vi. Concil. edit. Venet. pag. 354. Græc. Lat. *ad sanctam Synodum Constantinopolitanam de Origene & sectatoribus ejus*, cujus initium: σπουδὴ γέγονεν ἡμῖν. *Studium nostrum fuit & est, sanctam Dei & Apostolicam Ecclesiam a turbis securam custodire, prout par est, & ea quæ quocumque modo contra orthodoxam fidem enascuntur, condemnare. Quum ergo compertum habeamus, esse Hierosolymis quosdam nimirum Monachos, qui Pythagoræ, Platonis, Origenisque Adamantii impios errores sectentur ac doceant.* Desinit in hæc verba. *Propter has igitur nefarias & perniciosas opiniones, imo potius nugas, vos hortamur, o sanctissimi Patres, ut in unum collecti, subjectam expositionem diligenter perlegatis, & singula ejus capita damnetis, & anathematizetis una cum Origene omnes qui idem sentiunt aut sentient ad fidem.* Quibus postremis verbis manifeste indigitat Justinianus suum ipsius *Tractatum, adversus Origenem & nefarias ejus sententias, ad Mennam Patriarcham directum*, cujus paulo ante facta est mentio. Recte igitur a Cedreno hæc Justiniani ad Synodum Constantinopolitanam Epistola dicitur scripta anno xxvi. Imperii ejusdem, hoc est anno Chr. 552.

quo

quo adhuc Mennas Patriarcha in vivis erat (obiit enim mense Augusto anni 552.) adeoque ante mensem Augusti ea Epistola scripta, quando frequentissimi Episcopi Orientales Byzantium jam ad Synodum advenerant, inter quos (ut scribit Pagius ad ann. 553. num. VII.) tres Patriarchæ itemque Elias Metropolita Thessalonicensis, ut ex subscriptione Libellorum ad Vigilium Papam patet. Tum vero aut Menna adhuc vivente, aut potius statim post ejus obitum evecto ad Sedem Constantinopolitanam Eutychio agitari cœptum est in Synodo de damnandis Origenis erroribus: & lectis quidem antedictis Justiniani Imperatoris scriptis, damnati fuere, saltem anno 553. ante IV. Nonas Maji, hoc est, antequam collatio prima Synodi Quintæ haberetur, qua in Synodo de Tribus potissimum Capitulis facta est inquisitio. Adeoque in prævia quidem illa Synodo conditi videntur quindecim illi Canones adversus Origenem, quorum titulus Tom. VI. Concil. edit. Venet. pag. 223. *Canones Concilii adversus Origenem, primo Græce editi a cl. V. Petro Lambecio ex veteri Codice Ms. Bibliothecæ Imperatoriæ, addita interpretatione Latina Joannis Harduini Soc. Jesu. Sanctorum centum sexaginta quinque Patrum Constantinopolitanæ sanctæ Quintæ Synodi Canones* XV. Quorum Canonum primus. εἴ τις τὴν μυθώδη προύπαρξιν τῶν ψυχῶν. *Siquis fabulosam animarum præexistentiam*. Et quintus decimus. εἴ τις λέγει, ὅτι ἡ ἀγωγὴ τῶν νοῶν, ἡ αὐτὴ ἔςαι τῇ προτέρᾳ, ὅτε οὔπω ὑποβεβήκεσαν, ἢ καταπεπτώκασαν. *Siquis dixerit, quod vita* (actio) *mentium eadem erit cum priore, quando nondum descenderant aut deciderant*.

In eadem Veneta Conciliorum editione Tom. VI. pag. 1374. *ex Valesio in Evagrium, Garnerio dissert. de V. Synodo, & Caveo in hist. liter.* ad ann. Chr. 543. ponitur *Concilium Constantinopolitanum sub Menna*, in quo Origenistæ damnati sint. Liberatus in Breviario cap. 23. postquam narrasset, Paulum Alexandriæ Episcopum apud Gazam fuisse depositum, ejusque loco Zoilum substitutum, subjungit: *Sed redeunte Pelagio* (Sedis Apostolicæ

Diacono & Apocrisiario, qui unacum Patriarchis & aliquot Episcopis apud Gazam *Paulo* Pallium abstulerat eumque deposuerat:) *Sed redeunte Pelagio Constantinopolim, monachi quidam ab Hierosolymis, per quos Pelagius in Gazam transitum habuit, venerunt ad eum in comitatu, portantes capitula de libris Origenis excerpta, volentes agere apud Imperatorem, ut Origenes damnaretur cum illis capitulis. Igitur Pelagius æmulus existens Theodoro Cæsareæ Cappadociæ Episcopo, volens ei nocere, & quod esset Origenis defensor, una cum Menna Archiepiscopo Constantinopolitano flagitabat a Principe, ut juberet fieri, quod illi monachi supplicabant, ut Origenes damnaretur, ipsaque capitula talia docentia. Annuit Imperator facillime, gaudens se de talibus caussis judicium ferre. Jubente eo, dictata est in Origenem & illa capitula anathematis damnatio, quam subscribentes unacum Menna Archiepiscopo apud Constantinopolim reperto, deinde directa est Vigilio Romano Episcopo, Zoilo Alexandrino, Ephræmio Antiocheno, & Petro Hierosolymitano. Quibus eam accipientibus & subscribentibus, Origenes damnatus est mortuus, qui vivens olim fuerat ante damnatus.* Evagrius hist. Eccl. lib. 4. cap. 38. nomina Monachorum prodit, qui ab Eustochio Patriarcha Hierosolymitano missi fuere Constantinopolim, capitula Origeniana portantes. *Missi sunt* (inquit) *Constantinopolim ab Eustochio, Rufus Abbas monasterii Theodosii, & Conon Abbas Monasterii Sabæ, qui tum virtutis suæ caussa, tum ob monasteria quibus præerant, principem locum inter Solitarios obtinebant. Venerunt una cum illis etiam alii, dignitate haud multo inferiores: & hi quidem de Origene in primis, & de Evagrio ac Didymo agere instituerunt.* Et post pauca. *Quum autem libelli ab Eulogio, Conone, Cyriaco & Pancratio Monachis dati essent contra dogmata Origenis Adamantii & contra eos, qui impietatem atque errores illius sequebantur, de his Justinianus Synodum quæ congregata erat, consuluit, subjecto Epistolæ suæ exemplari ejusdem libelli, & iis, quæ ad Vigilium his de rebus scripserat.* Et mox. *Missa est igitur relatio*

a præ-

a prædicta Synodo ad Justinianum, post acclamationes, quas contra Origenem & ejusdem cum illo erroris sectatores congesserunt, cujus pars sic habet. Quum animum possideas cælestis nobilitatis participem, Christianissime Imperator. Et paulo post. *Fugimus itaque, fugimus istam doctrinam: neque enim novimus alienorum vocem. Et illum tamquam furem ac latronem, anathematis laqueis constrictum, procul a sacris septis ejecimus.* Et post aliquanta. *Eorum vero quæ a nobis gesta sunt, vim ac virtutem, ex eorundem lectione cognoscetis. His adjunxerunt etiam capita, quæcumque Origenis sectatores profiteri a magistris suis didicerunt: ex quibus tum consensus eorum, tum dissensio ac multiplex error deprehenditur. In his quintum caput erat, continens blasphemias, quas privati quidam ex nova Laura protulerant, quod sic habet. Theodorus Ascidas Cappadox dixit. Quando nunc Apostoli & Martyres miracula efficiunt, & in tanto honore sunt, nisi in resurrectione æquales fuerint Christo, qualis tandem eorum resurrectio futura est? Retulerunt etiam iidem Patres multas alias Didymi, Evagrii, ac Theodori blasphemias, quas studiose admodum ex eorum libris excerpserunt.* Hæc Evagrius, qui tamen ea pariter ac Cedrenus & Theophanes cum Quintæ Synodi gestis mire permiscet, & confundit, errore forsan non aliunde orto, quam quod hujus Synodi Acta, ut & prioris sub Menna anno 536., in unum cum Quinta Synodo Codicem compingi solebant, ut testatur Photius in Bibliotheca Cod. 18. Et distinctam quidem esse hanc a Quinta Synodo, non pauca suadent. Nam quinta Synodus a die IV. Nonas Maji anni 553. haberi cœpta est sub Eutychio Patriarcha Constantinopolitano, & Apollinario Alexandrino: hæc autem sub Menna Constantinopolitano, & sub Zoilo Alexandrino nuper apud Gazam ordinato, cujus initium juxta Tabulas Theophanis alligatur anno Incarnationis secundum Alexandrinos 535. qui Kalendis Septembris anni Christi 542. exorditur. Deinde in hac Constantinopolitana sub Menna Synodo, sola caussa Origeniana; in quinta vero Synodo, Trium Capitu-

 lorum

lorum causa præcipue agitata, nec Origenis vel Origenistarum, nisi Canone XI. vel levissima mentio; multo minus causæ illius plenaria cognitio. Præterea differentiam non obscure agnoscit ipse Evagrius, eo præsertim loco, quo testatur, Justinianum Synodum, quæ congregata erat, de controversia Origeniana consuluisse, *subjecto Epistolæ suæ exemplari ejusdem Libelli* (Libellum intelligit a Monachis Hierosolymitis oblatum:) *& iis quæ ad Vigilium bis de rebus scripserat*: Quæ satis indicant Vigilium nondum Constantinopolim venisse: qui tamen tempore Quintæ Synodi, & antea quoque (hoc est ab anno 547.) in Regia urbe versabatur. Denique tradit Evagrius, Theodorum Ascidam (illum nempe Nonni Origenistæ asseclam: deinde Cæsareæ Cappadociæ Episcopum:) in eadem Constantinopolitana sub Menna Synodo, tamquam Origenistam accusatum fuisse: quod fieri non potuit in Quinta Synodo, in qua Theodorus primas, ut ita dicam, partes egerit, ut ex ejus Actis perspici potest.

Quum autem ex iis, quæ hactenus de Constantinopolitana sub Menna Synodo contra Origenistas anno Chr. 543. habita diximus, constet, *Epistolæ Justiniani* ad eandem Synodum *subjectum* fuisse *exemplar Libelli oblati a Monachis Hierosolymitis*; *Relationem* insuper, a prædicta Synodo ad *Justinianum missam*, post acclamationes, quas contra Origenem & Origenistas congesserant, ita habere: *Quum animum possideas cælestis nobilitatis participem Christianissime Imperator*: eique *Relationi adjuncta etiam capita, quæcumque Origenis sectatores profiteri a magistris suis didicerant*: *atque in his quintum caput fuisse, continens blasphemias, quas privati quidam ex Nova Laura protulerant, quod sic habebat*: *Theodorus Ascidas Cappadox dixit*: *Quando nunc Apostoli & Martyres*, & reliqua, ut supra: quumque hæc omnia desint tam in Tractatu Justiniani ad Mennam contra Origenis errores, qui incipit: *Nobis semper studio fuit*: quam in ejusdem *Epistola ad sanctam Synodum Constantinopolitanam de Origene* & *sectatoribus ejus*: cujus initium: *Studium nostrum*

strum fuit & est: hinc manifeste, ut mihi videtur, colligitur, præter eam Synodum, quæ anno 543. Origenistas anathemate confixit; alteram Synodum (Quintam scilicet) ineunte anno 553. sub Eutychio Constantinopolitano, & Apollinario Alexandrino fuisse celebratam, in qua binæ illæ Justiniani Epistolæ sint lectæ, & Canones xv. adversus Origenistas conditi, antequam Collationes octo de Tribus Capitulis haberentur. Repetitam enim in Quinta Synodo fuisse Origenis damnationem, plura testantur congesta a Card. Norisio in dissert. de Quinta Synodo; præcipue vero id confirmant Theodorus ipse Cappadox, Joannes Nyssæ, & Basilius Episcopus novæ Justinianopoleos, quondam Camulianensium, qui in Collatione v. ejusdem Quiutæ Synodi (Tom. vi. Concil. edit. Ven. p. 106. ita Synodum alloquuntur: *Et multos quidem etiam alios invenimus post mortem anathematizatos, nec non etiam Origenem, etsi ad tempora Theophili Sanctæ memoriæ vel superius aliquis recurrerit, post mortem inveniet anathematizatum: quod etiam nunc in ipso fecit & vestra Sanctitas & Vigilius religiosissimus Papa antiquioris Romæ*. Non satis siquidem fuit Justiniano curasse, ut Origenes in Synodo Episcoporum, qui tunc forte in Regia urbe fuerunt obvii, anno 543. damnaretur; sed arrepta Synodi Quintæ œcumenicæ occasione, prolatam jam in Origenem damnationem a generali Concilio ratam haberi voluit: Idque ipsum etiam curæ fuit Theodori Ascidæ; Cæsareæ Cappadociæ Episcopi, qui quum in priore illo anni 543. Concilio tamquam Origenis assecla fuisset censura Synodica notatus, hanc ut a se notam amoliretur, in Quinta generali Synodo videri voluit acerrimus Origenis ejusque sectatorum oppugnator; idemque, ut opinor, (quippe qui apud Justinianum Augustum plurimum poterat,) creditur effecisse, ut Acta prioris illius Synodi abolerentur. Certe nihil eorum ad nos pervenit, nisi quod Evagrius in sua historia inseruit.

CA-

CAPUT IX.

Justiniani Imperatoris studium, ut hæreticos cum Ecclesia Catholica uniret. Ejusdem Edictum de Incorruptibilitate carnis Christi Domini. Eutychii Patriarchæ Constantinopolitani exilium. Joannis Scholastici in ejus locum substitutio.

ILliteratum adeo fuisse Justinianum, ut *Analphabetus* dictus sit, Baronius mendosa *Svidæ* editione deceptus existimavit, & ad ann. Ch. 528. 561. & 565. scripsit. Sed ms. Codex Bibliothecæ Vaticanæ *pro Justiniano*, habet *Justinum*: atque ita legendum confirmat *Procopius* in historia Arcana cap. 6. ubi de *Justino Seniore*: *Ea fretus* (inquit) *Justinus Præfectura, capessivit Imperium senex jam, licet capularis, &, quod Romanis antehac non evenit, adeo literarum expers, & quod dicitur Analphabetus, ut quum sui soleat nominis apices libellis indere Princeps, quum quid imperat faciendum; ipse neque imperare, neque compos esse posset rerum gerendarum; sed Proclus, qui officio Quæstoris fungebatur, eique assidebat, omnia faceret pro arbitrio. Verum, ut aliquod Imperatoris manus extaret argumentum, a Magistratu qui id muneris habet, excogitatum hoc est. Tabellæ ligneæ perpolitæ formam quatuor literarum, quæ legi Latine possent, incidendam curant, eaque Libello imposita, calamus colore imbutus, quo scribere mos est Imperatoribus, huic Principi tradebatur in manum, quam alii prehensantes ducebant, circumagebantque per quatuor illas literarum formas*. Cæterum (1) Justinianum non fuisse rudem & illiteratum, studium ejus in dogmatum divinorum investigatione, disceptationes de Tribus Capitulis cum Episcopis habitæ, transactæ frequentius cum illis noctes in evolvendis libris sacris, testantur, quarum rerum fidem facit Agapetus diaconus magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ in Parænetico (1) ad ipsum Justi-

(1) Natal. ab Alexandro hist. Eccl. Secul. VI. cap. VII. art. III de Justiniano Imp.

Justinianum, ubi num. XII. ait: *Nostris temporibus ostensum est prosperæ vitæ tempus, quod prædixit quidam ex veteribus futurum, quum vel Philosophi regnarent, vel Reges philosopharentur. Nam philosophando digni habiti Regno estis, & regnando a Philosophia non descivistis.* Præterea Eustathius in vita S. Eutychii Patriarchæ Constantinopolitani apud Bollandistas ad VI. Aprilis. *Nostis omnes quotquot meministis, quam curiose piæ memoriæ Justinianus in divinorum dogmatum investigatione, quodque diu noctuque, posthabitis omnibus aliis curis, illam unam & solam numquam intermitteret, qua ad disputandum omnes provocabat hæreticos, & rationes in medium proferendas, quibus ille valde prævalebat, quum ut plurimum eos hæreticos probabilibus modo ratiocinationibus, modo demonstrationibus, modo denique sacrarum testimoniis literarum confutaret.*

Vidimus supra, quantum Justinianus laboraverit in cogendis tribus Constantinopolitanis Synodis, ann. 536. 543. & 553. ut scilicet hæreticos Acephalos, Origenistas, & Nestorianos confutaret: quantum studii posuerit, ut, damnatis Severo, Petro, Zoara, Anthimo, & tribus Capitulis, salva in omnibus firmaque esset Quatuor Sanctarum Synodorum, Nicænæ, Constantinopolitanæ, Ephesinæ primæ, & Chalcedonensis auctoritas. Non minora sunt impensæ ab eodem Principe operæ argumenta, in conciliandis cum Ecclesia Catholica hæreticis.

Baronius ad ann. Chr. 532. num. 30. *Idem Justinianus Imperatur solicitus, omnes hæreticos ad Catholicam Ecclesiam revocare, sciens, Severi sectatores Episcopos & Monachos adhuc de Oriente, ejus hæresis esse pertinaces defensores atque propagatores; ad errorem exstirpandum, & errantes corrigendos, Collationem inter ipsos atque Catholicos habendam censuit Constantinopoli, Sex ex Severianis vocatis Episcopis, Catholicis vero quinque pro Catholicæ fidei defensione ex adverso stantibus.* Acta ejus Collationis ab *Innocentio Maroniæ Episcopo*, uno ex Catholicæ partis collegis Episcopo, scriptis mandata, idem Baro-

(1) Lat. prodiit apud Baron. ann. 527. a n. 4.

Baronius a Nicolao Fabro V.C. accepit, & Annalibus suis inseruit. Codex Nic. Fabri asservatur nunc in Bibl. Colbertina. Titulus, & initium. *Domino amabili Thomati Presbytero, Innocentius Episcopus Maroniæ Civitatis, in Domino salutem. Scripsit mihi tua Deo amabilis charitas, eo quod, susceptis humilitatis nostræ literis, unacum exemplaribus piissimi atque amatoris Dei Principis nostri, & sanctissimi Archiepiscopi literarum præcipientium, me ad Regiam pergere Civitatem, in grandi solicitudine devenerit, nesciens occasionem vocationis nostræ. Propterea significo, venerande frater, eo quod propter Orientales Episcopos, qui cum Severo a sancta Catholica & Apostolica Ecclesia separati sunt, evocati sumus. Scriptum est autem de hac eadem re, primiori quidem loco Domino meo Reverendissimo ac Deo amabili Hypatio Ephesinæ Civitatis Archiepiscopo, atque idem Domino meo Johanni Vesinæ* (Bizyensis) *Civitatis Episcopo, & meæ sicut dictum est, humilitati. Dominus enim meus vir Venerabilis Episcopus Stephanus Seleucienfium Civitatis, & idem Dominus meus Anthimus Trapezuntinæ Civitatis Episcopus, qui nobiscum una in Collatione fuerunt, jam processissent in Regiam Civitatem cum Domino meo Demetrio Philippinæ Civitatis Episcopo, etsi ipse propter corporalem ægritudinem præsens esse non potuit.* Severiani Episcopi fuere, *Sergius* Civitatis Cyri, *Thomas* Civitatis Germaniciæ, *Philoxenus* Dulichii, *Petrus* Theodosiopolis, *Joannes* Constantinæ, *Nonnus* Circesii, & unacum ipsis reliqui tam Clerici, quam Monachi. Episcopi vero partis Catholicæ, *Hypatius* Archiepiscopus Ephesi, *Joannes* Bizyæ, *Stephanus* Seleuciæ, *Innocentius* Maroniæ, *Anthimus* Trapezuntis, & *Demetrius* Philippinæ Civitatis, qui tamen propter ægritudinem interesse non potuit: & unacum iisdem Episcopis Catholicis, *Eusebius* Presbyter & Cimiliarcha Majoris Ecclesiæ, & Presbyteri ac Syncelli Archiepiscopi Epiphanii *Heraclianus* & *Laurentius*: sed & Antiochenæ Civitatis Presbyteri, Œconomi atque Aprocrisiarii *Hermisigenes*, *Magnus*, & *Aquilinus*; unacum *Leontio* Monacho & Apocri-

crisiario Patrum in sancta Civitate constitutorum. Justinianus Imperator ante Collationem evocavit Epiphanium Patriarcham in Palatio suo, quod cognominatur Hormisdæ; relictoque Senatu, cum eo parumper secedens, convocavit orthodoxos Episcopos, & cœpit eis dicere: *Quod pro his, qui cum Severo Episcopo ab Ecclesia desciverunt, convocavi vos, ut de his, quibus ambigunt, conferatis cum eis cum omni mansuetudine & patientia, sicut decet orthodoxos & sanctos viros. Etsi enim illi exasperati fuerint, vos tamquam Dei amatores, cum omni mansuetudine & tranquillitate eis satisfacite. Nolo autem sub mei præsentia fieri Collationem, ne in contemptum veniant, sed præcipio gloriosissimo Patricio Strategio (ille enim eo tempore locum tuebatur gloriosi Magistri officii)* ut *vobiscum una resideat*. Dissoluto primæ ac secundæ diei inter Catholicos Episcopos & hæreticos conventu, Imperator Justinianus accersito Patriarcha Epiphanio, præcepit etiam orthodoxos Antistites ingredi cum ipso: & postquam per confabulationem loquutus est ei, quæ illi Deus inspiravit, ipsum quidem dimisit, secundum morem oratione facta pro ejus pietate: Episcopos autem Catholicos unacum Senatu retinuit, censuitque etiam Contradicentes ingredi. Quibus ingressis, ipsos quidem præcepit in uno scamno sedere, Catholicos autem in altero cum gloriosissimis Judicibus. *Et omnibus tacentibus, Imperator tanta ac talia ad eos locutus est cum omni mansuetudine & tranquillitate, ut si alter mihi diceret* (inquit Innocentius Maroniæ Episcopus, hujus Collationis enarrator:) *ab ejus pietate hæc dicta, vix crederem, nisi ipse auribus meis audissem, quæ cum magna gratia Dei ex benedicto ejus ore prolata sunt . . . Et ut ex paucis possitis conjicere quæ multifarie multisque modis tam illo die, ab ejus pietate ad eos dicta sunt, quam in reliquis confabulationibus, ex exemplaribus piæ ejus Epistolæ æque cognoscetis, quæ scripta est ad Euphemium* (leg. Ephræmium) *virum reverendissimum Theopolitanæ Civitatis Archiepiscopum, ut per hoc appareat omnibus qui ab ipsis decepti sunt in Oriente:*

quæ præsenti subjungentes (1) *Epistolæ, vestræ venerationi transmisimus, ut per eam cognoscatis, quanta, Dei gratia, per benedictum os ejus, tam primo die, quam reliquis locuta est ad eos*. Tum vero Contradicentes secreto suggesserunt Imperatori per quemdam, tamquam non confitentibus orthodoxis Episcopis, Dominum passum carne, vel unum eum esse de Sancta Trinitate, nec ejusdem esse personæ tam miracula, quam passiones. „ Ingresso itaque sanctissimo Patriarcha in venerando Palatio ad piissimum Imperatorem, & Domino viro Reverendissimo Archiepiscopo Hypatio cum eo; percontata est pietas ejus ab ipsis, his verbis: Non confitemini, ejusdem esse personæ Domini Nostri Jesu Christi tam passiones, quam miracula? vel Deum esse, qui carne passus est, atque unum eum esse de Trinitate? Respondit idem Reverendissimus vir: nos, Domine, magis autem mater vestra Catholica & Apostolica sancta Dei Ecclesia, ejusdem personæ magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi prædicat & passiones & miracula, non tamen ejusdem naturæ; sed, sicut docuerunt sancti Patres, passibilem carnem, impassibilem divinitatem, circumscriptum corpore, incircumscriptum spiritu; terrenum, & cœlestem; visibilem & intelligibilem: ut integro homini eidem & Deo, integer homo cohæreat qui ceciderat sub peccato: sicut B. Gregorius Nazianzenus docuit in Epist. scripta ad Cledonium, & utraque sancta Concilia tam in Epheso adversus Nestorium, quem in Chalcedone adversus Eutychen & Nestorium congregata consenserunt & confirmaverunt. Sed & Dominum carne passum ita rursus confitemur propter eos qui confundunt vel dividunt, ut passibilem eum dicentes carne, impassibilem confiteamur divinitatem; similiter & Unum esse ex Trinitate secundum divinam naturam tam credentes, quam confitentes; secundum carnem vero

(1) Interiit hæc Justiniani ad Ephræmium Patriarcham Antiochenum Epistola, quam Innocentius Maroniæ Episcopus huic Collationi subjunxisse se affirmat.

„ vero unum ex nobis placuisse ei credimus fieri. Et „ sicut consubstantialem Patri secundum divinitatem, ita „ nobis consubstantialem secundum humanitatem: & si- „ cut perfectum in divinitate, ita perfectum & in hu- „ manitate „. Tandem post Collationem habitam, unus ex sex Episcopis hæreticis, *Philoxenus* nomine, unacum plurimis Clericis & Monachis, qui cum illis convenerant, ad sanctam communionem cum gaudio remearunt in Ecclesiis suis ac Monasteriis: ex quibus quidam lingua Syriaca per interpretes, dicebant: „ quia ab illis „ decepti, & nos eversi sumus, & multas animas ever- „ timus: & quod Spiritus Sanctus recessit ab Ecclesiis „ & Baptismate communionis eorum: & ideo hæc au- „ dientes, & velut veracibus credentes, decepti sumus: „ sed gloria Domino, qui satisfecit nobis de errore eo- „ rum, & univit nos Catholicis & Apostolicis sanctis „ Ecclesiis. Confidimus enim in bonitate ejus, quod „ nobis dabit virtutem, ut eorum quos evertimus, lon- „ ge plures iterum convertamus ad sanctas Ecclesias ejus, „ in gloriam & laudem sancti nominis ejus. Cæterorum „ vero Episcoporum perversitatem cordis (*inquit Im- „ perator*) Deus aspiciens, conligavit linguas eorum, „ ut neque satisfactionem invenirent, neque veritati „ consentirent: ut ex ipsis fiat occasio aversionis eorum, „ & non ex nobis. Et hæc quidem gratias agens Do- „ mino, dixit ejus tranquillitas de eorum perversita- „ te: sed tamen & usque hactenus omni continentia & „ beneficio dignatur eos attendere, nec cessat expectans „ propter Dominum, eorum conversionem ad bonum „. Nomina Episcoporum hæreticorum e Syriacis monumentis eruta evulgavi Tom.2. Biblioth. Orient. pag.89. Quum vero legitur in Epist. Innocentii Maroniæ Episcopi, in numero Episcoporum Catholicorum fuisse *Anthimus Trapezuntis Episcopus*; mihi certum videtur, mendum ibi cubare, &, pro *Demetrio Philippinæ Civitatis Episcopo, qui propter corporalem ægritudinem, præsens esse Collationi non potuit*, hæc verba intelligenda prorsus esse de *Anthimo*, non de *Demetrio*: Demetrius enim Catholi-

 cam

cam fidem femper profeffus fuit, idemque una cum Hypatio Ephefiorum Epifcopo, legatione Juftiniani Augufti ad Joannem Papam functus perhibetur, uti mox patebit: contra *Anthimus* videri quidem voluit Catholicis Epifcopis adverfus Severianos confentire; non tamen in arenam defcendit ægritudinem caufatus; nimirum, ut quam corde profitebatur hærefim, ore palam facere ne cogeretur. Quis autem & qualis revera fuerit Anthimus, poftea patuit, quum, Epiphanio Patriarcha mortuo, Sedem Conftantinopolitanam invafit, a qua per Agapetum Papam dejectus eft, uti ineunte cap. VII. diximus.

Porro eam collationem Catholicos inter & Severianos Conftantinopoli anno Chr. 532. habitam fuiffe, oftendit Eminentiffimus Baronius hoc argumento: *Qui enim* (inquit ad ann. 532. num. 30.) *in hac Collatione ex parte Catholicorum primum obtinuere locum Hypatius Epifcopus Ephefi, & Demetrius Philippenfis Epifcopus inventi Conftantinopoli, fequenti anno ab eodem Imperatore miffi funt Legati ad Joannem Romanum Pontificem: ut fuo loco dicetur*. Baronio fuffragatur Pagius ad eund. ann. 532. n.6. fic fcribens. *Baronius ex Epiftola Juftiniani ad Joannem Papam anno fequenti data, in qua dicit, fe laboraffe, ut Sacerdotes Orientales ad communionem Ecclefiæ Catholicæ revocaret, recte deducit, hanc Collationem præfenti anno habitam. Quod etiam colligitur ex Juftiniani Quinquennalibus: multis enim exemplis demonftravimus, annis hujufmodi feftivitatibus addictis, Imperatores Chriftianos Ecclefiæ paci & bono confulere folitos fuiffe, fimilefque catholicos inter & hæreticos, ad hos in Ecclefiam reducendos, collationes haberi voluiffe*. Verba Juftiniani Augufti in Epiftola ad Joannem Papam anno 533. data, hæc funt. *Reddentes honorem Apoftolicæ Sedi, & Veftræ Sanctitati, (quod femper nobis in voto & fuit & eft:) ut decet patrem, honorantes veftram beatitudinem; omnia quæ ad Ecclefiæ ftatum pertinent, feftinavimus ad notitiam deferre Veftræ Sanctitatis: quoniam femper nobis fuit magnum ftudium, unitatem Veftræ Apoftolicæ Sedis, & ftatum Sanctarum Dei Ecclefiarum cuftodire*, *qui*

qui hactenus obtinet & incommote permanet, nulla intercedente contrarietate. Ideoque omnes Sacerdotes universi Orientalis tractus & subjicere & unire vestræ Sanctitati properavimus. Pergit motam de *Christo Domino Uno ex Trinitate carne passo* quæstionem exponens, catholico quidem sensu, tam adversus Eutychianos, quam contra Nestorianos: quumque Sancta Quatuor Concilia suscipere se, omnesque Sacerdotes sequentes doctrinam Apostolicæ Sedis ita credere, confiteri, & prædicare dixisset, subdit: *Unde properavimus hoc ad notitiam deferre Vestræ Sanctitatis per Hypatium & Demetrium beatissimos Episcopos: ut nec vestram Sanctitatem lateant, quæ a quibusdam paucis Monachis male & Judaice secundum Nestorii perfidiam denegata sunt. Petimus ergo vestrum paternum affectum, ut vestris ad hos destinatis literis, & ad Sanctissimum Episcopum hujus almæ urbis & Patriarcham fratrem vestrum (quoniam & ipse per eosdem scripsit ad sanctitatem vestram, festinans in omnibus Sedem sequi Apostolicam beatitudinis vestræ) manifestum nobis faciatis, quod omnes qui prædicta recte confitentur, suscipit vestra Sanctitas; & eorum qui Judaice ausi sunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam.*

Præter hanc, de qua modo dictum est, alias plures Hæreticorum Collationes Constantinopoli haberi voluit Justinianus, quæ in Chronico Dionysii Jacobitarum Patriachæ a Joanne Asiæ Episcopo narrantur. Et prima quidem ad ann. Græcor. 865. Chr. 546. ܒܗܕܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܘܟܢܫܘ
ܘܟܢܫ ܐܠܗܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܦܛܪ̈ܝܪܟܐ ܘܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ
ܘܕܝܪ̈ܝܐ ܘܝܚܝ̈ܕܝܐ ܘܥܠܡ̈ܝܐ ܡܢ ܟܠ ܦܢ̈ܝܢ ܕܡܠܟܘܬܐ
ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܟܠܗ̇ ܐܘܪ̈ܚܝ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܘܗܘܬ ܟܢܘܫܬܐ ܐܝܟ ܗܕܐ ܕܝ
ܡܢܝܢ ܠܡܦܩ ܠܐ ܗܘܐ *Anno 865. in urbe Regia, congregati sunt, Fidei causa, complures Patriarchæ, Episcopi, monachi, eremitæ, & Laici ex omnibus regionibus: hujusmodi tamen conventus solutus est, quin ullum sortiretur fructum. Altera ad annum Græcorum 869. Chr. 550.*
ܒܗܕܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܘܡܠܟܝܢ ܘܟܢܫ ܗܘܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ
ܡܩܠܘܝܐ

ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܡܠܟܬܐ . ܟܕ ܗܟܝܠ ܗܠܝܢ
ܛܠܝܢ ܒܛܢܢܐ : ܐܬܟܢܫܘ ܘܐܬܕܪܫܘ ܘܡܬܟܬܫܘ ܠܠܟܠ
ܘܐܬܦܢܝܘ ܠܐܬܪܗܘܢ ܒܣܦܝܢܐ ܟܕ ܠܐ ܫܠܡܝܢ

Anno 869. habita fuit collatio Monachorum Ægyptiorum in urbe Regia, Fidei causa. Quum igitur isti zelo fidei arderent, convenerunt, disputarunt, congressi sunt; sed, re infecta, conscensis navibus, in regionem suom redierunt. Tertia ad annum Græcorum 871. Chr. 552.

ܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܚܕܐ ܗܘܬ ܗܘܬ ܒܩܘܣܛܢܛܝܢܐ
ܡܢ ܡܠܟܐ ܕܝܘܣܛܝܢܝܢܘܣ ܣܝܢܘܕܘܣ ܘܦܛܪܝܪܟܐ
ܘܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܟܘܡܪܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܘܣ
ܠܡܕܝܢܬ ܡܠܟܘܬܐ. ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܢܣܛܘܪܝܐ ܒܟܠܗܘܢ
ܕܡܫܡܫܝܢ ܣ̈ܦܪܐ ܕܬܐܕܘܪܘܣ ܐܝܠܝܢ ܗܘܘ ܡܬܩܪܝܢ . ܐܬܟܢܫ
ܓܝܪ ܡܠܟܐ . ܘܗܘ ܡܛܠ ܕܢܚܘܐ ܗܘܐ ܕܒܟܢܘܫܬܐ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ
ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ : ܐܝܟ ܕܠܗܘܢ ܡܠܟܐ ܡܛܠ ܗܝܡܢܘܬܐ .
ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܐܬܐ ܠܡܠܟܘܬܐ : ܐܡܪܘ ܠܡܠܟܐ : ܕܡܛܠ ܠܟܘܢ
ܕܡܢ ܐܬܪܐ ܡܢ ܡܬܟܬܫܝܢ ܠܟܘܢ ܥܡܢܐ : ܘܟܠܗ ܟܢܘܫܬܐ
ܡܬܩܒܠܝܢ : ܢܐܬܘܢ ܠܟܘܢ ܐܬܪܐ ܘܦܛܪܝܪܟܐ ܘܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ
ܐܦ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܒܟܬܒܐ ܘܫܪܪܐ ܘܦܪܫܘܬܐ
ܘܡܕܝܢܬܐ. ܘܗܘܐ ܢܬܟܢܫܘܢ ܘܢܬܡܠܟܘܢ ܒܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܕܟܠ ܐܪ̈ܥܬܐ
ܗܝܡܢܘܬܐ . ܫܦܝܪ ܕܝܢ ܡܠܟܐ ܗܘܐ ܠܡܠܟܐ . ܘܐܬܦܢܝ ܗܘܐ
ܠܡܠܟܘܬܗ . ܠܐ ܒܪܝܫܐ ܐܝܟ ܦܘܩܕܢܐ ܕܠܥܠܡ ܕܡܦܩ
ܘܦܩܕ ܕܢܐܬܘܢ . ܘܡܫܠܚ ܘܦܩܕ . ܘܡܢ ܕܢܣܒ ܗܘܐ
ܠܟܬܒܘܗܝ : ܐܬܟܢܫܘ ܘܐܬܕܪܫܘ ܦܘܩܕܢܐ . ܘܗܘܬ ܟܢܘܫܬܐ
ܒܒܝܬܗܘܢ ܕܡܛܠ ܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟ ܡܪܢܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܐܝܬܝܗܘܢ :
ܠܐ ܢܬܟܬܫܘܢ ܒܗ ܘܠܐ ܢܬܩܪܘܢ ܐܘ ܢܬܦܠܓܘܢ . ܘܗܘܐ ܒܟܢܘܫܬܐ
ܒܫܢܬܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܘܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܐܬܟܢܫܘ ܘܡܠܟܘ ܠܟܠܗ ܘܐܬܦܢܝܘ
ܠܡܕܝܢܬ ܡܠܟܘܬܐ. ܘܡܠܟܘ ܘܫܠܚܘ ܠܡܠܟܐ ܒܐܓܪܬܐ :
ܘܐܬܐܡܪܘ ܡܠܐ ܕܪܘܪܐ ܘܐܬܚܫܒܘ ܡܛܠܬܐ ܕܗܘܬ ܒܗ ܐܬܪܐ
ܗܘ ܡܠܟܐ ܗܘ ܕܡܠܟܝܢ ܗܘܐ ܘܐܦ ܗܘ ܒܝܬܐ . ܘܡܫܠܚ
ܗܘܐ ܠܗ ܕܢܦܩ ܗܘ ܘܠܐ ܦܣܩܘܬܐ ܘܠܐ ܐܝܟ ܐܝܟܢܐ ܕܐܪܥܐ
ܠܗ ܒܝܬܐ : ܘܟܕ ܢܦܩ ܕܐܡܪܝܢ ܠܗ : ܗܠܝܢ ܐܝܟܢ ܗܟܢ
ܗܘܐ ܠܟܢܫܐ ܕܐܡܪܝܢ . ܘܗܘܐ ܐܬܟܢܫܘ ܠܗܘܢ ܘܡܠܟܘ
ܘܦܪܫܬܗ

ܘܢܘܩܠܪ̈ܐ ܡܨܪ̈ܝܐ ܘܬܒܐܝܣ. ܘܠܘܬ ܐܬܟܢܫܘ ܠܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ.
ܘܡܛܠ ܡܗܝ̈ܡܢܐ ܟܠܗܘܢ ܘܡܝܬܝܢ ܕܝܡܐ ܠܡܠܟܐ ܕܥܡܐ ܣܓܝܐ.
ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܚܙܐ ܕܠܐ ܐܠܦܝܢ ܘܡܬܚܫܒܝܢ ܕܢܟܦܘܢ ܡܠܟܐ : ܘܗܘܐ
ܐܦ ܗܘ ܥܡܗܘܢ ܘܡܫܬܥܐ ܠܐܦ̈ܝܗܘܢ ܕܝ ܡܕܝܡ ܠܐ ܐܬܬܙܝܥ. ܘܗܘܐ ܟܕ ܠܐ
ܐܡܪܝܢ ܟܕ ܢܬܝܐ ܘܐܢܫ ܗܠܝܢ ܥܡܗ ܗܘܐ ܡܠܟܐ ܗܠܝܢ ܘܥܒܕܘ
ܒܡܘܕܝܢܘܬܐ ܠܡܠܟܐ ܗܘܘ ܘܐܦ ܥܡܗ ܒܡܠܬܐ ܣܟܘܠܣܛܝܩ̈ܐ ܡܢ
ܡܕܝܢܬܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܠܘܬܗ ܢܦܩܘ ܡܟܠܝܬܐ
ܠܡܠܟܐ ܗܘܘ. ܘܗܘܐ ܡܬܬܒܥܝܢ ܗܘܘ ܘܐܬܪܝܢ ܘܡܬܟܢܫܝܢ
ܐܚ̈ܐ ܣܟܘܠܣܛܝܩ̈ܐ ܘܡܬܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܕܪܫܝܢ.
ܒܝܘܡܝܢ ܚܡܫܐ ܠܐ ܗܘܐ ܗܘܐ.

Ann. 871. jussit Imp. congregari Scholasticos, & Grammaticos, & Monachos, & Naucleros Alexandriæ, Ægypti, ac Thebaidis in urbem Regiam. Quoniam igitur Naucleri omnes, qui frumentum publicum afferebant, fideles erant (sic hæreticos Monophysitas appellat Monophysita Joannes historicus) *coram Imperatore convenerunt: ipse vero quum compertum haberet, illos Synodo* (Chalcedonensi) *esse contrarios, sermonem de fide cum ipsis miscuit. Quumque plura essent dicta, ii ad Imperatorem inquiunt: nos quidem homines sumus cum undis maris certantes, disputationum prorsus inexperti: veniant igitur nobiscum Patres monachi, & Scholiastici & Grammatici, scripturarum periti, & reliqui civitatis primores: atque ita universa quæ ad Fidem pertinent, expendantur, & disputentur. Placuit Imperatori hoc consilium, & nulla interposita mora edictum edidit, ut id opere compleretur. Abierunt ergo illi, & ubi Alexandriam venerunt, facto conventu, lectum est Imperatorium Edictum. Illi vero secum animo perpendentes, rem circa veritatem fidei agitari, ac proinde non esse cunctandum, neque timendum; facta ingenti monachorum & laicorum congregatione, navim conscendentes, ad urbem Regiam properarunt. Quumque accessissent, & Imperatorem, me* (1) *præsente, venerati essent, inita disputatione, sic inventi sunt parati, ut obstupesceret Imperator, qui & ipse in proponendis solvendisque quæstionibus peritus erat, putabatque, neque Episcopum neque alium quempiam sibi in*

(1) Ita historicus Joannes de seipso scribit.

in disputando parem esse. Quumque illos apposite ad omnia respondere cognovisset, abire jussit, indicta altera in diem crastinum congressione. Itaque iterum congregati, quun per alios etiam plures dies confabulati essent, nec unquam differenti Augusto cessissent, is quidem a disputationibus in posterum abstinuit; cœpit tamen illos blandis verbis detinere ad annum usque. Quo ii perspecto, nihil nempe ad rem ab illo promoveri, infecta & ipsi re ad propriam regressi sunt regionem. Alios similes conventus frequenter haberi jubebat Imperator, non eorum tantummodo, qui in Regia urbe degebant, sed etiam aliorum plurimorum fidelium, qui cura studioque (1) *bonæ memoriæ Imperatricis, in Palatio versabantur, atque ita pluribus vicibus congregabantur, & disputando persuadere conabantur, propositis etiam promissis, si ad partes Imperatoris transirent: conatibus tamen in irritum semper cedentibus.* Quarta Collatio ad ann. Græcor. 874. Chr. 555. ܥܠ ܟܢܘܫܝܐ ܗܕܐ ܕܗܘ̈ܘ ܕܡ̈ܠܐ ܘܡܫܪܝܐ ܕܗܘ̈ܝܐ
ܡܕܝ̈ܢܬܐ ܕܒܡܕܘܢ ܕܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܡܠܟܐ ܘܒܡܕܝܢܬܐ ܢܘܡܐ
ܡܠܟܬܐ ܒܟܪܝܗܬܐ ܡܠܟܘܬܐ ܒܟܢܫܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܘܡܠܟܝܢ
ܘܐܬܟܠ ܘܠܐܒܘܣܛܘܠܘܣ. ܒܬܪ ܗܟܝܠ ܡܠܟܐ ܘܡܬܡܢܝܢܘܬܐ
ܡܠܟܬܐ ܠܐܘܓܘܣܛܐ: ܗܝ ܕܪܚܡܐ ܗܘܬ ܘܡܩܒܠܐ ܠܚܣܝܐ
ܘܡܗܝܡܢܐ ܘܡܟܬܒܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ ܘܡܬܟܫܦܐ ܘܡܬܛܝܒܘܬܐ:
ܐܦܣܩܘ ܐܚܝܢ ܘܡܬܠܟܝܢ ܠܗ ܠܡܣܛܘܪܘܢܐ ܘܐܬܟܢܫܘ.
ܘܗܟܢܐ ܠܡ ܕܡܛܠܬܐ ܠܗ ܗܘ ܕܒܗ ܩܝܡܐ ܡܠܟܬܐ: ܗܘ
ܕܝܠܗ ܗܘܬ ܠܗܘܢ ܘܠܐ ܫܠܡܝܢ ܠܗ: ܕܗܘ ܡܬܟܪܝܢ
ܗܘܘ ܘܠܐ ܫܡܥܝܢ ܠܗ: ܗܘܐ ܠܝ ܠܡܐܪ ܠܐܚܝ ܘܠܝܬ ܐܢܐ:
ܠܗܘܢ ܫܠܡܝܢ ܠܗ ܘܡܬܟܫܦܝܢ ܠܗ ܠܡܣܛܘܪܘܢܐ. ܡܛܠ
ܕܡܩܒܠܝܢ ܘܐܬܦܪܫܘ ܠܗܘܢ. ܒܗ ܗܟܝܠ ܫܢܬܐ ܡܠܟܐ ܡܢ
ܟܢܫ ܡܠܟܘܬܐ: ܦܠܚ ܘܐܦܢ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܗܘܐ ܦܓܪܗܘܢ ܦܫܝܐ
ܕܗܘܐ ܠܗܘܐ: ܘܡܠܟܘܬܐ ܠܡܪܝܢܘܬܐ ܫܪܝܪ ܡܕܝܢܬܐ ܘܐܣܟܡܐ
ܫܡܥܝ ܘܐܦܣܩܐ ܘܕܠܝܘܢ ܢܬܟܢܫ ܗܘܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܠܡܫܡܥܘ
ܘܗܘܝܐ. ܒܗ ܡܫܬܘܐ ܠܡܘܢܐ ܘܦܩܕ ܢܦܩܘܢ ܡܕܝܢ̈ܬܐ
ܠܕܘܟܬܐ

(1) Theodoram Augustam Acephalorum fautricem intelligit, quæ mense Junio anni 548. decesserat.

[illegible]

„ De magno Conventu Archimandritarum, reliquorumque „ Monachorum Orientalium cum ipsis : qui poſt obitum „ bonæ memoriæ *Theodoræ* Imperatricis in urbe Regia habitus fuit Anno Alexandri 874. Itaque poſtquam deceſſit „ fidelis Imperatrix Theodora, quæ Fidelium (1) partes „ curabat, alebat, colligebat, protegebat, eiſque alimen- „ ta ſuppeditabat: quidam ad Imperatorem Juſtinianum ac-

(1) Ita hæreticos Monophyſitas vocat auctor Monophyſita.

„ cedentes, eique consilium dantes, dicebant: nunc tandem, quum illa Imperatrix ad Sanctorum cœtum recepta est, quæ curam illorum gerebat, qui Tibi non obtemperabant, ejusque freti patrocinio, nihili te ducebant: nunc, inquam, si illos congregari jusseris, & huc ad te perduci, universi consentient tibi, & Synodum amplexabuntur: jam enim timidi facti sunt, & pristinam illam obstinationem deposuere. Quod quum Imperator a consiliariis suis audisset, exarsit, animo reputans, id factu opus esse, & ad exitum sine dubio perductum iri. Primum igitur accersitum me, Joannem Asiæ, hortari cœpit, ut pergerem in Syriam, cunctosque Cœnobitas in Regiam urbem adducerem; summo cum honore illos accepturum se promittens, & necessarios ad iter faciendum sumtus, arcas quoque, lecticas, & quæ opus essent jumenta. Quumque me & promissis, & jussionibus plurimum urgeret, ut illud in Syriam iter susciperem: ego contra reponebam, non esse operæ pretium, ut id consiliì caperetur: neque æquum esse, ut homines canitie venerandos cogeret, sua relinquere cœnobia, arduum iter capessere, in remotas regiones dispergi: demum non facile illos colligi posse, qui in diversis locis exules degerent. Ipse vero propositi tenax, pergebat nihilominus adductas a me rationes confutans: ajebam enim, nolle me hujusce rei mediatorem ac ministrum esse: quippe qui verebar, sanctorum virorum ac perfectorum hujusmodi in me maledicta & convicia contortum iri: excusatum proinde me haberet. At Justinianus subiratus, quod jussa ipsius exequi abnuissem, me quidem dimisit, & a conspectu suo longe fieri mandavit; alium vero quemdam delegit, qui rem hujusmndi studiose promovebat, eumque in Syriam ablegavit. Atque ita congregati sunt in urbem Regiam venerandi seniores circiter quadringenti, quibus ingens amplumque Palatium, quod Isidori dicitur, habitandum traditum fuit: ibique commorati sunt. Porro universa Civitas obviam illis occurrit, cupiens eos videre, & ab illis benedici. Ingressi sunt ergo ad Imperatorem: quos ubi vidit, obstupuit. Perspexit enim

„ eos

„ eos in fide quidem ſanos, in ſermone autem diſertos &
„ fortes, non autem, uti exiſtimabat, debiles, & infirmos.
„ Quumque annum & ampliùs ibi manſiſſent, ingredien-
„ tes & exeuntes, diſputantes & reſpondentes, neque a
„ propoſito ſuo deficientes aut recedentes; rogarunt Im-
„ peratorem, ut illos abire ſineret. Re igitur utrobique
„ infecta, dimiſſi ſunt.

Hæc Joannes Aſiæ Epiſcopus de quatuor Collationibus Conſtantinopoli habitis; qua in narratione partes hæreticorum, hæreticus ipſe, ubique propugnat. Idem Auctor ad annum Græc. 852. narrat, deprehenſos fuiſſe Conſtantinopoli plurimos Manichæos, quos quum Imperator ab erroribus revocare fruſtra tentaſſet, cremari, eorumque cineres in mare dejici juſſit. Ad annum vero Juſtiniani XIX. refert idem Joannes, commiſſum ſibi fuiſſe ab Imperatore munus inquirendi in Ethnicos, qui in Regia urbe latitabant; peracto autem diligenter examine, complures deprehenſos fuiſſe hujus ſuperſtitionis homines, nobilitate, opibus, & eruditione inſignes, Patricios nempe, Grammaticos, Sophiſtas, Scholaſticos, & Medicos. Ex his Phocas quidam, inquit, vir Patricius, quum intelligeret a conſciis illius criminis ſe Juſtiniano denunciatum, hauſto veneno mortem ſibi conſcivit: cujus cadaver abſque ullo ſepulturæ honore in foveam quandam projici juſſit Imperator: reliquos vero Paganos in Eccleſiam convenire, ubi Chriſtiana religione per Joannem imbuerentur. Scribit denique anno Græc. 853. ſe Juſtiniani juſſu regiones Aſiæ, Cariæ, Lydiæ, & Phrygiæ perluſtraſſe, & a Gentilium erroribus ad Chriſtianam fidem ſeptuaginta hominum millia pertraxiſſe, quibus ab ipſo Baptiſmi gratiam collatam aſſerit; Juſtinianum vero neceſſarios ad id opus ſumtus liberali manu ſuppeditaſſe; vaſa nempe argentea, & ænea, lineas veſtes, & ſacros libros pro Monaſteriis XII. & nonaginta ſex Eccleſiis, e quibus Neophyti illi unam ſupra quadraginta ſumtibus propriis exſtruxere, cæteræ ex ærario publico, juſſu Imperatoris, conditæ.

Hujus, suspecti cæteroquin Auctoris, narrationem confirmat Procopius in Historia Arcana cap. 11. qui quæcumque a Justiniano gesta in malam partem interpretatur, aitque, eum avaritiæ causa, hæreticos exagitasse. *Sunt*, inquit, *in universo Romano Imperio complures Christianorum sectæ minime probatæ, quas Hæreses vulgo dicunt, Montanistarum, Sabbatianorum, aliorumque complurium, quæ mentes hominum transversas agunt. Hos omnes priori sententia decedere jussit, protervis tum alia minatus, tum & ne liberis aut propinquis bona relinquerent interdicens. In horum, quos vocant, Hæreticorum fanis, ac iis præsertim, in quibus Arii secta celebraretur, opes recondebantur, plane supra quam credibile cuiquam sit, neque enim Senatus universus, aut alia Romani præcipua pars Imperii de divitiis cum his delubris conferri potest. Nam iis omnibus erat sacra supellex ex auro, argentoque, pretiosis lapidibus omni opulentia & copia major; domus & pagi refertissima; possessiones ubique gentium, & siquid aliud est mortalibus opum genus; utpote quibus nemo Principum aliquando molestiam intulisset. Quin & multis rectæ sententiæ hominibus per occasionem artis & instituti necessaria ad vitam inde suppeditata sunt. Horum ergo templorum publicata bona prædæ fuerunt Justiniano Augusto. Exinde vitæ usus quamplurimis præclusus. Huc atque illuc palantes alii obvium quemquam, patriam cogebant mutare sententiam. Id homines agrestes impium rati, suadentibus hæc, sese opponere deliberant; sed a seditionum popularibus passim mactati; alii superstitiosa & insana religione sibi manus intulerunt: pars occupata fuga, patrio solo sese paulatim ejecit: qui erant in Phrygia Montani sectatores, templis, in quæ se coëgerant, occlusis, atque succensis, una cum iis temere conflagrarunt. Atque ex hoc tempore ubique in Romano Imperio fugæ, cædesque. Lege hac lata etiam in Samaritas, ingens Palæstinam tumultus pervasit. Qui ergo vel Cæsareæ apud nos erant, vel in urbibus aliis, indignum rati, si pro insano dogmate subirent incommoda, Christianorum nomine, quod in promptu*

ptu erat, cum suo permutato, hac specie, Legis discrimen evitarunt: etsi quibus mens erat bona, ii a fidelium sententia non abhorruerint. Verum pars major indigne, ferentes, quod præter voluntatem Lege coacti essent avitam religionem deserere, illico ad Manichæos, & quod vocant, Polytheos defecerunt. At agrestes agmine facto, in Cæsarem arripiunt arma, designatoque sibi Imperatore Sabari filio Juliano prædone, manus cum milite conferunt; pugnatumque Marte aliquandiu incerto est: demum prælio victi, cum Juliano Duce contrucidati sunt, deletis, ut ferunt, eo conflictu centenis hominum millibus. Subdit idem Procopius. *Hoc facto, jam in Gentiles sævitiam convertit, qua cæsis corporibus, qua fortunis direptis: quorum qui nomina Christo dederunt, utpote qui per speciem, malorumque vitandorum id causa fecissent, tandem inter Libamina, & Sacrificia, atque impias religiones deprehensi sunt*. Facit ad hanc rem quod Theophanes ad ann. Incarn. secundum Alexandrinos 522., Kalendis Septembris anni Christi 529. inchoati, de Gentilibus scribit. *Hoc anno, qui octavæ Indictionis, adversus Gentiles & Hæresim omnem Justinianus Imperator persecutionem movit, & eorum facultates ærario publico addixit. Tunc accusatus est Macedonius Ex-Referendarius & Asclepiodotus Ex-Præfectus, qui metu pulsus fidem amplexus est, & obiit mortem: Pegasius etiam cum filiis inter procedendum examinatus est. Phocas etiam Patricius Crateri filius, & Thomas Quæstor: & alii comprehensi: quod maximum omnibus terrorem incussit. Imperator autem solos Christianos, eosque recta in fide probatos, ad communia & Curialia munera substinenda admitti, Gentiles & Hæreticos ab eis amoveri, lata lege sanxit; iisdem vero trimestre tempus ineundæ resipiscentiæ terminum ultimum præscripsit*. Hac lege, Imperatoriæ aulæ primores, Gentilitiæ superstitionis rei acti sunt, horumque numerus non exiguus erat.

Tot tantisque in Ecclesiam Catholicam meritis Justinianus, ubi semel de dogmatibus Edicta sanciendi sibi arrogavit auctoritatem; & pacis concordiæque velamento

mento cœpit cum hæreticis habere consuetudinem, quos procul pellere & more Catholicorum Imperatorum in exilium mittere debuisset; plane accidit, ut eorum venena minus caute vitarit, atque in hæresim Aphthartodocetarum, seu Incorrupticolarum misere lapsus sit. Ita Baronius ad annum Chr. 563. Justiniani lapsum refert, scriptumque ab eo Edictum, quo omnes ubique Episcopos per vim cogeret, ut suæ opinioni assentirentur. Græci tamen historici id factum ad annum Justiniani 38. Christi 564. tradunt. Theophanes ann. Incarn. secundum Alexandrinos 557. qui Kalendis Septemb. anni Chr. 564. inchoatur: *Eodem anno* (inquit) *Justinianus opinionem de Corruptibili atque Incorruptibili movens, quum Edictum super ea re ab omni pietate alienum in Provincias omnes emisisset, Deo prævertente mortuus est*. Idem de anno, quo Justinianus opinionem de Incorruptibili movit, scribunt Cedrenus, Auctor Miscellæ, aliique. Et quidem ex exilio, quod Eutychio Patriarchæ Constantinopolitano, quod hæreticæ opinioni subscribere renueret, irrogatum fuit, demonstratur, Edictum exeunte anno 564. scriptum fuisse. Eustathius quippe in S. Eutychii vita (apud Bolland. ad VI. April. Tom. I.) cap. 5. ait: *Festo enim Sancti Timothei die, dum illud in novo Palatio Hormisdæ celebraretur, & Sanctus Eutychius divinam rem faceret: Tribunus Militum & Satellites Tribuni, seu potius feræ immanes ministri, invaserunt Patriarchium; comprehenderuntque & distraxerunt viri sancti familiares, qui contra illum testificarentur, ut quoquo modo verosimile facerent, cum non sine causa fuisse a Pontificatu depositum*. Festum S. Timothei Ephesini Episcopi celebratur a Græcis die XXII. Januarii, ut videre est in illorum Menæis, & Menologiis. Tempus motæ circa Incorruptibilitatem carnis Christi Domini controversiæ, & causam relegationis S. Eutychii, non initio anni 565. ut vult Pagius, sed circa finem anni 564. contigisse, aperte colligitur ex eodem Eustathio in Eutychii vita cap. 4. apud Bolland. ad VI. April. num. 33. cujus hæc sunt verba. „ Scitis omnes, qui pii Imperato-

„ ris Justiniani studium circa divina dogmata cognovi-
„ stis; quomodo in eam is potissimum curam incumberet,
„ ut omnes hæreticorum rationes una cum ipsis impro-
„ baret atque everteret; quas etiam superavit, uti &
„ alia multa, tum argumentis & demonstrationibus, tum
„ testimoniis Scripturarum illos confutans. Hic nescio,
„ quo auctore (1) & magistro, cœpit sub specie religio-
„ nis probare execrabilem ac detestandam & pernicio-
„ sam opinionem illam, quæ Domini Nostri Jesu Chri-
„ sti corpus, ob ipsius divinitatis conjunctionem, In-
„ corruptibile fuisse asserebat: eaque opinio, ut cancer
„ serpens atque depascens, totum prope orbem perdi-
„ disset, nisi noster Phinees antevertens restitisset. Quæ-
„ nam autem fuit placatio illa, quantum in ipso erat,
„ & quæ lues curata? Sanctorum Apostolorum & Pro-
„ phetarum, atque Doctorum testimonia multa, & de-
„ monstrationes, quibus usus est ille ad pestiferam illam
„ luem opprimendam: perniciosa enim omnino est pe-
„ stis, affirmare Domini Nostri Jesu Christi Corpus an-
„ te Resurrectionem expers fuisse corruptionis: nam
„ quis adeo stultus est, ut id asserat, quo concesso, ne-
„ cessario consequatur, fictam & simulatam fuisse huma-
„ næ carnis assumptionem? Quomodo enim Incorrupti-
„ bile corpus pati potuit, aut circumcidi, aut pannis in-
„ volvi, aut lacte nutriri? Hæc vero si subiisse credimus
„ illam vitæ largitricem carnem, crucemque, & clavo-
„ rum foramina, & lanceæ vulnus confitemur, non po-
„ test Incorruptibilis dici, nisi hoc solo sensu, quod nul-
„ la

(1) Baronius ad ann. 564. num. 6. & seq. *auctorem, & magistrum*, conjectatur fuisse Theodorum Cesareæ Episcopum; olim Origenis defensorem: quem tamen vocat hæreticum Origenianum, & Eutychianum, quum is tam adversus Origenistas, quam adversus Eutychianos & Nestorianos, in Conciliis Constantinopolitanis subscripserit, dumque Trium Capitulorum damnationem procuraret, salvas semper firmasque esse disertim professus sit sanctas œcumenicas Synodos, Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, & Chalcedonensem. Quid is in mente habuerit, Deus scit. In ore tamen æque se orthodoxum ostendit, ac Patriarchæ & Episcopi, qui hæreticos Origenistas, Nestorianos, & Eutychianos expressis verbis damnarunt. Lege Acta & Canones Quintæ Synodi. Non inficior tamen, Theodorum passim *Acephalum*, & *Originistam* ab Historicis appellari. Has hæreses palam fuerit olim professus, & clam postea: at in Conciliis orthodoxum sese exhibuit.

„ la unquam peccati macula fuerit coinquinata, nec in
„ ſepulcro diſſoluta. Sed hæc ſi proſequi voluerimus,
„ eſſemus longiores, & ſunt a magno Eutychio ſtudio-
„ ſe & acriter etiam ſcriptis (1) diſputata, ex quibus fa-
„ cile poterit veritatem intelligere, ſiquis eam ignorat.
„ Potius videamus quid ſecutum ſit, poſtquam Patrum
„ teſtimonia propoſuit. Quum magnus hic vir oratione
„ longa comprobaſſet Imperatori, non eſſe id Eccleſiæ
„ Catholicæ dogma; animam ipſe quidem ſuam libera-
„ vit, ut loquitur Propheta Ezechiel, quæ ad rem fa-
„ ciebant exponens; malorum vero inventores mortui
„ ſunt in ſua iniquitate. Prævaluerunt enim circumve-
„ nientes Imperatorem, eoque perſuaſo inſtar guttarum
„ ſæpe cadentium, petram excavarunt. Equidem libens
„ prætermitto nominare illius impiæ opinionis magiſtros,
„ inſani Origenis, Evagrii, Didymique dogmata defen-
„ dentes, ne malum malo rependere videar. *Et poſt pau-
„ ca*. Erant autem qui hæc machinati ſunt, non ſolum
„ ex eorum numero, qui apud Imperatorem valebant
„ plurimum, ſed etiam ex Sacerdotibus inſigniores & ma-
„ gnarum Eccleſiarum Præſules (ſi tamen Sacerdotum
„ nomine digni ſunt, homines calumniatores & impro-
„ bi) eoſque omnes punivit juſtitia, obſtruens labia lo-
„ quentia iniquitatem adverſus juſtum in ſuperbia & de-
„ ſpectione. Iſti igitur, ut dictum eſt, execrabilium &
„ impiorum dogmatum ſtudio perverterunt Imperatoris
„ ſimplicitatem, & occaſione vocis, *Incorruptibilis*, ini-
„ que, ut patet, & contra divinos Canones atque inſti-
„ tuta Eccleſiaſtica fecerunt quidquid contra Beatum vi-
„ rum perpetrarunt. *Et paucis interjectis*. Quum eorum,
„ quos dixi, perverſorum ſtudiis aucta eſſet morbi vis
„ diuturna, & vulnus difficulter tractabile, imo imme-
„ dicabile jam evaſiſſet; aſſumens Imperator chartam,
„ in qua continebatur blaſphema illa opinio, quod Domi-
„ ni corpus ex conjunctione cum natura divina Incor-
„ ruptibile fuerit, eum divino magnoque pugili Euty-
„ chio prælegit, poſtulans, ut ſuo ipſam ſuffragio ſen-
„ ten-

(1) Hæc Sancti Eutychii ſcripta ad nos non pervenerunt.

„ tentiaque comprobaret. At ille, ut æquum erat, primum cohortationibus utens, negabat eam esse Apostolorum doctrinam, neque quoad sensum aut verba assentiebatur, omnem cogitatum jactans in Dominum. „ Multum autem suadens atque cohortans, non potuit „ persuaderi, ut faceret aliquid adversus Ecclesiam Catholicam & recta dogmata. *Et paulo post*. Nam quum „ nollet falsi dogmatis errorem suscipere & Aphthartodocitas comprobare; statim malorum inventores, omnia prompti audere, Principes, inquam, & Sacerdotes „ anni illius, congregati in auditorium, & convenientes in unum, meditati sunt inania adversus Dominum „ & adversus Christum ejus; persuaseruntque Imperatori, „ ut virum virtutibus omnibus ornatum de Sede sua „ expelleret, in eaque constitueret alium, qui studiis & „ opinionibus suis consentiret: quemadmodum & factum „ est. Festo namque S. Timothei die, dum illud in novo Palatio Hormisdæ celebraretur, & S. Eutychius divinam rem faceret, Tribunus Militum & Satellites „ Tribuni . . . invaserunt Patriarchium „, & reliqua, ut supra. Itaque ante diem XXII. Januarii anni 565. (quo die cœptum est ab impiis tractari de S. Eutychii depositione & exilio,) præcesserat mota circa Incorruptibilitatem carnis Christi Domini quæstio, & Charta a Justiniano scripta, in qua continebatur blasphema illa opinio, oblata fuerat Sancto Eutychio, ut suo illam suffragio comprobaret; adeoque totum id factum oportuit exeunte anno 564.

Ad initium tamen anni 565. recte conferri potest consummatus Justiniani lapsus in hæresim Aphthartodocitarum. Eo enim anno ad Eutychii depositionem, & Joannis Ex-Scholastici ordinationem deventum est. Joannes Asiæ Episcopus in Chronico Syriaco apud Dionysium Jacobitarum Patriarcham. ܗܕܐ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܩܫܝܫܐ ܘܐܪܟܘܢܐ ܓܝܪ ܡܠܟܐ ܘܢܦܩ ܡܢ ܦܘܠܚܢܐ ܠܐܪܓܐ ܘܢܦܠ ܒܦܢܛܣܝܐ ܗܦܟܣܝܐ ܕܐܦܬܪܛܘܕܘܩܝܛܐ: ܗܢܘ ܕܐܦ ܦܓܪܐ ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ ܠܐ ܚܫ ܟܕ ܗܘ ܡܢ ܚܘܫܒܐ. ܘܐܝܟ ܠܐ ܡܫܬܪܝܐ ܠܡܐܡܪ ܘܐܬܒܠܥ ܒܟܕܒ ܠܒܢܘܗܝ.

ܕܐܡܪܝܢ ܗܘܐ ܕܦܓܪܗ ܠܡ ܕܡܪܢ ܠܐ ܐܬܚܙܝ ܡܬܚܒܠܢܐ ܘܐܦܠܐ
ܡܬܚܫܢܢܐ ܐܬܚܙܝ ܗܘܐ. ܡܛܠ ܠܡ ܕܐܦ ܦܓܪܗ ܕܒܬܘܠܬܐ
ܡܪܝܡ ܕܝܠܕܬܗ ܐܦ ܗܘ ܠܐ ܡܬܚܒܠܢܐ ܘܠܐ ܚܫܘܫܐ ܐܬܚܙܝ
ܗܘܐ. ܘܟܠ ܡܢ ܠܡ ܕܐܡܪ ܕܚܫܘܫܐ ܘܡܬܚܒܠܢܐ ܐܬܚܙܝ
ܗܘܐ ܦܓܪܗ ܕܡܪܢ ܐܘ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ: ܒܛܥܝܘܬܐ ܢܦܠ.
ܘܗܟܢܐ ܫܪܝ ܟܬܒ ܟܬܒܐ ܘܫܕܪ ܠܘܬ ܦܛܪܝܪ̈ܟܐ ܟܠܗܘܢ
ܘܐܠܨ ܠܗܘܢ ܕܢܟܢܫܘܢ ܟܠ ܚܕ ܚܕ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܬܚܝܬܝܗܘܢ ܘܢܪܫܡܘܢ
ܐܝܟ ܕܟܬܒ ܗܘ ܒܐܝܕܝܩܛܘܢ ܗܘ ܕܒܬܒ: ܒܗ ܐܘܣܦ
ܦܩܘܕܐ ܚܝܘܬܐ: ܕܟܠ ܡܢ ܕܠܐ ܢܪܫܡ ܐܝܟ ܘܢܫܠܡ: ܢܛܪܕܘܢܝܗܝ
ܠܓܠܘܬܐ ܕܒܝܫܐ ܡܢܗ ܕܡܘܬܐ. ܘܟܕ ܐܘܥܕ ܠܐܝܟ ܗܠܝܢ ܘܩܒܝܠ:
ܡܫܬܩܠ ܡܢ ܡܨܥܬܐ. ܘܒܛܠ ܗܘ ܘܐܘܥܕܢܘܗܝ ܥܡ ܗܪܣܝܣ ܕܝܠܗ.

„ Anno Græcor. 884. (*Chr.* 565.) seductus fuit Impera-
„ tor, & a recta Fide recessit, inciditque in errorem
„ imaginarium Phantasiastarum, in quem olim miser il-
„ le Julianus inciderat: quin & haud absurdum dictu cre-
„ diderim, majorem esse Imperatoris, quam Juliani la-
„ psum: quoniam Imperator dicebat, corpus Domini
„ nostri neque esse corruptibile, neque ex corruptibili,
„ eo nempe quod Mariæ Virginis, quæ ipsum genuit,
„ corpus neque corruptibile esset neque passibile: & qui-
„ cumque diceret, aut Domini nostri, aut Beatæ Ma-
„ riæ corpus passibile esse & corruptibile, in errorem
„ incidere. Atque ita cœpit Libellos scribere, & ad
„ universos Patriarchas mittere, exigens ab eis, ut u-
„ nusquisque subjectos sibi Episcopos congregaret, eos-
„ que in Edicto, quod exaraverat, subscribere faceret;
„ additis severis mandatis, ut qui subscribere & con-
„ sentire recusaret, in teterrimum exilium pelleretur.
„ Sed quum acres hujusmodi minas intentaret, statim e
„ medio sublatus est, & ipse simul cum suis minis atque
„ hæresi defecit „. Idem Auctor, Sancti Eutychii de-
positionem ad annum antecedentem refert. ܒܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ
ܘܬܡܢܝܢ ܘܚܡܫ ܗܘܬ ܫܩܠܬܗ ܕܐܘܛܘܟܝܣ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ. ܗܘܐ ܕܝܢ ܚܠܦܘܗܝ ܝܘܚܢܢ
Anno Græcor. 885. (Chr. 564.) *accidit depositio Euty-
chii*

chii Constantinopoleos Episcopi: eique Joannes subrogatus fuit. Anno nimirum non suo: nam Justiniani lapsus antecessit Eutychii depositionem: uti superius ostensum est.

Ne autem videretur Justinianus idcirco Patriarcham Eutychium e Sede sua movisse, quod hæreticæ Incorrupticolarum opinioni subscribere abnuisset, Synodum malignantium Episcoporum haberi jussit, qui sanctum virum ob alia conficta crimina condemnarent. Audiatur Eustochius in ejusdem vita cap. 5. a num. 37. „ Peracto sa- „ crificio (*die scilicet 22. Jan. in festo S. Timothei*) & „ communione distributa, in sacrario mansit: dictum „ enim ei erat a quibusdam, certo id se scire ratis, de „ vita quoque ipsum periclitari, si extra sacros ambitus „ prodiisset; eo quod armati quidam collocati in Pala- „ tiis, Antiochi dictis, tali consilio ipsum expectarent „ foris. Hæc igitur intelligens vir beatus, ante altare „ constitit post dimissum populum, solitisque vestibus, „ & superhumerali (quod semper secum deferebat:) in- „ dutus, extentis in oratione manibus, perstitit usque „ horam tertiam noctis, Deum obsecrans, ut recta dog- „ mata & Ecclesiam suam tranquillam conservaret. Fi- „ nita oratione, Monachi & Sacerdotes qui aderant, hor- „ tati sunt eum, ut cibum caperet; quo sumpto, quum „ paululum quievisset, adfuit cum gladiis & fustibus, „ multoque cum præsidio militari, magna illa fera, Æ- „ therius, inquam, correptumque sanctum virum, nu- „ dum & nihil habentem, in Monasterium, Choracudim „ dictum, deportavit. Quo in loco postquam diem „ unum moratus, & propter ejusdem Monasterii pau- „ pertatem male tractatus esset, misericordia moti „ adversarii (nam hi quoque virtutem viri demira- „ bantur:) collocarunt eum in Monasterio Hosiæ dicto, „ prope Chalcedonem: neque ultra quærentes, jure ne, „ an injuria esset depositus, facta ordinatione illegiti- „ ma, & Episcoporum conventu post diem octavum con- „ vocato, (*nimirum die 31. Januarii, anni Chr. 565.*) „ Virum sanctum, quem causa indicta ejecerant, in jus

 „ vo-

„ vocarunt, ut se purgaret, eo quod libelli adversus eum „ essent oblati consessui. Hi autem quid continerent, „ necesse est audire & ridere: utique quod delicatio- „ res aviculas comedisset, quod multis horis orasset „ genuflexus, & alia similia, etiam his ridicula magis. „ Accersebatur igitur, ut ab hujusmodi criminibus se „ purgaret. Verum ille Episcopis & Principibus, ex „ mandato Synodi nuncium ferentibus, Ad quem, in- „ quit, acceditis, & quem me vocatis? Responderunt, „ veritate coacti: Ad Dominum & Patrem nostrum. „ Quibus ille rursum: Quis est, inquit, Dominus ac „ Pater vester! Illi vero, tamquam ab occulta quadam „ virtute flagellati, venimus, inquiunt, ad Dominum „ Eutychium, Patriarcham nostrum. Patriarcha, inquit „ ille, per Dei gratiam sum, neque hanc dignitatem „ hominum quisquam a me auferet. Quis autem ille, „ quem meo loco (1) constituistis? Ad hæc obmutescen- „ tes illi, reverterunt confusi ad eos, a quibus missi „ fuerant. Rursum vero idem consessus, omnia contra „ Canones agens, secundam & tertiam citationem, ex „ Canonum scilicet præscripto, Sancto faciendam cura- „ vit. Quibus ille congrue semper respondit: Si judi- „ cium Canonicum mihi indulgetur, detur mihi & Cle- „ rus & ordo Patriarchalis: tunc veniam & responde- „ bo, & ipsos accusatores meos accipiam testes. Qui- „ bus illi auditis, nihil rationi consonum facientes, sen- „ tentiam contra Sanctum tulerunt ipsis dignam; quam „ vir beatus antevertens, subjecit omnes Canonicis pœ- „ nis, donec resipiscerent. Finitis consessus illius ludis, „ is qui consilium Achitophelis disjecit, axesque cur- „ ruum Pharaonis confregerat, dissipavit etiam illorum „ machinamenta, ipsos inter se implicans. Interea li- „ cet honestam occasionem adversus Justum non repe- „ rissent, ut tamen quæ contra fas egerant, rite vide- „ ren-

(1) Atqui Joannes Ex-Scholasticus in locum Eutychii nonnisi die 12. Apr. 565. ordinatus fuit. Hæc autem Eutychius dicebat die 31. Januarii. Dicendum itaque post Eutychii dejectionem indicta causa die 22. Jan. factam, statim designatum fuisse ejus successorem Joannem, tametsi non ante XII. Apr. is fuerit ordinatus Patriarcha.

„ rentur egisse (erant autem iidem & accusatores & judices) ipsum ex loco, ubi erant, in insulam Principis dictam transtulerunt. Appulit ad eam vir beatus „ in hieme, & sabbato (1) ac nocte profunda „. Pergit Eustathius enarrans in ea Insula Eutychium tres hebdomadas sub militari custodia egisse, indeque Amaseam relegatum in Monasterium, in quo primum Monachus, ac dein Archimandrita fuerat.

Justinianum hæreseos plerique accusant. Evagrius lib. 4. cap. 39. „ Eodem tempore Justinianus a recta „ catholicorum dogmatum via deflectens, & tramitem „ ingressus, quem nec Apostoli nec Patres vestigiis suis „ triverunt, in spinas ac tribulos delapsus est. Quibus „ quum Ecclesiam quoque replere voluisset, voti sui „ compos fieri nunquam potuit, quum Dominus regiam „ viam firmissimis septis muniisset, ne sicarii & latro- „ nes in eam insilire possent, tamquam pariete inclina- „ to, & maceria depulsa. *Et post pauca*. Justinianus scrip- „ sit id, quod Romani Edictum vocant: in quo cor- „ pus Domini incorruptibile appellat, & naturalium at- „ que inculpabilium affectionum capax fuisse negat: Do- „ minum ante Passionem eodem modo comedisse dicens, „ quo post Passionem comedit, quum sacrosanctum ejus „ corpus jam inde, ex quo in utero formatum est, nul- „ lam conversionem aut mutationem nec in voluntariis „ & naturalibus perpessionibus, nec post Resurrectionem „ acceperit. Porro Justinianus omnes ubique Episcopos „ per vim cogere instituit, ut huic opinioni assentiren- „ tur. Sed quum universi sententiam Anastasii Antio- „ chensis Episcopi expectare se respondissent, (*Orien-* „ *tales nempe Episcopi, de his enim loquitur Evagrius*:) „ pri-

(1) Henschenius in not. ad vitam Eutychii, ubi legitur, *in hieme, &c Sabbato*, sic habet: *die Sabbati 31. Januarii litera Dominicali D.* - Verum quidem est, anno 565. *diem 31. Januarii* incidisse in *Sabbatum*: At eodem illo die 31. Januarii, quo consessus adversus Eutychium habitus fuit, Eutychium judicatum, damnatum, & ex Monasterio Hosiæ prope Chalcedonem deportatum fuisse in insulam Principis, atque illuc in hieme & Sabbato & nocte profunda appulisse, vix credibile videtur. Saltem duorum, aut trium dierum intervallo opus fuit, ut hæc omnia peragerentur. Clarum igitur est, ab Eustathio alludi ad illud Matth. 24. *Ne fiat fuga vestra in hieme vel Sabbato*: uti idem Henschenius ibidem subjungit.

„ primum Imperatoris impetum declinarunt. *Subjungit* „ *cap.* 40. Anastasius vero divina quadam animi celsitu„ dine, adeo supra Imperatorem se se extulit, quippe „ qui fundatus esset supra firmam petram, ut missa ad „ Justinianum relatione, palam ei contradixerit, & ma„ nifestissime simul ac disertissime in eadem relatione ei „ demonstraverit, Corpus Domini in perpessionibus na„ turalibus & quæ in reprehensionem non cadunt, cor„ ruptioni obnoxium fuisse, atque ita divinos Aposto„ los & Sanctos Patres sensisse, ac posteris tradidisse. „ Eadem quoque rescripsit ad Monachos primæ ac se„ cundæ Syriæ, qui ipsum consuluerant: cunctorum „ animos confirmans, & ad subeundum certamen præ„ parans, & quotidie in Ecclesia recitans verba illa ab „ Electionis Vase prolata: si quis vobis evangelizave„ rit præter id, quod accepistis, quamvis Angelus ex cœ„ lo fuerit, anathema sit. Quæ quum universi animo „ perpenderent, paucis exceptis, exemplum ejus secuti „ sunt. Scripta est etiam ab eodem Anastasio oratio ad „ Antiochenos, qua illis vale dicebat, quum accepis„ set, Justinianum velle ipsum in exilium mittere. *Et* „ *cap.* 41. Verum oratio illa haudquaquam publicata est, „ eo quod Deus nobis prospiciens, res nostras in melius „ commutavit. Etenim Justinianus, dum adversus Ana„ stasium & Sacerdotes qui cum illo erant, deportationis „ sententiam dictaret, invisibili plaga ictus, ex hac luce mi„ gravit „ quum imperasset in universum annos octo ac tri„ ginta, & menses octo „. Eminentissimus Baronius ad ann. 565. num. 2. hæc, quæ reciavi, Evagrii verba ineunte cap. 41. *Verum oratio illa, haudquaquam publicata est*, antiqua usus Latina Evagrii Versione, ad Justiniani Edictum refert, quod ab Imperatore dictatum quidem, sed non publicatum fuisse autumat: inquiens: „ nam „ audi Evagrium: (*lib.* 4. *cap.* 40.) Verum (*inquit*) „ Justiniani Edictum divina providentia, qua melius no„ bis prospectum fuit, minime vulgatum est. Nam Justi„ nianus, qui Anastasio & suis Sacerdotibus exilium in„ dixerat, ex improviso perculsus, quum triginta octo

„ an-

„ annos & menses octo regnasset, ex hac loce migravit „. In Baronii sententiam ivit & Pagius ad eund. ann. 565. num. 2. sic scribens: „ Justinianus hujus anni initio Edi- „ ctum suum de Incorruptibilitate Corporis Christi emi- „ sit, ut anno 563., & insequenti demonstravi. Verum „ oratio illa haudquaquam publicata est, eo quod Deus „ nobis prospiciens, res nostras in melius convertit, in- „ quit Evagrius lib. 4. cap. ult. qui statim mortem ejus „ narrat, ex quo & liquet illud datum ipso anno, quo „ Justinianus vitam cum morte commutavit „. Jam vero, quoad annum, quo Justinianus Edictum illud emiserat, supra demonstratum est, id non initio anni 565., sed circa finem anni 564. editum fuisse. Quo vero ad Baronii, & Pagii opinionem, existimantium, Edictum illud vulgatum non fuisse, idque ipsum testimonio Evagrii confirmare contendentium; uterque auctor, licet acutissimus (cum bona eorum venia dictum sit:) humanitus lapsus esse mihi videtur, dum Evagrii verba, quæ de Anastasii Antiocheni Patriarchæ oratiotione non vulgata omnino intelligenda sunt, ad Justiniani Edictum haud recte traducunt. Evagrius enim scriptum illud Justiniani circa Incorruptibilitatem Corporis Christi, ἐδικτον, *Edictum* vocat; non Λόγον, *Orationem*. Contra, Anastasii ad Antiochenos opus, λόγον appellat, deque eodem opere subjungit, quod non fuerit vulgatum, ob secutam Justiniani mortem. Verba ejus accipe. Γέγραπται δ' ὖν αὐτῷ καὶ συντακτήριος πρὸς τὺς Ἀντιοχέας λόγος, πυθομένῳ τὸν Ἰυςινιανὸν ἐθέλειν αὐτὸν ἐξοςρακίσαι. ὅν ἐςι δικαίως ἄγασθαι, τῆς τε καλλιεπείας, τῦ τε ῥῦ τῶν νοημάτων, τῆς τε εὐπορίας τῶν ἱερῶν ῥημάτων, καὶ τὸ πρόσφορον τῆς ἱςορίας. Ἀλλὰ τῦ Θεῦ κρεῖττόν τι προβλεψαμένυ περὶ ἡμῶν, ὁ λόγος ὐκ ἐδημοσιεύθη. „ Scri- „ pta est etiam ab eodem (*Anastasio*) oratio valedicto- „ ria ad Antiochenos, quum accepisset Justinianum vel- „ le ipsum in exilium mittere. Quam quidem oratio- „ nem quis admiretur, tum ob verborum elegantiam, „ tum ob copiam sententiarum, tum denique ob fre- „ quentia sacrorum verborum testimonia, & ob histo- „ riam

„ riam suis locis apte accommodatam. Verum, Deo no„ bis melius prospiciente, oratio illa haudquaquam vul„ gata est „: Ob sequutum scilicet Justiniani obitum, uti statim Evagrius subjungit: cui & Nicephorus Callistus lib. 17. c. 30. circa finem adstipulatur, inquiens: „ Quam „ ob causam, ut sibi ita resistentem (*Anastasium*) in „ exilium ageret, Justinianus consilium cœpit. Id vero „ ut Anastasius audivit, συντάκτηριον λόγον σχεδιάσας, com„ positam statim *Valedictoriam* orationem, Antiochenis, „ ut ea se defenderent, si opus esset, obtulit. Ea autem ver„ borum elegantia, & enthymematum densitate est confe„ cta, necnon dictorum ex sacris literis depromtorum „ ubertate ad rem ipsam ita accommodata, ut maxi„ mam, τὸν πατέρα τοῦ λόγου, auctor (1) libri ejus, con„ sequutus sit admirationem. ἀλλὰ τοῦ θεοῦ κρεῖττόν τι πε„ ρὶ τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας προβλεψαμένου, ὁ λόγος οὐκ ἐξεδόθη: „ sed scriptum (2) id, quod Deus meliori quadam ra„ tione Ecclesiæ suæ consultum voluerit, editum non „ est „. Baronium fefellit Latinus Evagrii interpres, qui hunc Græcum textum Evagrii, ὁ λόγος οὐκ ἐδημοσιεύθη. *Oratio illa haudquaquam vulgata est*, male reddidit, *Justiniani Edictum minime evulgatum est*: quum ibi nulla Justiniani mentio (quoad *Orationem illam*) fiat.

Sirmondus Tom. 1. Concil. Galliæ vulgavit *Sancti Nicetii Trevirensis Episcopi Literas ad Justinianum Imperatorem*, quibus illum ab hæresi, in quam lapsus fuerat, revocare conatur. Cointius anno 566. num. 59. postquam illius Nicetii literas recitavit, ait: *Sane beatissimus Antistes ejusmodi Literis non parum profecit apud Imperatorem, ut ejus animum ab Edicto, quod orthodoxæ fidei contrarium scripserat, promulgando revocaret*. Pagius ad ann. 565. num. 2. de S. Nicetii Literis loquens, Cointii conjecturam refellit, eaque ratione Justinianum resipiscere non potuisse censet, quod Epistola S. Nicetii ea de re ad Imperatorem scripta anno 565. reddi ei non potuerit, quod eodem anno 565. mense Novembri e vivis excesserit. Verum, præterquam quod idem Pagius paulo

(1) Leg. *Orationis ejus*. (2) Leg. *Oratio ea*.

paulo antea scripserat, Justiniani Edictum non fuisse promulgatum, (quod tamen falsum esse, demonstravimus.) totum hoc illius argumentum corruit, quum Justinianus usque ad annum 566. vitam prorogaverit, quemadmodum certis documentis ostendit cl. Mansius ad eundem ann. 565. in not. margin. & communiter tradunt Auctores Neoterici, quibus suffragatur e Syris Joannes Asiæ Episcopus apud Dionysium in Chronico. ܒܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܚܡܫ ܡܝܬ ܝܘܣܛܝܢܝܢܐ ܡܠܟܐ. ܘܐܡܠܟ ܝܘܣܛܝܢܝܢܐ ܒܪ ܚܬܗ. *Anno* (Græcorum) 885. (Chr. 566.) *mortuus est Imperator Justinianus: & imperavit* (1) *Justinianus sororis ejus filius*. Nam Theophanes quidem ad an. secundum Alexandrinos 557. Kal. Sept. anni Christi 565. inchoatum, *mortuus est* (inquit) *die undecima mensis Novembris, Indictione decima quarta jam currente, quum regnasset annos octo supra triginta, menses septem, dies tredecim*. Sed pro *die* XI. *Novemb.* legendum *die* XIV. & pro *Indictione* XIV. legendum, *Indictione* XV. Ideoque anno Chr. 566. quo Kalendis Septembris hujusmodi Indictio inchoatur, uti asserunt Marius Aventicensis, Johannes Abbas Biclariensis, Victor Tununensis, Auctor Chronici Alexandrini, & S. Isidorus cap. 3. de Script. Eccles. inter quos Justinianum numerat: indeque Labbeus in Chron., Cointius anno 566. aliique recentiores Justiniani obitum in annum 566. conferunt.

Quod autem Edictum suum Justinianus ad omnes provincias emiserit, scriptores omnes conveniunt. Theophanes loc. cit. „ Eodem anno Justinianus opinionem „ de corruptibili & incorruptibili movens, quum Edi„ ctum suum super ea re ab omni pietate alienum in „ provincias omnes emisisset, Deo prævertente, mortuus „ est „. Zonaras lib. 14. num. 9. „ Sub extremam ætatem „ (*Justinianus*) in eorum hæresim incidit, qui opinan„ tur, Dominum non mortalem carnem assumpsisse, sed „ eam simul atque assumpta esset, immortalem extitis„ se,

(1) Syri Arabesque *Justinianos* vocant, tam Justinum seniorem, quam Justinianum ipsum, & Justinum juniorem.

„ ſe. In quam opinionem quum omnes adductos vellet, „ Eutychium Patriarcham refragantem & adverſantem, „ Amaſiam relegavit, deſignato Patriarcha Joanne Ex- „ Scholaſtico, Antiocheno Apocriſiario: in eaque opinio- „ ne deceſſit Juſtinianus. *Cedrenus ad ann. Juſtiniani* 38. „ Eodem anno Juſtinianus Eutychium Patriarcham Con- „ ſtantinopolitanum ſua ſpoliatum dignitate, Amaſeam „ relegat: eique ſufficitur Joannes Ex-Scholaſticus. Ad „ extremum Juſtinianus opinionem de corruptibili & in- „ corruptibili in medium protulit, Edictoque ea de re „ circum miſſo, alienus a vera religione, vita exceſſit „. Hinc apud pleroſque Scriptores Juſtinianus tum ob hæreſim Incorrupticolarum, tum ob motam in Sanctos Præſules, qui ipſius impietati repugnabant, perſecutionem, peſſime audit. Natalis Alexander Sæc. VI. cap. VII. art. 2. p. 453. „ Sub finem vitæ a Catholica fide defecit infe- „ lix Princeps, in hæreſim Aphthartodocetarum lapſus, „ qui corpus Chriſti ante Reſurrectionem incorruptibi- „ le aſſerebant: & in Sanctos Patriarchas Eutychium „ Conſtantinopolitanum, & Anaſtaſium Antiochenum, „ ejus repugnantes impietati, perſecutionem movit. „ Ex Euſtathio in vita Eutychii, & ex Evagrio lib. 4. „ cap. 40, qui & in hæreſi illum obiiſſe teſtatur „. Evagrii verba lib. 5. cap. 1. accipe. „ Hunc igitur in mo- „ dum Juſtinianus, quum cuncta tumultu ac perturbatio- „ nibus impleviſſet, & pro his factis congruam merce- „ dem ſub exitum vitæ retuliſſet, ἐς τὰ κατώτατα με- „ τεχώρησε δικαιωτήρια, ad parata apud inferos ſupplicia *migravit*: aut ex alio Latino Evagrii interprete: *ad ſupplicia juſto Dei judicio apud inferos luenda profectus eſt*. Ad verbum: *Ad infima migravit juſta judicia*.

Verum Nicephorus Calliſtus, Juſtinianum extremo vitæ ſpiritu facti pœnituiſſe, atque juſſiſſe, Eutychium ab exilio revocari, teſtatur lib. 17. cap. 41. additque, idcirco ejus nomen non fuiſſe è ſacris tabulis abraſum, quinimo a Patribus Sextæ Synodi, Elogio Catholico homine digno, & pietatis titulo memoriam ejus exornatam. „ Nonnulli certe quidem (*inquit*) ve- „ niam

„ niam illi concedunt, neque eum ob talem opinionem, „ itidem ut hæreſes alias, ab Eccleſia proſcribendum „ eſſe dicunt. Id ex præfatione Sextæ Synodi magis li- „ quet, quæ Juſtinianum beata quiete dignatur, verbis „ ejuſcemodi: Quandoquidem Sanctæ & œcumenicæ duæ „ Synodi, quæ in imperante hac & religioſa urbe colle- „ ctæ ſunt, altera quidem Juſtiniani divæ memoriæ „ temporibus, altera vero ſub piæ recordationis Impe- „ ratore noſtro Conſtantino clementiæ ſuæ parente &c. „ Sedenim acta quoque ejus Concilii, quum mentio ejus „ facienda eſt, ſemper eum *τὸν ἐν ἁγίοις Ἰουστινιανόν*, *qui* „ *in Sanctis eſt*, *Juſtinianum*, dicunt. In quibus & „ Scholium ſive brevem adnotationem inveni, quod Joan- „ nes (1) Chalcedonis filius, quum Conſtantinopolita- „ næ præeſſet Eccleſiæ, Alexii Comneni ætate, in ipſo „ Dei Verbi Sapientiæ templo, quotannis magnifice me- „ moriam ejus celebrarit, populi univerſi concione ad „ rem divinam coacta. Memoria ejus Epheſi quoque, „ in delubro Diſcipuli ejus qui ſupra pectus Salvatoris „ recubuit culta: quod delubrum ipſe Juſtinianus conſtru- „ xerat. In quacumque vero ille demum apud Deum „ & homines eſt exiſtimatione, tum quidem hanc etiam „ ob cauſam illum ſacrum Eutychium, atque alios plu- „ res throno expuliſſe ajunt. Cæterum moriturus, ſicut „ divus Conſtantinus Athanaſii, ita & hic Eutychii re- „ ſtitutionem in teſtamento, Juſtino ſucceſſori ſuo man- „ davit. Equidem opinor, non autem decerno, prop- „ ter alia ipſius egregie & recte facta, & præſtantem in „ divinum numen æmulationem, piamque in omnibus „ religionem, interveniente quoque mirifico Dei Verbi „ Sapientiæ templi opere, ſiquid tum in eo eſt deſide- „ ratum, id infinita Dei miſericordia reſartum & con- „ tectum iri.

Juſtiniani Imperatoris *piæ memoriæ in Ss. Apoſtolis Sacra Æde commemoratio* legitur in Menæis magnis Græ- co-

(1) Joannes, cognomento Hieromnemon, Nicolao Grammatico defuncto ſucceſſit anno 1111. quo Alexius Comnenus Imperii annum agebat 31. ſeditque uſque ad annum 1134. quo obiit, Leone Styppiota ſucceſſore relicto.

corum, typo editis, & in eis, quæ è Codice Taurinensi descripta habent Bollandistæ. Eodem *piæ memoriæ titulo* ornatur Justinianus a S. Gregorio Papa passim: nimirum lib, 2. epist. 10. lib. 3. ep. 4. lib. 7. ep. 126. & S. Agatho Pontifex in Synodo Romana hoc de ipso pronunciat præconium: nam in Epist. ad Heraclium & Tiberium Imperatores (quæ in VI. Synodo Act. 4. recitata est:) post recitatos Sanctos Orthodoxos Episcopos, qui adversus hæreticos pro fide Catholica certarunt, mox de Justiniano hæc subdit: „ Et præ omnibus æmulator veræ & Apostolicæ fidei piæ memoriæ Justinianus Augustus, cujus fidei rectitudo quantum pro sincera confessione Deo placuit, tantum Rempublicam Christianam exaltavit. Et utique ab omnibus gentibus ejus religiosa memoria veneratione digna censetur, cujus fidei rectitudo per augustissima ejus edicta in toto orbe diffusa laudatur, quorum unum quod ad Zoilum Alexandrinum Præsulem adversus Acephalorum hæresim missum est pro Catholicæ fidei rectitudine, satisfacere sufficiens cum hac nostræ humilitatis suggestione, vestræ tranquillissimæ Christianitati dirigentes, per præsentium literas offerimus &c. „ Et in alia Epistola ad eosdem Augustos Roma ex Synodo CXXV. Episcoporum missa, ubi Theodosii magni atque Marciani fidei Catholicæ præstantiam prædicavit, hæc de Justiniano addit, illum eisdem præferens. „ Sicut extremi quidem, præstantissimi tamen omnium magni illius Justiniani, cujus ut virtus, ita & pietas omnia in meliorem ordinem restauravit: cujus instar fortissimæ vestræ clementiæ Principatus, virtutis quidem conatibus Rempublicam Christianam tuetur & restaurat in melius, pietatisque studiis Catholicæ succurrit Ecclesiæ „. Odilbertus Archiepiscopus Mediolanensis postquam accepit Epistolam Encyclicam a Carolo Magno universis Imperii sui Episcopis directam (a Mabillonio Tom. I. Analect. pag. 21. recitatam:) qua petit certior fieri, quid de Baptismo ejusque Ritibus sentirent, ad eum respondens ait: „ In vestra tranquillitate salutem nostrorum omnium

„ nium adesse cognoscimus atque tenemus, qui vos sollicitudinem habentes orthodoxæ fidei magis præ cæteris omnibus, qui ante vos Christiani Imperatores in universo mundo fuerunt devotione quique & divino zelo commoti, idest, Constantinus, Theodosius major, Marcianus, & Justinianus. Hi omnes ut Christianum populum ab omni erroris macula liberarent, divinitus inspirati, præ meritis & scientia præcellentes, David sanctum imitantes &c. „ Ita alii de Justiniano senserunt: & jure quidem meritoque. Quod enim quæ de ejus hæresi jactarentur (verbis Baronii utor ad ann. 565. num. 4.) nullis constarent Edictorum ipsius publicis (1) documentis . . . & e contra ejusdem Imperatoris fides Catholica pluribus promulgatis sanctionibus probaretur; nihil præterea de eo sentiendum, quam suis ipsius scriptis reperiretur expressum, Sanctus Agatho Romanus Pontifex existimavit, cujus sententia non ex populari clamore, sed potius ex certa scriptorum testificatione proferri debet.

Ut vero missas faciam ceteras Justiniani sanctiones, in quibus Phantasiastarum seu Aphthartodocetarum hæresim apertis verbis execratur, fidemque catholicam circa corpus Christi ante Resurrectionem passibile & mortale profitetur, paucis contentus ero exscribendis ex *orthodoxa* (2) ejusdem *confessione adversus Tria capitula*. Ubi de Christo Domino hanc rectam fidem tradit. „ Confitemur autem ipsum Unigenitum Filium Dei, Deum „ Verbum, ante sæcula & sine tempore ex Patre natum, „ non factum, in ultimis diebus propter nos & propter „ nostram salutem descendisse de cœlis, & incarnatum „ esse ex Spiritu Sancto & sancta gloriosa Dei Genitrice „ semper Virgine Maria, & natum ex ipsa: Unus de „ Sancta Trinitate, consubstantialis Deo Patri secundum „ Deitatem & consubstantialis nobis idem ipse secundum „ humanitatem: Passibilis carne, impassibilis idem ipse „ Dei-

(1) Addit hic Baronius: *Nam etsi scripserit, non tamen, ut vidimus ex Evagrio, promulgavit de hæresi Imperator Edictum*: sed hoc sustineri nequit, uti supra ostensum est.

(2) Exstat Gr. Lat. Tom. 6. Concil. edit. Venet. p. 158.

„ Deitate. Non enim alius quidam est præter Deum Verbum, qui Passionem, & mortem suscepit: sed ipse Impassibilis & sempiternus Deus Verbum, generationem carnis humanæ sustinere dignatus, implevit omnia. Ideo non alium Deum Verbum esse qui miracula operatus est, & alium Christum qui passus est, cognoscimus, sed unum eundemque dominum nostrum Jesum Christum, Dei Verbum, incarnatum & hominem factum, & ejusdem ipsius miracula & passiones, quas carne voluntarie sustinuit, confitemur. Non enim homo aliquis pro nobis semetipsum dedit, sed ipse Deus Verbum, suum corpus pro nobis dedit, ne in hominem fides & spes nostra sit, sed in ipsum Deum Verbum nostram fidem habeamus. Et Deum igitur eum confitentes, non abnegamus ipsum esse & hominem: & hominem dicentes eum, non abnegamus ipsum esse & Deum. Si enim Deus tantummodo esset, quomodo patiebatur? quomodo crucifigebatur & moriebatur? Aliena enim ista sunt Deo. *Et post pauca*. Et quum Deus verus esset, factus est vere homo. Ideo proprie & vere Dei genitricem sanctam gloriosam & semper Virginem Mariam confitemur: non quia Deus Verbum initium ex ipsa accepit, sed quod in ultimis diebus Unigenitus Deus Verbum qui ante secula erat, incarnatus ex ipsa, immutabiliter homo factus est: & quum invisibilis in suis esset, Visibilis factus est in nostris: & quum impassibilis Deus esset, non dedignatus est passibilis esse homo; & immortalis, mortis legibus subjacere „. Pergit in eandem sententiam, carni seu corpori Christi passionem, crucifixionem, & mortem attribuens; quod ipsum & in Libello Fidei ad Joannem II. Romanum Pontificem misso idem Justinianus professus est, *Dominum nempe nostrum Jesum Christum*, *Unigenitum Filium Dei*, *unum esse Sanctæ & Consubstantialis Trinitatis*, *passibilem carne*, *eundemque impassibilem Deitate*. Hanc vero Fidei professionem a Justiniano ad Joannem II. missam, ab eoque comprobatam, etiam Agapetus Papa auctoritate sua confirmavit, prædicans, *hujus-*

hujusmodi fidem omnibus Patrum nostrorum regulis convenire, & Apostolicæ Sedis concordare dogmatibus.

Quamobrem idem circa motam a Justiniano de *Incorruptibili* quæstionem contigisse crediderim, quod olim circa caussam Monachorum Scytharum, novam hanc propositionem, *Unus de Trinitate crucifixus est carne*, usurpantium, acciderat. Novæ ut plurimum quæstiones, a variis varie intelligi, & interpretari solent. Cardinalis Norisius in historica Dissertatione *de Uno ex Trinitate carne passo* cap. 6. ostendit totam illam contentionem inter Scythas Monachos & Dioscorum Sedis Apostolicæ Legatum, exortam, num Christus dici posset *Unus de Trinitate*, fuisse puram putam inter Catholicos *Logomachiam*, qualis plane olim fuerat de voce *Hypostasis* quæstio, tanta opinionum discrepantia Latinam inter ac Græcam Ecclesiam agitata. Utraque litigantium pars duas in Christo naturas indivise & inconfuse adversus Eutychianos fatebatur, & utraque unam in eodem personam contra Nestorianos adstruebat, ita ut unus idemque esset filius Dei & filius hominis. At secum invicem disputabant, num Christus dicendus esset *una Persona*, vel potius, *Unus de Trinitate*, ut diserte testatur Facundus Hermianensis lib. 1. de Tribus Capitulis, cap. 3. *Quod sint etiam Catholici, qui, sicut credimus, nescientes hoc ante memorata Synodo confirmatum, superflue contra de verbo contendant; quia videtur eis, quod dici non debeat, Unum de Trinitate pro nobis crucifixum, sed potius unam de Trinitate Personam*. At in re idem omnino sunt, *Unus de Trinitate*, & *una persona de Trinitate*. Quod tamen utraque factio hæreticum sensum utrique loquendi formulæ subesse contendebat; hinc tot clamosæ disputationes, & tot contra se invicem factitatæ accusationes: cujus exemplum, ut modo dicebam, diu ante præcesserat, similis contentionis de voce *hypostasis*, Latinam inter & Græcam Ecclesiam. Latini enim tres Personas & unam Hypostasim in Sancta Trinitate esse affirmabant: ipsis enim *Hypostasis* idem erat ac *substantia*, *natura*, *essentia*. Hinc S. Augustinus lib. 5. de Trinitate

nitate cap. 8. ait: *Dicunt quidem & illi Hypostasim: sed nescio, quid volunt interesse inter usiam & hypostasim.* Diuturnior contentio fuit, prius quam Latini nomen *Hypostasis* in eadem cum Græcis significatione reciperent; quum tamen utrique essent in re significata concordes, nempe unam esse *Essentiam*, ac *tres Personas*. Ita diu certatum est de ea propositione, *Unus de Trinitate pro nobis crucifixus*, donec Joannes II. Romanus Pontifex Acœmetas Monachos, pertinaciter negantes *Unum de Trinitate passum esse carne*, habita Romæ Synodo damnavit, ac de eorum damnatione literas dedit ad Justinianum Imperatorem & ad Senatores: & ipsa Quinta Synodus Canone x. definivit: *Siquis non confitetur, Dominum nostrum Jesum Christum, qui crucifixus est carne, Deum esse verum & Dominum gloriæ, & Unum de Sancta Trinitate, anathema sit*. Atque hic observanda est circa eandem *de Uno ex Trinitate carne passo*, quæstionem, non sibi constantem fuisse Justiniani sententiam. Nam ut primum illa per Scythas Monachos Romam confugientes sub S. Hormisda Papa agitata fuit, Justinianus ad ipsum Hormisdam literas dedit, ut Monachos procul a conspectu ex Urbe pelleret, inquiens: *Quoniam comperimus, quosdam nomine Monachos, quibus magis discordia cordi est, quam charitas & pax Dei, cupientes quædam perturbare, ad Angelum vestrum discedentes, iter arripuisse, quos Beatitudo vestra præsentibus scriptis causam livoris eorum cognoscens, ita ut mererentur, suscipere, & a se longe pellere dignetur, quoniam vaniloquia ipsorum, festinantium novitates introducere in Ecclesia, quod neque quatuor Synodi venerabiles, neque Sancti Papæ Leonis Epistolæ continere noscuntur, in omni loco turbas excitare videntur*. Hæc ille anno Chr. 519. At insequenti anno 520. in alium mutatus, eo videlicet quia vocis illius sensum melius perceperat, aliis ad eundem Hormisdam literis Monachos illos apprime Catholicos contestatus, litem verbo tenus tantum esse autumat, rogans ut jam tandem eos cum responso ex Urbe dimitteret, quorum doctrinam juxta traditionem Patrum

dici

dici vulgo affirmat. *Quidam asserunt* (inquit) *Filium Dei Dominum nostrum pro nostra salute carne crucifixum, Unum de Trinitate debere prædicari*. Et mox. *Quidve super hoc evitare debeamus, nos certiorare dignetur, quoniam verba videntur facere dissensionem: nam sensus inter Catholicos omnes unus esse probatur*. sed & inpostesterum idem Justinianus illam propositionem in singulis ad Fidem spectantibus Edictis suis non modo usurpat, verum (ut ita dicam) ad nauseam repetit, tamquam certam orthodoxæ fidei confessionem tam adversus Nestorianos, quam contra Eutychianos.

Simili modo *de Corruptibili & Incorruptibili* apud Catholicos, Justiniani temporibus, factitatum existimo. Ea quidem quæstio primum inter ipsos Monophysitas, Synodi Chalcedonensis impugnatores, mota fuerat anno (1) Chr. 531. Liberato teste in Brev. cap. 19. *Sub isto* (inquit) *Timotheo* (Alexandrinæ Sedis incubatore) *de Corruptibili & Incorruptibili apud ipsam Ecclesiam quæstio mota est hoc modo. Requisivit quidam Monachus Severum, quid oporteret dicere, Corpus Domini nostri Jesu Christi corruptibile, an incorruptibile? Ille respondit, Sanctos Patres corruptibile illud dixisse. Hæc audientes quidam Alexandrinorum, quum requisissent Julianum in alio loco sedentem, quid ipse diceret de eadem quæstione, ille dixit, Sanctos Patres contraria dicere. Horum itaque singuli statuere proprium responsum volentes, scripserunt Libros adversus alterutrum: qui venientes in multitudine Civitatis, Ecclesiam illam diviserunt, & alios quidem fecerunt corrupticolas appellari; verum Incorruptibilitatis assertores Phantasiastas. Timotheus vero magis sententiam Severi secutus est: cui quum diceret Themistius Diaconus ejus: si corpus Christi corruptibile est, debemus dicere, & aliqua ignorasse, sicut de Lazaro. Hoc Timotheus negavit dicendum: a cujus communione Themistius discedens, schisma fecit, & ab ipso dicti sunt in Ægypto Themistiani*, seu Agnoëtæ, qui asserebant, Christum

(1) Baronius id factum refert anno 519. num, 147. verum Pagius, aliique rectius coniecunt ad ann. 531.

ignoraſſe *ſepulcrum Lazari*, quum ejus ſorores interrogaſſet, *ubi poſuiſtis eum*, & *diem conſummationis atque judicii*, quum ait: *De die autem illa nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neque Filius, ſed ſolus Pater*. Natæ igiter tunc Sectæ tres, quarum altera *Corrupticolarum*, qui & Phantaſiaſtæ & Julianiſtæ dicti ſunt: altera *Incorrupticolarum*, qui & Aphthartodocetæ, & Severiani: tertia *Agnoëtarum*, qui & Themiſtiani, non quidem a Themiſtio Philoſopho ſub Valente Imperatore, uti nugatur Nicephorus Calliſtus lib. 18. cap. 50. ſed a Themiſtio Diacono Alexandrino: omnes tamen *Monophyſitæ*, ideſt, unius in Chriſto naturæ aſſertores; ſed alii (ut Severus, & recentiores Jacobitæ,) per Unionem naturæ humanæ cum divina in una Verbi perſona, ſine confuſione tamen, ſine commiſtione, & ſine mutatione, ita ut unam Verbi, & aſsumptæ humanitatis naturam poſt ineffabilem unionem eſse ſentiant & doceant: alii vero (ut Eutyches & Julianus) per eandem unionem naturæ divinæ cum humana in Verbi perſona, cum confuſione tamen, commixtione, & mutatione; ita ut veram eſse in Chriſto humanitatem negent. Utramque hanc Monophyſitarum hæreſim Quinta Synodus anathemate percellit *Canone* VII. his verbis. „ Siquis in duabus naturis dicens, non ut in Deitate & humanitate unum „ Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum cognoſci confitetur, ut per hoc ſignificet differentiam naturarum ἐξ „ ὧν, ex quibus (1) inconfuſe ineffabilis unitio facta eſt, „ neque Deo Verbo in carnis (2) naturam tranſmutato, „ neque carne in Verbi naturam transducta (manet enim „ utrumque hoc quod eſt ſecundum naturam, etiam facta unitione ſecundum ſubſiſtentiam:) ſed pro diviſione per partem, talem excipit vocem in myſterio „ Chriſti; vel numerum naturarum confitendo in eodem uno Domino noſtro Jeſu Chriſto Deo Verbo incarnato, non ſolo (3) intellectu differentiam excipit „ ca-

(1) Ita Græcus textus. Latinus interpres: *in quibus*.

(2) *Carnis* vox pro integra humana natura hic ſumitur, ideſt, pro corpore & anima rationali, ex quibus conſtat natura hominis.

(3) Græc. μὴ τῇ θεωρίᾳ μόνῃ.

„ earum, ex quibus & compositus est, non interem-
„ ptam propter unitionem (unus enim ex (1) utrisque
„ & per unum utraque) sed in hoc numero utitur, ut
„ separatim unaquaque natura sua habente subsistentiam;
„ talis anathema sit. *Et Canone* IX. Siquis ex duabus
„ naturis deitatis & humanitatis confitens unitionem (2)
„ factam esse, vel unam naturam Dei Verbi Incarnatam
„ dicens, non sic ea excipit, sicut sancti Patres docue-
„ runt, quod ex divina natura & humana, unitione se-
„ cundum subsistentiam facta, unus Christus effectus est:
„ sed ex talibus vocibus, unam naturam sive substantiam
„ deitatis & carnis Christi introducere conatur, talis
„ anathema sit. Secundum subsistentiam enim dicentes,
„ Unigenitum Dei Verbum carni unitum esse, non con-
„ fusionem aliquam naturarum in se invicem factam esse
„ dicimus, sed magis permanente utraque hoc quod
„ est, unitum esse carni Deum Verbum intelligimus.
„ Propter quod & unus (3) est Christus Deus & homo:
„ idem ipse consubstantialis Patri secundum deitatem,
„ & consubstantialis nobis idem ipse secundum humani-
„ tatem. Æqualiter enim & eos qui per partem divi-
„ dunt vel incidunt (*idest, qui separant*) & eos qui
„ confundunt divinæ dispensationis mysterium Christi,
„ rejicit & anathematizat Dei Ecclesia.

Quæstio vero de *Corruptibili & Incorruptibili* tunc temporis a Monophysitis mota, non ad Corporis Christi resolutionem in elementa, vel contrariam substantiam pertinebat: nam & ipsi Monophysitæ, tam Severiani, quam Julianistæ, Christi corpus, hujusmodi corruptioni non fuisse obnoxium, profitebantur. Id unum itaque in controversiam veniebat, an Christi corpus, perinde ac nostrum, detrimenta pateretur, propter quæ reparanda, opus haberet cibo, potu, & requie ad reficiendas vires: an vero specie tenus affectiones istas pateretur, solaque œconomia, quemadmodum post resurrectionem. Nicephorus Callistus lib.17. cap.29. *Corruptionis vocabulum* (inquit) *duo significat. Ejus enim nomine natura-les*

(1) Ἐξ ἀμφοῖν. (2) Τὴν ἕνωσιν. (3) εἷς.

les istæ, & irreprehensibiles carnis affectiones, sive perpessiones veniunt, sitis scilicet, fames, fatigationes, angor, & aliæ. Ad quem modum corruptibile Domini corpus, utpote ὁμούσιον, *consubstantiale nobis, dicimus. Eas quippe perpessiones omnes voluntate sua Deus Verbum, propterea quod homo proprie & vere factus sit, suscepit. Atque hoc ipso modo Incorruptibile dicere, de Juliani Halicarnassæi & Gajani sententia, summæ impietatis est: & corruptio quidem una hæc est. Est autem & alia, corporis scilicet in ea elementa, ex quibus compositum est, solutio, & carnis ipsius inquinatio: juxta quam significationem & nos Corpus Domini Incorruptibile prædicamus, quod inquinamentum nullum invadere, & pertingere potuerit. Post divinam quidem resurrectionem, etiam secundum priorem corruptionis significationem, Incorruptibilem carnis Domini assumptionem esse sentimus: sicuti & corpora nostra post resurrectionem, Deo dante, erunt; ante resurrectionem vero, secus.* In eandem sententiam S. Joannes Damascenus ab Euthymio in Panoplia laudatus, Tit. 16. *Corruptionis nomen, duplicem habet significationem. Significat enim humanas affectiones, famem, sitim, laborem, clavorum ictus, mortem, seu animæ a corpore sejunctionem, & alia ejusdem generis. Qua quidem significatione, Corpus Domini dicimus Corruptibile. Hæc enim omnia sponte suscepit. Significat etiam corruptio perfectam corporis in elementa, ex quibus compositum est, dissolutionem & interitum. Hanc Domini Corpus non est expertum, ut ait Propheta David; Quoniam non relinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* S. Fulgentius in Epist. ad *Reginum*, qui ipsum interrogaverat, *utrum caro Christi corruptibilis, an incorruptibilis fuerit*, distinguit duplicem corruptionem, unam quæ in sola culpa, alteram quæ in pœna consistit: & hanc rursus posteriorem partitur in eam, quæ pœna peccati simul est & peccatum, vel ad peccatum augendum pertinet; & eam, quæ nec animam, nec corpus fidelis hominis polluit, sed ad humiliandum peccatorem militat. Mox

quæ-

quæſtionem ita ſolvit . „ Faciliſſime invenimus , quam „ partem corruptionis ſuſcepit Chriſtus in corpore: nam „ quamvis carnem pro nobis ſuſceperit, tamen accepit „ immunem ab omni peccato originali & actuali : Ipſam „ tamen carnem non ſolum infirmam , ſed etiam veraciter cognoſcitur accepiſſe mortalem: proculdubio in „ quantum corpori ejus inerat ſuſcepta mortalitas , in „ tantum ei potuit ineſſe corruptionis infirmitas . Ad „ talem corruptionem pertinet fames & ſitis : facile ſiquidem eſuriendo & ſitiendo corpus mortale corrumpitur , quando per hæc etiam ad ipſius mortis exitum „ pervenitur: per quam mortem venitur ad corruptionem , dum, deſerente anima, in tantum corpus corrumpitur , ut in putredinem ac pulverem redigatur: „ Hanc corruptionem caro Chriſti non vidit , quæ die „ tertia reſurrexit: Famem tamen, ſitim, fatigationem „ corporis, ac dolorem veraciter ſenſit: *Denique S. Baſilius in Epiſt. ad Sozopolitanos*. Proprium quidem carnis eſt ſecari , & extenuari , & diſſolvi: rurſus carnis „ animatæ, defatigari, & dolere, & fame, ſiti, ac ſomno vinci : animæ vero corpore utentis , triſtitia, „ & angores , & curæ &c. Horum alia quidem ſunt „ naturalia, & neceſſaria animali : alia vero ex prava „ voluntate , propter difficilem vitæ inſtitutionem , & „ animum ad virtutem inexercitatum , introducta . Unde apparet , quod Dominus naturales quidem paſſiones ſuſcepit, ad confirmationem veræ Incarnationis, „ & non falſo apparentis; paſſiones vero vitioſas, quæcumque quod purum eſt vitæ noſtræ inquinant, tanquam pura divinitate indignas rejecit.

Quo ſenſu Juſtinianus *Corpus Chriſti Incorruptibile ante Reſurrectionem* fuiſſe aſſeruerit ; quum Edictum ipſius ad nos non pervenerit , ex Sanctorum tamen Patrum geſtis, qui ejuſdem Edicto fortiter reſtitere, conjectando aſſequi poſſumus , ſola nempe œconomia, naturales affectiones, famem, ſitim , ſomnum , & alia ſimilia, Chriſtum Dominum ſuſcepiſſe . Sic enim Euſtathius in vita S. Eutychii ſcribit . „ Hic cœpit ſub ſpecie re-

„ ligio-

„ ligionis probare execrabilem ac deteſtandam & perni-
„ cioſam opinionem illam, quæ Domini noſtri Jeſu Chri-
„ ſti corpus, ob ipſius divinitatis conjunctionem, In-
„ corruptibile fuiſſe aſſerere. *Et mox*. Perniciosa enim
„ omnino eſt peſtis affirmare D. N. Jeſu Chriſti corpus
„ ante Reſurrectionem expers fuiſſe corruptionis. Nam
„ quis adeo ſtultus eſt, ut id aſſerat, quo conceſſo, ne-
„ ceſſario conſequatur fictam & ſimulatam fuiſſe huma-
„ næ carnis aſſumptionem? Quomodo enim Incorrupti-
„ bile corpus pati potuit, aut circumcidi, aut pannis
„ involvi, aut lacte nutriri? *Et Nicephorus lib.17. c.29.*
„ Atque hæc ipſa eſt Aphthartodocitarum hæreſis, qua
„ multi mortales ſunt correpti, non ſolum ex eis, qui
„ honores & magiſtratus geſſerunt, ſed etiam Hierarchæ
„ primarii, & Monachi vita illuſtres, & ex ſacerdotali
„ ordine alii, atque adeo ipſe etiam Imperator Juſti-
„ nianus „. Quid vero, ſi dicamus, aliam ab hac Phan-
taſiaſtarum hæreſi mentem fuiſſe Juſtiniani? ut nimirum Incorruptibile Chriſti corpus dixerit eo ſenſu, qui ab ipſis Euſtathio, & Nicephoro inſinuatur. Euſtathius loc. cit. poſt hæc verba: *Quomodo enim Incorruptibile corpus pati potuit, aut circumcidi, aut pannis involvi, aut lacte nutriri?* ſubjungit: *Hæc vero ſi ſubiiſſe credimus illam vitæ largitricem carnem, crucemque, & clavorum foramina, & lanceæ vulnus confitemur, non poteſt Incorruptibilis dici, niſi hoc ſolo ſenſu, quod nulla unquam peccati macula fuerit coinquinata, nec in ſepulcro diſſoluta*. Et Nicephorus eundem Imperatorem excuſat, quod *non ille altius dogma tale inveſtigans, verum verbi ipſius ſignificationi acrius inſiſtens, videlicet qui haudquaquam tale quiddam de Chriſto, propter ſummum ipſius erga illum amorem & deſiderium, audire conſtituerit: Princeps etenim iſte tanto in Chriſtum ardore flagraſſe, ab eis qui res illius memoriæ poſteritatis mandarunt, dicitur, quanto alius qui ante eum Imperium obtinuerunt nemo, ter maximo illo Conſtantino ſemper excepto*. Corruptionem igitur a Chriſti Domini carne excluſiſſe eo ſenſu videtur, quo ſupra Euſtathius.

CAPUT X.

De Joanne Exscholastico, olim Antiocheno Presbytero, postea Patriarcha Constantinopolitano.

PUlso Amaseam in exilium Sancto Eutychio, Joannes Ex-Scholasticus, Antiochenæ Sedis Apocrisiarius, ad thronum Constantinopolitanum die 12. Aprilis anno Chr. 565. evectus fuit. Theophanes ad annum Incarnationis secundum Alexandrinos 557. (Kalendis Septembris anni Christi 564. inchoatum:) τῇ δὲ αὐτῇ, ιγ'. ἰνδικτιῶνι, μηνὶ Ἀπριλλίῳ ιβ'. Εὐτύχιος πατριάρχης ΚΠ. καθερέθη, καὶ ἐξωρίσθη ἐν Ἀμασίᾳ ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ. καὶ γέγονεν ἀντ' αὐτοῦ Ἰωάννης ἀπὸ σχολαστικῶν Ἀποκρισιάριος ὢν τῆς Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης. *Ejusdem autem Indictionis decimæ tertiæ mense Aprili, die duodecimo, Patriarcha CP. Eutychius a Justiniano dignitate motus est, & Amaseam relegatus. Joannes vero Ex-Scholasticus, magnæ Antiochiæ Apocrisiarius, in ejus locum subrogatus est.* Evagrius lib. 4. cap. 38. *Cæterum post hanc* (Quintam) *Synodum aliquanto temporis spatio elapso, Eutychius quidem ex Pontificali Sede urbis Regiæ expulsus est; Joannes vero in ejus locum subrogatus. Ortus hic erat ex* (1) *Sirimi, qui vicus est Cynegicæ regionis in territorio Antiocheni.* Et cap. 39. *Constantinopolitanam autem Ecclesiam regente Joanne altero,* τοῦ ἀπὸ σηρήμιος, *cui patria fuit Sirimis.* Nicephorus lib. 17. cap. 29. *Cæterum Catelino Joanne in vetere Roma, Joanne autem, cui patria Sirimis fuit, in nova Roma. Apollinari Alexandriæ Episcopatum administrante.*

Baronius Joannem hunc Ex-Scholasticum, *intrusum* vocat, *& hominem servum gloriæ, & numdinatorem rerum sacrarum.* Sic enim ad ann. 564. num. 14. scribit. *Ubi primum autem de exilio Eutychii sententia lata est; con-*

(1) Hujus vici meminit Theophanes in Chron. pag. 51. ubi de Alamundari irruptione in Syriam scribit: καὶ ἔκαυσε τὰ ἔξω Καλχηδόνος (leg. Καλχίδος) καὶ τὸ σέρμιον κτῆμα, καὶ τὴν Κυνηγίαν χώραν. *Et incendit exteriora Chalcidis, vastavitque Sermium prædium, & regionem Cynegiam.*

continuo de successore eligendo actum, delectusque fuit Joannes cognomento Scholasticus ex Apocrisiario Ecclesiæ Antiochenæ, homo plane servus gloriæ, & nundinator rerum sacrarum, quique pretio adulationis, eam mercatus est dignitatem. Et ad ann. 578. num. 5. ubi ejusdem Joannis obitum, & Sancti Eutychii ab exilio revocationem describit: *Quomodo autem* (inquit) *hoc anno, defuncto Joanne Episcopo intruso, revocatus a Tiberio est Eutychius exul tertia die Octobris: Eustathius, qui interfuit, rem gestam ita describit: Quum ex hac vita decessisset is, quem Deus arcanis quibusdam de causis, quas ipse novit, in Sedem hujus ærumnosi magnique viri irrepere permiserat.* Addunt Bollandiani Patres in Historia Chronologica Patriarcharum Constantinopolitanorum num. XXXI. de Joanne Ex-Scholastico. *Certe Justiniano Imperatori, in Aphthartodocitarum hæresim lapso, hic Joannes consensit, aut saltem tempori servivit, ut ex depositione S. Eutychii satis colligitur. Postea sub Imperio Justini sanctus Anastasius Patriarcha Antiochenus contra hunc Joannem Scholasticum scripsit, ac propterea jussu ejusdem Imperatoris è Sede sua expulsus est, ut S. Theophanes in Chronographia pag.* 206. *tradit, his verbis.* „Eodem etiam „ anno, quum magnus ille Anastasius, Antiochiæ Episco- „ pus, in Synodales Epistolas Joannis Constantinopolitani „ Episcopi, qui Joannem Alexandrinum consecraverat, at- „ que etiam ejusdem Joannis Alexandrini, qui ordinatus „ fuerat, rescriptis suis invectus fuisset, ob Justini indi- „ gnationem Sede depulsus est. τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει Ἀναςάσιος ὁ ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας ὁ μέγας, καθαψάμενος ἐν τοῖς αντιγράφοις τῶν συνοδικῶν Ἰωάννου τοῦ Κωνςαντινουπόλεως τοῦ χειροτονήσαντος Ἰωάννην τὸν Ἀλεξανδρείας, καὶ τούτου χειροτονηθέντος, ἐξεβλήθη τῆς ἰδίας ἐπισκοπῆς κατ᾽ ἀγανάκτησιν Ἰουςίνου. Valesius in notis ad Evagrii lib. 5. cap. 5. *Joannes Alexandrinus Episcopus* (inquit) *ordinatus fuerat Constantinopoli à Joanne Scholastico, Anno 5. Imperii Justini, Christi vero 580. ut scribit etiam Baronius. Qui post ordinationem suam, quum Synodicas literas ad Anastasium*

Antio-

Antiochenum (1) *Episcopum scripsisset ex more, Anastasius literis illis respondens, ordinatorem ejus Joannem graviter reprehenderat: quippe qui in locum viventis Eutychii contra Regulas Ecclesiasticas intrusus fuisset. Simul etiam reprehenderat eum, qui ab illo ordinatus, ordinatoris sui vitium ac labem in se pertraxerat. Ea re offensus Justinus Imperator, qui Joannem Scholasticum diligebat, a quo videlicet fuerat coronatus, Anastasium è Sede sua dejecit.* Hæc Valesii interpretatio (ut mihi videtur) a mente Theophanis longe abest. Hoc enim unum Anastasius (juxta Theophanem) in illa ordinatione reprehendit: nimirum, quod Patriarcha Constantinopolitanus Joannes sibi jus arrogasset ordinandi Patriarcham Alexandrinum Joannem. Unusquisque enim Patriarcha in Synodo sua secundum Canones, ordinari debet. Constantinopolitanus Patriarcha non solum Alexandrinum, sed etiam Antiochenum ordinandi jus sæpius sibi vindicarat. Hunc abusum non tantummodo Romani Pontifices datis ad Imperatorem & Patriarcham Byzantinum literis damnaverant; sed etiam Anastasius jurium Patriarchicorum vindex acerrimus, suis ad Synodicas Constantinopolitani & Alexandrini Epistolas rescriptis perstrinxit. Justinus Imperator, non hanc solum ob causam Anastasio iratus, sed aliam etiam adversus eundem obtendens, è Sede Antiochena jussit illum expelli. Rem narrat Evagrius, de suis temporibus deque suo Patriarcha loquens, lib. 5. cap. 5. *Porro Justinus Anastasium quoque ex Antiochena Sede ejecit; objiciens ei, tum quod sacram pecuniam in superfluos ac minime necessarios usus profudisset; tum quod ipsi conviciatus esset. Nam quum interrogatus fuisset Anastasius, cur adeo profuse sacram pecuniam dilapidaret, diserte responderat, ne a Justino, communi peste ac pernicie generis humani, diriperetur. Dicebatur autem Justinus idcirco infensus fuisse Anastasio, quod quum pecuniam ab eo ad Episcopatum promoto postulavisset, Anastasius eam dare noluerat, Objiciebantur*

(1) Uterque idest, tam Jo. Scholasticus Patriarcha Constantinopolitanus, quam Jo. Alexandrinus, Ordinator scilicet & Ordinatus, Synodicas scripsere ad Anastasium Antiochenum, Theophane teste,

præterea eidem Anastasio alia quædam, nonnullis Imperatoris proposito & voluntati gratificari studentibus.

His tamen non obstantibus impressa Græcorum Menæa ad diem XXI. Februarii, Joannem Scholasticum ita Sanctis adnumerant. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Ἰωάννης πατριάρχης κωνσταντινουπόλεως, ὁ ἀπὸ σχολαστικῶν, ἐν εἰρήνῃ τελευτᾷ. *Eadem die Sanctus Pater noster Joannes Patriarcha Constantinopolitanus, ex Scholastico, in pace obiit.* Eodem die Maximus Cytheræus in Græco-barbaris Sanctorum Vitis hanc Joannis commemorationem totidem verbis describit. Quinimo Menæa Græca memoriam illius ibidem sequentibus versibus exornant.

χριστοῦ τέθνηκας, ὁ σχολαστικὸς, θύτης,
καὶ τῶν μακρῶν σου νῦν σχολὴν ἄγεις πόνων.
Tibi, Christe, moriens Sacerdos Scholasticus,
Nunc post labores arduos requiem capit.

Allusio inter voces Græcas σχολαστικὸς, & σχολὴν, hic satis manifesta est.

Bollandistæ ad diem XXI. Febr. hunc Joannem idcirco inter Prætermissos collocarunt: quia (ut inquiunt) Episcopus adeo ambiguus, qui Sedem S. Eutychii invasit, ac hæreticis favit, locum inter Sanctos non meretur. Matthæus Raderus in observationibus Mss. ad Menæa Græcorum, die 21. Febr. notat sequentia: *In nullis Latinorum tabulis hunc Scholasticum lego; nec in Menologio est ulla ejus mentio: meritoque ab omnibus præteritus. Nusquam hunc Joannem hæreticum fuisse lego, quamvis hæreticis præfuerit. Sed Justiniano tamen hæreticis Aphthartodocianis faventi non restitit. Nulla hujus sanctitatis vestigia deprehendo, nec Baronius in Justiniano Joannem laudat. sacris ergo Fastis exesto.* Hinc concludunt Bollandiani in Chronol. Patriarcharum CP. *Hoc Raderi judicium pro nostro haberi volumus: & hac occasione Lectorem rursus monemus, ut non nimium fidant impressis Græcorum Menæis, dum de Sanctitate quorundam pronunciant, ut postmodum pluribus ostendemus.*

Fateor & ego, in impressis Græcorum Menæis nonnulla

nulla fuisse a recentioribus Schismaticis temere adjuncta, quæ ab orthodoxis deleri oporteat. Verum quæ Raderus de Joanne nostro affirmat, partim vera non sunt, partim iis etiam conveniunt, quos vel ipsi Bollandiani inter Sanctos admittunt. In nullis Latinorum Tabulis *Macedonium Patriarcham Constantinopolitanum* legimus, nec in Menologio est ulla ejus mentio: Initio arrepti Episcopatus, eum fuisse hæreticum legimus, henotico Zenonis subscripsisse, hæreticis præfuisse: Euphemium decessorem in exilium ducendum curasse; in Sanctorum tamen numero, ob ea, quæ postea recte gessit; (nam ob defensionem Sacri Concilii Chalcedonensis in exilium pulsus fuit:) quum ejus memoria a Græcis tantummodo ad 25. Aprilis, adjuncto disticho, colatur, non dubitarunt Bollandiani ad eandem diem *Sancto Macedonio* sacrum cultum asserere. Sed si *Macedonio*, cur non & *Euphemio* ipsius decessori, easdem ærumnas pro catholica fide passo? Utriusque nomen e Diptychis deletum fuerat, quemadmodum in suggestione Dioscori ad Hormisdam Papam dicitur: *Post factum libellum, nomen Acacii de Diptychis est deletum, similiter & Phravitæ, Euphemii, Macedonii, & Timothei, & non solum hoc in ipsa sola Ecclesia, in qua Episcopus manet, verum etiam per omnes Ecclesias cum grandi diligentia, Deo adjutore, suggerimus esse factum*. Restitutum postea sub Justino Imperatore & Patriarcha Joanne Cappadoce in Synodo Constantinopolitana anno 518. habita, cujus Acta inserta leguntur Actis alterius Synodi sub Menna ibidem habitæ, ubi in Epistola Synodica Episcoporum ad Joannem Patriarcham, *prima petitio est, ut Sanctæ memoriæ Euphemius & Macedonius, expulsi & in exilio mortui, juste & canonice revocentur, & tradantur Catalogo prædecessorum Archiepiscoporum in Domino ibidem quiescentium, omnibus irritis manentibus, quæ contra ipsos quandocumque facta fuerint; ponanturque in sacris Diptychis ipsorum vocabula, secundum quod omnis populus, & monachicus ordo sedulo & multum exclamavit*. Subscripsere Episcopi XLIV. Et subjungitur Libellus Monachorum

ad congregatam Synodum, petentium, *ut sanctæ memoriæ Patres nostri, qui, nescimus, quomodo expulsi fuerunt, videlicet Euphemius & Macedonius, in præsenti juste & canonice revocentur, & tradantur Catalogo prædecessorum Archiepiscoporum ibidem in Domino quiescentium, cessantibus omnibus, quæ quandocumque adversus ipsos facta fuerunt*. Subscripsere Presbyteri Archimandritæ LII. Quo facto, acclamatum fuit a populo: *Euphemium & Macedonium Ecclesiæ restitue. Euphemii & Macedonii nomina modo ordinentur ad perfectam festivitatem Ecclesiæ. Tunc Patriarcha Joannes accipiens Diptycha, jussit ordinari sanctas quatuor Synodos, ordinarique jussit nomina in sancta memoria defunctorum Archiepiscoporum hujus regiæ urbis Euphemii & Macedonii, ac etiam Leonis Romani Pontificis. Et quum tempore Diptychorum lectæ fuissent appellationes sanctarum quatuor Synodorum, & sanctæ memoriæ Archiepiscoporum Euphemii, & Macedonii, at Leonis; voce magna universi clamaverunt: Gloria tibi Domine*. Macedonius, in Sedem dejecti Euphemii, ab Anastasio Imperatore fuit intrusus: Henotico subscripsit: postea ab illo mutatus, ob fidem orthodoxam & ipse in exilium pulsus, meruit una cum Euphemio in diptychis Sanctorum Archiepiscoporum reponi. Cur non & Joannes Scholasticus, licet a Justiniano Imp. in locum dejecti Eutychii subrogatus, quum utrumque Græci in Menæis colant ut Sanctos ac venerentur? Simili modo *Arsacius*, in locum injuste dejecti Sancti Joannis Chrysostomi ab Arcadio Imp. intrusus, a Græcis ad diem XI. Octobris colitur: quippe qui, non secus atque Macedonius & Joannes noster, minus honesta initia, rebus postea recte sancteque gestis purgavit.

Extant autem insignia probitatis Joannis nostri documenta in vita S. Simeonis junioris Stylitæ, quam Bollandiani ad diem XXIV. Maji Græce Latineque ediderunt. Sic enim cap. XXIV. legitur. σχολαςικός τις, ὄνομα Ἰωάννης &c. „ Advocatus quidam, Joannes nuncupa„ tur, vir pius, & fonte vitæ, Dei scilicet timore, ad„ mo-

„ modum delectatus, ex pago quidem urbi Antiochenæ (1) „ subjecto oriundus, tunc vero in ipsa urbe commorans, „ ad Sanctum venit, cum eoque communicavit quædam „ ad se spectantia: nempe, utrum ipsum Sanctissimus Pa- „ triarcha Domninus Presbyterorum ordinibus dignatu- „ rus, & quarumdam magni momenti rerum expedien- „ darum causa in Regiam urbem missurus esset. His ex- „ positis, avebat, quæ Dei voluntas esset, intelligere. „ Sanctus ad hæc animo confidenti, non secus ac si co- „ ram ante oculos omnia fuissent posita, respondens: „ Abi, inquit, jam nunc enim consecratus a Deo es, „ ut in summo Ecclesiæ Constantinopolitanæ Throno „ præsideas: quod velim tibi soli scias, donec eventu „ ipso innotescat aliis. Deinde monebat quoque, quan- „ ta illa dignitas esset, ac quales eam mores decerent. „ Joannes, animadverso, quam facilem in vota sua ha- „ buisset Sanctum, rogabat porro, ut significaret, quis „ Justiniano successor in Imperio futurus esset: ille enim „ tunc moderabatur Imperium Romanum. Cui Sanctus, „ indicto prius arcanæ rei silentio: Justinus, inquit. His- „ ce igitur intellectis, Sanctique precibus quasi viatico „ bene instructus atque armatus, lubenti animo Presbyter „ initiatus est, & pede alacri ad Regiam urbem se con- „ tulit. Hic quum esset, habebat quidem omnibus occul- „ ta vaticinia, sibi a famulo Dei Simeone reddita; sa- „ tagebat autem studiose (quanta in humanis mentibus „ aut pusillanimitas, aut sua promovendi cupiditas in- „ est!) ut in notitiam Justini veniens, ejus benevolen- „ tiam sibi compararet: quumqne aliquando solus cum „ solo ageret, prædictionis arcana ei detexit; & ex il- „ lo tempore inter familiares Justini numeratus, utpote „ qui nuncium cum voluptate conjunctum attulisset, ejus- „ dem ut plurimum mensa utebatur. Non multo post „ ejicitur a Sede Constantinopolitana Eutychius, repo- „ niturque in eadem hic ipse Joannes Scholasticus; in „ talem sententiam inclinante Deo Justinianum, qui & „ ipse non diu vitam exinde produxit; cessitque Impe- „ rium

(1) *Sirimi* scilicet; ut supra dictum est.

„ rium Juſtino: quemadmodum ſingula jampridem even-
„ tura clariſſime pronunciaverat Sanctus „. Eam igitur ob cauſam, quia nempe Juſtino familiaris erat, Joannes a Juſtiniano Imp. Juſtini avunculo præ cæteris delectus fuit, ut dejecti Eutychii Sedem impleret: non quia Juſtiniani ejuſdem Edicto circa Incorruptibilitatem corporis Chriſti emiſſo ſubſcripſiſſet: nuſquam enim legitur id Joannes feciſſe: quinimo Juſtinianus, quamquam vere Eutychium idcirco deponendum juſſit, quod Edicto ſuo reſtitiſſet; videri tamen voluit, id a ſe factum non eam ob cauſam, ſed quia in Synodo Epiſcoporum ob alias cauſas, quas ſupra ex Euſtathio deſcripſi, pronunciata fuerat in ipſum depoſitionis ſententia. Quumque poſthæc vitam Juſtinianus non diu produxiſſet, Juſtinus ejuſdem Imperatoris ſucceſſor deſignatus, a Joanne Patriarcha coronari voluit. Theophanes ad annum Incarn. ſecundum Alexandrinos 558. Kalendis Septembris anni Chriſti 566. inchoatum: „ Hoc anno, menſis Novem-
„ bris die decimoquarto, Indictione decima quarta, ne-
„ pos Juſtiniani Juſtinus a Joanne Ex-Scholaſtico Pa-
„ triarcha coronatus, ſuſcipit Imperium „. Quod vero Joannes, *non*, (uti Raderus opinatur,) *hæreticis præfuerit*, *neque Juſtiniano Aphthartodocitis faventi conſenſerit*, ex eo colligitur, quod Juſtinianus Eutychium ab exilio revocari, in teſtamento Juſtino ſucceſſori ſuo mandavit; Juſtinus autem, etſi ob amorem Joannis, id exequi ad tempus diſtulit, pius tamen & *orthodoxus* princeps fuit, eodem Theophane teſte ad annum ſupradictum in hæc verba. „ Fuit genere Thrax, generoſus, & in ge-
„ rendis rebus dexter, & ædificiis gaudens. Conjugem
„ habuit, nomine Sophiam, cui cum Auguſtæ dignita-
„ te coronam impoſuit. Pietatis ſtudioſus, Eccleſias a
„ Juſtiniano ædificatas ornavit, magnam videlicet Ec-
„ cleſiam, ſanctorum Apoſtolorum, nec non alias, ut &
„ monaſteria, quæ cuncta ſacra ſupellectile, muneri-
„ buſque, collatiſque redditibus dotavit. Bene ſenſit in
„ omnibus de Fide. Photinum præterea Abbatem, Be-
„ liſarii Patricii privignum, poteſtate in quaſvis perſo-
„ nas

„ nas atque res data, ad omnes Ægypti atque Alexan„ driæ Ecclesias reconciliandas, bonaque pace compo„ nendas misit „. Evagrius lib. 5. cap. 4. recitat Justini Edictum de fide, quo consultum voluit Fidei orthodoxæ. Initium. „ In nomine D. J. C. Dei nostri, „ Imp. Cæsar Fl. Justinus, fidelis in Christo &c. Pacem „ meam do vobis, inquit Christus Dominus verus Deus „ noster, &c. „ ubi suppresso licet Justiniani nomine, videtur tamen aut ejus edictum circa Incorruptibilitatem corporis Christi emendare, aut mentem exponere voluisse, dum scribit. „ Copulatio autem quæ est in „ persona, ostendit Deum Verbum, hoc est, unum ex „ tribus personis in divinitate, non homini qui ante „ extitit, conjunctum fuisse, sed in utero Dominæ no„ stræ Sanctæ, & gloriosæ Deiparæ & semper Virginis „ Mariæ sibi ex ea in propria persona carnem nobis con„ substantialem, & iisdem nobiscum affectionibus, pecca„ to excepto, obnoxiam, eamque anima rationis & in„ telligentiæ participe imbutam fabricasse „. Hinc etiam in S. Simeonis vita, idem Justinus unacum Joanne Patriarcha laudatur cap. 24. n. 189. his verbis. „ Justinus „ itaque, quia a Simeone non solum prædictum erat, „ ipsum Imperii solio sublimandum, sed reipsa factum; „ tanta in ipsum ferebatur fiducia atque affectu, quan„ tam par erat habere illum, qui istiusmodi prædictio„ nem ab ipso acceperat. Quare quum filia ejus, a dæ„ mone infessa, gravissime torqueretur, aliis quidem, „ propterea quod ad Imperatoris ignominiam facere „ hujusmodi passio puellæ videretur, rem occultam ha„ buit; literis vero arcanis a Sancto petiit, eam sibi „ gratiam faceret, ut pateretur filiam ad ipsum depor„ tari, quod videbatur Imperatori incolumitatem puel„ læ allaturum: noverat quippe, ex collatorum ab eo „ in alios per miracula beneficiorum largitate, suam si„ bi filiam non absque auxilio reversuram. Simeon au„ tem nihil moratus (consideremus, amabo, gratia ejus „ quanta fuerit) rescribit in hunc modum. Confide, „ Imperator, & Deo benefactori gratias persolve: sana-

„ ta

„ ta namque eſt ab inflicta plaga , filia tua . Nec res „ a literis diſcrepavit , uti patuit eventu . Nam ſimul at„ que literæ Imperatori traditæ fuerunt , vexatio quo„ que dæmonis ceſſavit „ .

Extat S. Simeonis Stylitæ Epiſtola ad eundem Juſtinum Imperatorem, Actione 1. Concilii Nicæni Secundi œcumenici, recitata, cujus titulus eſt : „ Beati Simeo„ nis Stylitæ, qui in admirabili Monte vixit, Epiſtola „ ad Juſtinum juniorem Imperatorem „ . In ea Sanctus Simeon refert, *Samaritas* (qui Juſtino ſeniore imperante in Syria tumultuati fuerant) Juſtino juniore Imperium adminiſtrante rurſus turbas excitaſſe , & in Sanctum *Templum*, quod idem Juſtinus extrui juſſerat, graviſſima ſcelera perpetraſſe . Ab Eminentiſſimo Baronio recitatur ad annum Chriſti 574. num. *6*. Sic autem ſcribit Sanctus Stylita . „ Quis dabit oculis meis fontem „ lacrymarum, ut omnibus diebus miſeræ vitæ meæ ſa„ tis ex corde fleam? Tanta enim, veſtra ſerenitate & „ pietate regnante, tanta ſcelera & impietates ab im„ piis & execrandis Samaritanis in Sanctum Templum, „ quod devota tua Majeſtas extrui juſſit, deſignata ſunt, „ qualia nunquam ſunt audita . Dico autem eos, qui caſtra „ habent prope civitatem (1) Porphyrionis . Hæc autem „ quæ ſunt facta, breviter & tenuiter cognoſcat veſtra „ Serenitas in his, quæ noſtra humilitas per SSm̃um Epi„ ſcopum Orientalem (2) Patriarcham, qui non leviter „ ex hoc angitur, ad veſtram majeſtatem ſcripſit . Nec „ lapides ſufficientes ſunt ferre, ſi omnem illam impie„ tatem exclament, quam oculis ſuis dictus Sanctiſſimus „ Archiepiſcopus vidit . Citius enim mortem & interi„ tum noſtra tenuitas expeteret, quam iterum talia mi„ hi narrari audire . Omnem enim blaſphemiam excellit „ improbum hoc factum, quod in Deum Verbum pro „ nobis incarnatum, ejuſque glorioſam matrem, & ve„ nerandam ſanctamque Crucem deſignarunt . Hanc rem „ quum cogitamus , ad divinas veſtras aures nos refe„ rimus .

(1) *Porphyrium* nunc *Caipha* , ad radices Montis Carmeli .

(2) Is fuit *Gregorius* in Sede Antiochena [ab anno 570. poſt S. Anaſtaſii relegationem , collocatus .

„ rimus. Nam quum videamus per leges vestras, eos „ qui Imaginem aut Statuam Imperatoris ignominia af- „ ficiunt, extremo & justo mortis supplicio plectere; „ qua tandem pœna puniendi sunt qui in Imaginem „ Domini nostri, ejusque Matrem nefando facinore graf- „ sati sunt? Profecto non video, quid mihi dicendum „ sit. Tantum enim scelus est commissum, ut nec ulla „ humanitatis mica amplius superesse credatur. Quam- „ obrem obsecramus victoriosam vestram potentiam, ne „ ulla posthac eis misericordia ostendatur, neque am- „ plius parcere illis quispiam velit; neque ullam apo- „ logiam aut excusationem illorum nomine accipere, ne „ posthac pejora aggrediantur „. Justinus ea Epistola accepta, Constitutionem adversus Samaritanos emisit, quæ est Novella CXLIV., Justiniano Imperatori ab ejus Novellarum collectore perperam attributa. Porro in ea Justinus abrogat, quæ Samaritanis a Justiniano, Novella CXXIX. anno 541. data, concessa fuerant. „ Unde (in- „ quit) & Sacra illa forma per indulgentiam ipsis a „ patre nostro concessa, quæ Legis vicem obtinens, „ largitur ipsis, ut hæreditatem pariter adire, & trans- „ mittere, item legatis honorari, & legata relinquere „ possint, in posterum vacabit, neque prorsus ullam fir- „ mitatem habebit „. Non itaque hæc Constitutio (inquit Pagius ad ann. 574. n. 10.) a Justiniano data, sicuti Novella CXXIX. quæ in ea abrogatur, sed a Justino, qui ab eo adoptatus fuerat, quem ideo Justinus *patrem* appellat.

Male etiam inter Justiniani Novellas a Collectore adnumerata est *Novella centesima quadragesima*, quæ Justini nomen disertim præsefert, & in qua Justinus ipse Constitutionem *Justiniani patris* commemorat. Hac sanctione (ut inquit Baronius ad ann. 566.) Justinus primordia Imperii sui fœdavit, qua sancivit, communi conjugum consensu dissolvi matrimonium. Et apud Scrimgerum quidem Græce, hoc præfixo titulo, sic incipit: *ὥςε δύνασθαι κατὰ συναίνεσιν λύειν τὸν γάμον. Γάμυ σεμνότερον ἀνθρώποις ὐδὲν ἐςιν*: quæ Agylæus Latine vertit:

Ut consensu matrimonium solvi possit. Nibil in rebus mortalium perinde venerandum est atque matrimonium. Utrobique, sine ulla *Indictionis nota*, hanc habet subscriptionem Latinam. *Dat.* XVIII. *Kal. Octob. Constant. Imp. D.N. Just. PP. Aug. Anno* I. Verum apud Pithæum, ex quo Baronius Novellam istam exscripsit, Titulus quidem, & initium est hujusmodi. *Imp. Cæs. Flavius Justinas Alemannicus, Gothicus, Francicus, Alanicus, Wandalicus, Africanus, Pius, Felix, Gloriosus, Victor, ac Triumphator, semper Colendus, Augustus, Juliano Præf. Urbis Cos. Nuptiis decentius nibil est hominibus.* Subscriptio autem: *Dat.* XVIII. *Kal. Octob. Chalcedone, Imp. D. N. Justino PP. Aug. Anno primo, Indictione* XV. hoc est, *die* 14. *Septembris anno* 566. Narrat Justinus, id fuisse olim per leges antiquas permissum, sed postea a Justiniano lata lege prohibitum. „ Antiquitus quidem licebat sine „ periculo tales ab invicem separari secundum communem „ voluntatem & consensum hoc agentes, sicut plurimæ „ tunc leges extarent, hoc dicentes, & bona gratia „ sic procedentem solutionem nuptiarum, patria vocitantes voce. Postea vero divæ memoriæ nostro patri, „ pietate & temperantia omnes ubicumque aliquando imperantes excedenti, visum est, qui ad suam utilem „ & firmam respiciens voluntatem, non autem miserias „ pusillanimitatis conjiciens, legem sancire, qua prohibuit, consensu conjugia solvi. Quod nos quoque „ volebamus nimis obtinere in hoc ipso „. Mox subjungit, ad majora evitanda mala, se tandem fuisse compulsum, ut legem hanc ferret, qua conjugibus permitteretur mutuo consensu solutio conjugii. „ Plurimi au- „ tem (*inquit*) nos adierunt inter se conjugium horren- „ tes, & abominantes, & prælia discordiasque propter „ hoc domi contingere accusantes (hoc quod valde do- „ loriferum & triste consistit) dissolvere propter hoc „ precantes connubia; etsi occasiones non habuerunt di- „ cere, per quas sine timore lex hoc dabat (1) facere „ ipsis

(1) Baron. in margine, *debeat.* sed obstat Græcus textus, in quo, ut recte vertit Agylæus, legitur: *tametsi causas, ob quas tuto id illis facere lex concederet, nullas adferre possent.*

„ ipsis. Desiderium vero & studium eorum pro hac re „ in aliquanto distulimus tempore, aliquando quidem „ monentes, aliquando vero minantes quiescere eos ab „ irrationabili circa invicem horrore, & ad unanimita- „ tem properare, & melioris fieri voluntatis. Ageba- „ mus (1) vero plus nihil. Quoniam vero difficile est „ immutare semel detentos irrationabili passion e & hor- „ rore: forsitan enim contigit istis, & insidias aggredi „ adinvicem, & venenis aliisque ad mortem agentibus „ uti; itaut nec filios eis factos valere ad unam simi- „ lèmque tales voluntatem immiscere. Hæc igitur alie- „ na nostris judicantes temporibus, in præsenti sacram „ constituimus Legem, per quam sancimus, licere (ut „ antiquitus) consensu conjugum solutiones nuptiarum „ fieri; non ultra vero obtinere constitutas pœnas Con- „ stitutione nostri Patris adversus eos, qui, cum con- „ sensu, conjugii faciunt solutionem. Si enim alteru- „ trorum affectus nuptias solidat, merito contraria volun- „ tas istas cum consensu dissolvit, adsignificantibus rebus „ quæ nuptias solvunt. Certum (2) autem sit, omnia alia „ quantacumque legibus, ac potissimum sacris Constitu- „ tionibus nostri Patris dicta sunt de nuptiis, & filiis, „ occasionibusque, ex quibus præcipitur dissolvi nuptias, „ (si & sine ratione, non & communi consensu, secun- „ dum quod & præsens nostra constituit divinitas, hoc „ agentibus & disponentibus pœnis interpositis) obtine- „ re, & in præsenti nostra Lege per omia habere vir- „ tutem propriam. Quæ ergo nobis visa sunt, & per „ præsentem manifestata Legem, tua gloria per consue- „ tum sibi modum, omnibus fieri manifesta præcipiat „ in hac Urbe Regia „: Justinianus Novella 117. quæ „ apud Scrimgerum inscribitur, *περὶ διαφόρων κεφα-*

 λαίων

(1) Græc. *Sed nihil profecimus*.

(2) Clarius ex Græco textu Agylæus. *Cæterum illud manifestum sit, quod alia omnia, quæ legibus, & præcipue sacris nostris, Patris nostri constitutionibus, de matrimoniis, liberis, & causis per quas dirimere matrimonium permissum est, aut de iis etiam, qui nulla de causa (non tamen ex communi voluntate & consensu, quomodo præsens nostra lex constituit:) matrimonium solvunt, & de constitutis in illos pœnis, cauta sunt; ex præsenti etiam nostra lege obtinebunt, suamque per omnia vim habebunt.*

λαίων καὶ λύσεως γάμȣ, *De diversis capitulis & dissolutione conjugii*, incipiente: διαφόρων κεφαλαίων εἰς ἡμᾶς ἀναχθέντων, *Diversis capitulis ad nos relatis*, quæq; in Authenticis, Latine recitatur Collat. VIII. Tit. XVIII., postquam cap. 8. & 9. recensitæ fuissent justæ, ut dicitur, causæ, ob quas divortia tam marito, quam uxori permittuntur; subjungitur caput X. *ut non liceat consensu matrimonium dissolvere, nisi castitatis concupiscentia*, his verbis: *Quia vero ex consensu aliqui usque ad præsens alterna matrimonia solvebant, hoc de cætero fieri nullo sinimus modo, nisi forte quidem castitatis concupiscentia fecerint*: id quod infra cap. 12. inter causas, ex quibus matrimonium sine pœna solvitur, adnumeratur: *Prædictis itaque causis, prospeximus etiam has nominatim adjicere, ex quibus matrimonia sine pœna licet transigere* (idest, solvere) *hoc est, de iis, qui non potuerunt ab initio nuptiarum misceri suis uxoribus & quæ per naturam viris concessa sunt, agere: insuper de viris ac feminis, qui consistente matrimonio, sanctimonialem conversationem & Monasterii habitationem elegerint*. Agit etiam Justinianus Novella XXII. (quæ recitatur in Authenticis, Collat. IV. de nuptiis, cap. IV.) *de diversis bona gratia factis, & aliis modis*, in hæc verba: *Distrahuntur itaque in vita contrahentium, matrimonia. Alia quidem consentiente utraque parte, pro quibus nihil hic dicendum est, pactis causam, sicut utrique placuerit, gubernantibus: Alia vero per occasionem rationabilem, quæ etiam bona gratia vocatur. Alia vero, citra omnem causam. Alia quoque cum causa rationabili*. Quum igitur quatuor modi dissolvendorum conjugiorum hic proponantur, de primo modo (*consentiente nempe utraque parte*) quamquam Justinianus dicat, *nihil* esse *dicendum*; alibi tamen (ut supra Novell. 117. cap. 10.) hoc corrigitur, quod hic dicitur.

Interim tria sunt notanda. Primum, a Justino juniore, (ubi ait *licere consensu conjugum solutiones nuptiarum fieri, non ultra vero obtinere constitutas pœnas Constitutione nostri Patris adversus eos, qui, cum consensu*

sensu conjugii faciunt solutionem :) indigitari Novellam Justiniani 117. in qua is decreverat, alterna matrimonia ex consensu nullatenus esse solvenda : nisi ob servandam castitatem id fiat : quemadmodum Julianus Antecessor eandem Novellam 117. num. 8. exponit his verbis. *Nulli liceat consensu matrimonium solvere (nisi ex causa probabili) nisi forte castitatis amore hoc faciat .* Quia autem in eadem Novella additur pœna, *si post solutum matrimonium per consensum, castitatis velamine factum, inventi fuerint vel nuptias contrahentes alias, vel turpiter viventes, vel unus ex his hoc faciens repertus fuerit: Quod nec aliter disjunctionem nuptiarum per consensum fieri, nisi hoc pacto, conceditur* : idcirco Justinus non ultra obtinere constitutas a Justiniano pœnas adversus eos, qui cum consensu, conjugii faciunt solutionem. Alterum, non Justini, sed Justiniani Novellam a Græcis hac in parte esse receptam, eandemque in Libro Basilicor. XXVIII. tit. VII. repositam. Et Balsamon quidem, Scholio in Can. 48. Trullanæ Synodi, ubi dicitur : *Uxor ejus, qui ad Episcopalem dignitatem promotus est, communi sui viri consensu prius separata, postquam in Episcopum ordinatus est, Monasterium ingrediatur, procul ab Episcopi habitatione exstructum*: de matrimonio sine consensu non dissolvendo, juxta receptam Græcorum praxim, hæc tradit. „ Nunc Sancti Patres jubent eum, qui electus est „ Episcopus, ab ea quam habet, uxore, communi con- „ sensu separari, & post consecrationem, mulierem Mo- „ nasterium ingredi, quod sit longe ab Episcopatu. Se „ enim invicem frequenter intueri, priorem eorum vi- „ tæ rationem ac consuetudinem est omnino in memo- „ riam eis revocaturum, & amorem accensurum. *Et* „ *post pauca*. Hæc quum a Canone decernantur, inter- „ rogabit quispiam, quum (1) Justiniani CXVII. Novel- „ la, quæ in præsenti Libro sæpe posita est, prohibeat „ conjugum consensu dissolvi matrimonium, quomodo „ decernit præsens Canon, uxorem ab electo marito, con- „ sensu

(1) Apud Bevereg. tom. 2. pag. 215. Græce, & Latine, perperam legitur ρκζ. CXXVII. Novella.

„ sensu, separari ? Solutio. Consensu quidem non solvi-
„ tur matrimonium : sed justa de causa solvitur : Et
„ quemadmodum si unus ex conjugibus tondeatur, dici-
„ mus bona gratia separationem fieri ; ita & viro electo,
„ post ordinationem solvetur conjugium : nec videtur
„ consensu solvi matrimonium, quod legibus non ad-
„ mittitur. Ante ordinationem autem non solvitur,
„ quoniam consentaneum est, eum forte non provehen-
„ dum propter aliquas probabiles causas exorituras. Quod-
„ si mulieri non placeat seorsum a suo conjuge, qui ele-
„ ctus est, vitam agere, impedieturne ordinatio ? So-
„ lutio. Videtur mihi esse infirmanda electio, si uxor ma-
„ riti conjugium revocet. Propterea enim dixit Canon,
„ ejus quoque consensu separationem fieri : ut quæ non
„ posset fieri, si ipsa divortium recuset. Siquis autem
„ dicat : Atqui monachalis tonsura, etiam nolente al-
„ tero ex conjugibus, fit secure: dic ei, quod in ton-
„ sura quidem, is qui relictus est, potest ad alterum ve-
„ nire (1) conjugium, nec tanta injuria afficitur : in con-
„ secratione autem non potest ad alterum venire matri-
„ monium consecrati Episcopi uxor, quæ tondetur, &
„ ut quæ magna, ea ex re, injuria afficiatur, audietur
„ si nolit separari. Quod autem ordinati uxor tonderi,
„ & monasticam vitam agere non cogetur, coram Impe-
„ ratore sancto Domino Isaacio Angelo disceptatum est,
„ mense (2) Septembri, Indictionis Quintæ, præsenti-
„ bus tribus Patriarchis, Constantinopolitano, Antio-
„ cheno, & Hierosolymitano, & Metropolitanis circi-
„ ter XL. Et judicatum est, quod ordinati uxor neces-
„ sario detonderi debet. Quære igitur dictam consti-
„ tutionem in Chartophylacio repositam „. Vides nul-
lam fieri, Justini Novellæ mentionem, nullam ratio-
nem : ita ut eam aut nunquam receptam fuisse, aut om-
nino exolevisse, dicendum sit. Ter-

(1) Atqui Balsamon distinguere debuerat, conjugium ratum a consummato. Nam post ratum & non consummatum, potest vir, aut fœmina, monasticam vitam amplecti : altero sive consentiente, sive dissentiente : & is qui relictus est, post factam alterius professionem, potest ad alterum venire conjugium. Secus post consummatum matrimonium alterutro dissentiente, nequit fieri separatio, monasticæ vitæ amplexandæ causa.

(2) Anno Chr. 1185.

Tertium, quod hic notandum velim, est, causas solvendi etiam consummati matrimonii, & quidem non solum quoad thorum, ut ajunt, sed etiam quoad vinculum, a Græcis Imperatoribus plures adduci, quæ in Jure Ecclesiastico non subsistunt: quamquam & illas omnes causas Græci interpretes referant & amplectantur. Sic Theodorus Balsamon in Canonem 5. Apostolorum. *Quoniam itaque ante CXVII. Justiniani Novellam, quæ sita est in libro Basilicorum XXVIII. Tit. VII. licebat* (1) *cuilibet quavis ex causa mittere suæ uxori libellum Repudii; dicit præsens Canon, non licere Episcopo, vel Presbytero, vel Diacono, prætextu religionis, suam uxorem ejicere. Hic autem Canon exolevit, quod ad Presbyteros & Diaconos attinet; Episcopi enim, ut dictum est, post Episcopatum uxores habere non possunt; quod nunc non possit aliter solvi matrimonium, quam pro causis, quæ in dicta Novella continentur, quæ sunt hæ: siquis ex conjugibus adversus Imperatorem conspiraverit: si uxor adulterata fuerit. Si alteruter vitæ alterius insidiatus fuerit. Si uxor cum viris externis, nolente marito, convivetur, vel lavetur. Si extra domum mariti uxor manserit, nisi forte apud suos parentes. Si uxor vadat ad equorum Circense curriculum, præter voluntatem mariti. Si alteruter conjugum vitam monasticam elegerit. Sunt etiam aliæ causæ in dicta Novella contentæ, quam etiam lege*. Vide etiam Matthæi Blastaris Syntagma Alphabeticum Lit. Γ, cap. 3. *Quibus ex causis matrimonium solvatur*: apud Beveregium Tom. 2. Synodici, pag. 74. & seq.

Sed ad Justini Novellam redeamus. Qua Baronius recitata, hæc subdit ad ann. 566. num. 15. „ Porro horrenda hæc debuere per Episcopos prohiberi, ne fierent, & jam facta rescindi, & ab Ecclesia penitus propulsari. Sed cujus id erat muneris, Joannes Constantinopolitanus Episcopus, quod precario eam Sedem quod-

(1) Hoc falsum tam apud Hebræos, quibus permittebatur; ob solam causam adulterii, uxores dimittere: quam apud Christianos quibus Christus dominus imperat, dicens, quod Deus conjunxit, homo non separet, quique ob causam adulterii, dimissa uxore aliam ducere, illa vivente, nequeunt; etsi hac in re Græci recentiores orthodoxis non omnino consentiant.

„ quodammodo possideret intrusus Antistes, minime re-
„ stitisse reperitur. De Joanne autem Romano Pontifi-
„ ce, quum omnia ferme ejus rerum gestarum monu-
„ menta perierint, nihil est quod dicere valeamus: quem
„ tamen a prædecessoribus minime existimamus fuisse
„ degenerem, quorum sæpe Sacerdotalis vigor enituit
„ in continendis orientalibus Imperatoribus in fide Ca-
„ tholica & Ecclesiastica disciplina, in coërcendisque
„ illis, quum ab ea vel leviter declinarent, prout res
„ gestæ ipsorum superius recensitæ declarant „. Quod Emus Baronius de Joanne Romano Pontifice conjectatur, idem ipsum dici posset de Joanne Constantinopolitano Episcopo, cujus, æque ac cognominis Romani Pontificis, res gestas nullus Græcus vel Latinus Scriptor literarum monumentis tradidisse legitur. Quid? quod novella Justini ad literam accepta, concedit quidem, mutuo conjugum consensu, solui posse matrimonia, non tamen exprimit, au hæc matrimonii solutio quoad thorum intelligenda sit, aut quoad vinculum. Quod si de solutione quoad vinculum interpretanda sit; pari modo culpare possimus Vigilium Romanum Pontificem, & S. Menam Patriarcham Constantinopolitanum, qui editæ a Justiniano anno ejus XV. Christi 541. Novellæ centesimæ decimæ septimæ, in qua supra memoratæ causæ solvendi conjugii referuntur, non restitisse reperiuntur: possimus etiam eandem calumniam inferre Romanis Pontificibus, qui ab anno Chr. 867. ad annum 958. Apostolicam Sedem tenuere, necnon Patriarchis Constantinopolitanis Ignatio, Stephano, Nicolao Mystico, Tryphoni [qui Sanctitate claruisse leguntur] eo nempe, quod Orientales Imperatores Basilium Macedonem, Leonem Sapientem, & Constantinum Porphyrogenitum non reprehenderint, qui Basilicorum Libros edidere, in quibus Justinianea Lex de memoratis solvendi matrimonii causis disertim continetur, probaturque.

Sed Justinum Imperatorem Evagrius historicus alias ob causas, propter pravos nempe mores, reprehendendum exhibet: sic enim scribit lib. 5. cap. 1. „ Verum,
„ quod

„ quod ad vitæ ejus rationem attinet, deliciis re vera „ defluxit, & mollitie, in voluptatibus obſcœnis volu- „ tatus, alienæ pecuniæ adeo ardenter appetens, ut „ omnia iniqui quæſtus gratia divenderet; imo verò „ etiam ipſa ſacerdotia, divinum numen minime reve- „ rens, plebejis hominibus venalia exponeret „. Idem hiſtoricus lib. 5. cap. 10. Abarum, & Perſarum irruptiones in Romanam ditionem anno 574. factas, voluptatibus, quibus Juſtinus immerſus erat, attribuit; Cedrenus vero, & Menander *vitio mentis Juſtini*. Cedreni verba accipe: „ Et Artabanus Perſa in Romanorum ditionem „ facta incurſione, multos captivos abduxit, captoque „ etiam Daras caſtro, domum rediit. Juſtinus nuncio „ tantæ cladis accepto, animo abalienatus eſt, petit- „ que ab Hormiſda, uti pacem componeret, quæ & in „ annum pacta eſt „. Menander Protector pag. 156. iſtarum Induciarum mentionem facit, aitque, Sophiam Auguſtam, dum Juſtinus mentis imbecillitate laboraret, Jacobum ex medicis Imperatoris ad Choſroëm miſiſſe, & per annum ut ab armis ceſſaretur, ſtatutum eſſe, numeratis Choſroi quadraginta quinque aureorum millibus. Evagrius loc. cit. „ De ea incurſione (quam ſcilicet pa- „ raret per Adarmanum Ducem, quem Cedrenus Arta- „ banum vocat.) fit certior Gregorius Epiſcopus An- „ tiochiæ: Nam huic Epiſcopus Niſibis amiciſſimus fuit, „ magnis muneribus ab eo donatus: Et propterea quum „ inſanam Perſarum contumeliam contra Chriſtianos ad- „ miſſam, qua ſemper fere premebantur, ægre admo- „ dum pateretur, & magnopere cuperet civitatem cu- „ jus ipſe fuit Epiſcopus, in ditionem Romanorum veni- „ re; omnia quæ extra fines Romanorum circiter Ni- „ ſibin gerebantur, ſignificavit, opportuneque expoſuit. „ Quæ quidem Gregorius illico ad Juſtinum retulit; „ eique quam celerrimam declaravit Choſrois incurſio- „ nem. At vero ille in conſuetarum voluptatum ſordi- „ bus volutatus, Gregorii literis neque animum atten- „ dere, neque fidem habere voluit; illud dumtaxat ve- „ rum arbitratus, quod ipſe in animum induxerat: nam

„ hominum intemperantium, & luxu perditorum con„ suetudinem imitabatur, in quorum animis sicut igna„ via insita est, ita de prospero rerum eventu nimis „ magna fiducia; & siquid contra ipsorum voluntatem „ acciderit, ei nolunt ullo modo fidem adjungere. Ita„ que scribit Gregorio, resque ad se relatas, quasi omni„ no veræ non sint, rejicit: quod si veræ sint, Persas „ non ante suos, obsidione occupaturos; sin autem an„ te occuparent, cum magno suo malo discessuros „. Theophanes ad ann. Incarn. secundum Alexandrinos 566., Kalendis Septembris anno Chr. 574. inchoatum, postquam narrasset, Persas vastitate suburbani Antiochiæ locis, & Cœlesyriæ illata, captivis prædaque onustos in regionem suam remeasse, subjungit: „ Imperator vero, „ nuncio tantæ cladis accepto, consternatus, infirma „ valetudine, mentisque alienatione vexatur, & ab (1) „ Hormisda, ut pacem inirent, & fœdus percuterent, „ expetiit: qui ad annum tantum inducias inire conces„ sit „. Ad triennium concessas inducias, postquam Justino in phrenitidem ac dementiam incidente Tiberius ab eodem Cæsar anno 574. declaratus, Trajanum Patricium legatum ad Chosroëm Regem Persarum misisset, auctor est Evagrius lib. 5. cap. 11. „ Hæc quum au„ disset Justinus, nihil sani animo reputans, nec huma„ nitus casum illum ferens, ex tanto fastu ac tumore in „ phrenitidem ac dementiam incidit, adeo ut hihil eo„ rum quæ gerebantur, deinceps intelligeret. Exinde igi„ tur Remp. rexit Tiberius, oriundus ex Thracia, qui „ apud Justinum auctoritate & gratia plurimum poterat. „ *Et cap.* 12. Tiberius igitur consilium cepit opportu„ nissimum & rebus præsentibus accomodatum: quod „ universam cladem resarcivit. Trajanus enim ad Chos„ roëm missus est, vir prudens ex Ordine Senatorio: „ qui tum ob canitiem, tum ob singularem prudentiam, „ summo in honore apud omnes erat: non ex Impera„ toris aut Reip. nomine Legationem obiturus, sed pro „ Sophia

(1) Ab *Hormisda*. Ita & Cedrenus Regem Persar. vocat. Qui tamen *Chosroes* fuit, non *Hormisdas*; uti scribit Evagrius, lib. 5. c. 9. & seqq.

„ Sophia Augusta dumtaxat verba facturus. Quippe il-
„ la literas ad Chosroëm, quibus tum viri sui calami-
„ tatem, tum Remp. Imperatore orbatam deplorabat,
„ addens insultandum non esse mulieri viduæ, & Impe-
„ ratori mortuo, & Reip. desertæ. Nam & ipsum olim,
„ quum in morbum incidisset, non modo parem hu-
„ manitatem expertum esse; verum etiam præstantissi-
„ mos medicos a Rep. Romana ad ipsum missos esse, à
„ quibus etiam morbo liberatus fuerat. His postulatio-
„ nibus annuit Chosroës: & quum in Romanorum di-
„ tionem jamjam invasurus esset, trium annorum indu-
„ cias pactus est in Orientis partibus „.

Eustathius in vita S. Simeonis Stylitæ junioris c.24. num. 190. & seq. narrat, Justinum in infirmitatem lapsum, eo quod superstitiosis remediis usus fuisset, a S. Simeone non modo curatum non fuisse, sed etiam monitum Joannem Patriarcham Constantinopolitanum, nequid in posterum in favorem Justini sibi proponeret. „ Inci-
„ derat deinde Imperator ipse Justinus in infirmitatem,
„ quum Joannes, quem jam ostendit oratio nostra Con-
„ stantinopolitanæ Sedis Patriarcham, tum propter sum-
„ mam familiaritatem quæ ipsi intercedebat cum Justi-
„ no, tum propter fiduciam quam posuerat in Simeo-
„ ne; tum denique quod firmiter persuasum habebat,
„ fieri non posse, ut aliunde tantum ac tam promptum
„ adesset auxilium; misit ad Simeonem, supplicans, ut
„ apud Deum rursus intercederet, quatenus a morbo re-
„ surgeret Imperator. Simeon vero, quo statu res il-
„ lius essent, non ignorans, renunciari jubet, nihil
„ quicquam ut admittat curationis ab illis, qui Deum
„ negarunt, & propere adventuram sanitatem. Impera-
„ tor Sancti præcepta parum sedulo observans, quum se
„ tradidisset cuidam, Timotheo nomine, religione He-
„ bræo, qui in libris quidem ac arte medica videbatur
„ versatus, revera autem addictissimus erat incantatio-
„ nibus (his enim studebat ejus uxor Sophia, non tam
„ viri amore, quam pusillanimitate, utpote in hanc ex
„ illa adducta:) conspicit se ipse Simeon media die in

„ Regiam urbem delatum, in ipso veluti Palatio adstare, atque inspicere quæ a Judæo fiebant; indolere etiam ad visa, & non ferenda judicare: quæ Patriarchæ etiam manifesta esse voluit, rogavitque, ut Imperatorem a se obtestaretur atque hortaretur, istiusmodi impietatem missam faceret. Tulit Patriarcha non solum Imperatori ejusmodi nuncium, verum etiam conjugi ejus, impensius istiusmodi nugis deditæ. Sed illi tantum abest, ut abstinuerint, ut etiam mulierem quamdam ex earum numero, quæ de ventre in aurem sermonem reddunt, ad Hebræum allegarint, ut per eum certiora de morbo cognoscerentur. Verum de talibus recte prædixit Michæas, quod tenebræ eis ex divinatione erunt, & occumbet Sol super eas, & contenebrescet super eas dies. Interea Simeoni alia rursum visio objicitur, eratque talis. Ipse iterum ad Palatium Imperatoris delatus, cernebat ipsum, quo consueverat loco, affatum petentes excipere: cernebat etiam mox apertis cœlis delapsam inde quamdam virtutem divinam, quæ exuens Imperatorem veste regali, & auferens capitis diadema, dicebat illi: esto fabula in ore omnis populi; quia posuisti mendacium spem tuam, & te tuaque non commisisti Deo, sed dæmoni potius ejusque artibus præbuisti aures. Quæ Sanctus cum lacrimis & dolore cnm præsentibus communicavit; & Patriarcham de totius rei ordine instruxit, ut ne quid in posterum in favorem Imperatoris proponeret sibi. Exiguum porro temporis spatium interjectum fuit, quum fama per totam Epirum & mare emanavit, Imperatorem mente captum esse: quam deinde consequuta mors est „. Sed, quomodo Justinus magicas incantationes passus, divino præsidio curatus sit, a S. Gregorio Turonensi de gloria Martyrum lib. 1. cap. 6. ejusmodi accipe narrationem, ubi agit de Clavis, quibus Christus Dominus in Cruce confixus est, deque freno Constantini, in quo ex illis unus connexus fuit. *Magnam* (inquit) *afferunt virtutem esse hujus freni, quod ambigi nequaquam potest: quod Justinus Impe-*

Imperator publice expertus est, ac suis omnibus patefecit. Illusus enim a quodam mago propter pecuniam, emissas sibi a dæmonis umbra intolerabiles per duarum curricula noctium sustinuit insidias, sed dum tertia nocte Frenum capiti collocasset, locum insidiandi inimicus ultra non habuit, repertumque auctorem insidiarum, gladio perculit. Videtur id egisse Justinus, quum ante obitum suum, paulisper adversa qua jactabatur valetudine levatus esset: Nimirum quum anno Chr. 578. die 26. Septembris, Tiberium Imperatorem nuncupavit: quem *Cæsarem* anno 574. creaverat. Evagrius lib. 5. cap. 13. de nuncupatione Imperatoris Tiberii sic scribit. *Sub idem tempus, Justinus suadente Sophia, Tiberium Cæsarem renunciavit. Qua in nuncupatione, ejusmodi orationem habuit quæ omnem historiam transcendit, tam veterem, quam recentem: quum clementissimus Deus hoc ei spatium temporis concessisset, tum ad propria delicta confitenda, tum ad salubria consilia suggerenda pro utilitate Reipublicæ. Congregatis enim in atrio Imperialis Palatii, ubi hæc fieri mos est, Joanne Patriarcha, cujus supra meminimus, una cum Sacerdotibus suis, & magistratibus atque honoratis, cunctis denique qui in Palatio militabant, Justinus Imperatoria tunica & purpurea chlamide Tiberium vestiens, edita voce ita palam locutus est. Ne te in errorem inducat vestis hujus magnificentia, neque pompa rerum quæ sub aspectum cadunt. Quibus ego in fraudem inductus, imprudens extremis me suppliciis obnoxinm reddidi. Sed tu errata mea corrigito, omni cum lenitate ac mansuetudine Rempublicam regens. Tum magistratus digito demonstrans: Cave, inquit, ne his credas. Hi enim in hunc quem vides statum, me deduxerunt. Adjecit etiam ejusdem modi alia, quæ summam admirationem omnibus incusserunt, & immensam lacrymarum copiam elicuerunt.* Eandem fere Justini orationem, quando Tiberium renunciavit Imperatorem, recitat Theophanes ad ann. secundum Alexandrinos 570., Kalendis Sept. anni Christi 578. inchoatum, quum anno antecedente Joannem Episcopum Constantinopolitanum

die

die 31. Augusti, Indictione x. decessisse, & anno sequente, mense Octobri, Indictione xi. Eutychium ad thronum Constantinopolitanum secundo occupandum advenisse narrasset. *Imperator* (inquit) *adversa valetudine jactatus, & deinde ejus doloribus paulisper levatus, Pontifice, Senatu, Sacerdotum Collegio, cunctisque Reip. magistratibus convocatis, Tiberium Cæsarem in omnium conspectu positum, renunciavit Imperatorem, oratione in hunc modum habita. Viden', ut Deus in te beneficus isto te habitu & dignitate ornat? Deus, non ego, illo te donavit. Hunc habitum honora, ut ab illo honorem merearis. Matrem tuam cole, quæ hucusque domina tibi fuit. Ejus te nunc filium, quondam servum extitisse, agnosce. Effuso sanguine nusquam læteris. Nusquam cædium particeps esto. Ne malum malo compensato. In inimicitiis suscipiendis me nequaquam imiteris. Ego namque, velut homo, peccavi: Ego quippe peccator extiti: & pro delictorum merito mercedem accepi. Cum eis attamen, qui malorum mihi fuerunt auctores, ante Christi tribunal judicandus adstabo. Ne, prout ego quondam, habitu isto superbito. Ita reliquorum omnium, veluti tui ipsius, curam geras. Quis fueris prius, quis nunc sis, contemplare. Si superbia non te extulerit, a culpa immunem te servabis. Quis quondam fuerim, qualis sim natus, quis modo sim, novisti. Cuncti isti, filii tibi sunt, & servi. Præ visceribus meis te mihi carum extitisse, probe compertum est. Omnes istos vides? Reipublicæ magistratus sunt. Militiæ curam gere. Ne nimium erga milites afficiaris, ne decessorem tuum ita affectum, objiciant nonnulli. Hæc dico, expertus eorum, quæ passu's sum. Fruantur qui abundant facultatibus suis. Erga egentes liberalis esto. Oratione vero a Patriarcha fusa, quum cuncti, Amen prolato, comprecati fuissent; ad Imperatoris pedes Cæsar procidit. Ad quem Imperator: superstes vivo, si volueris: si volueris iterum, pereo. Deus qui cælum & terram condidit, quæ supererant a me tibi enuncianda, ipse in mentem illa immittat. His dictis finem fecit Imperator, & conventum dimisit.* Theophanes *Patriarcham,*

qui

qui huic conventui interfuit, nomine proprio non exprimit: indicat tamen *Eutychium* fuisse, quem ad annum secund. Alex. 570. Kalendis Sept. anni Chr. 577. inchoatum, *mense Octobri*, *Ind. xi.* Constantinopolitanam Sedem recepisse scripserat. Evagrius autem, *Joannem Scholasticum* nominat. Verum quum ex eodem Theophane constet, hunc *Joannem* anno secundum Alexandrinos 569. Chr. 577. *mensis Augusti die* 31. *Indict. decima* obiisse; quumque *Tiberii Imperatoris nuncupatio mense Septembri*, *die* 26. *Ind.* XII. *anno Chr.* 578. *& Justini Imperatoris obitus die quinta mensis Octobris*, *ejusdem anni* contigerit; manifeste colligitur, aut Evagrium nomen *Joannis Patriarchæ* pro Eutychio perperam apposuisse; aut illum loc. cit. non de Tiberii Imperatoris nuncupatione, sed de *Cæsaris dignitate* ei collata anno 574. loquutum fuisse. Sic enim Valesius in not. ad Evagr. lib. 5. cap. 13. *Theophanes in Chron. non Joannem Scholasticum, sed Eutychium Patriarcham Constantinopolitanum tunc fuisse testatur. Nam Joannes quidem Scholasticus obiit Ind. x. mense Augusto, pridie Kal. Septembres. Eutychius vero eodem anno, mense Octobri in Sedem suam restitutus est* Ind. XI. *ut testatur Theophanes. Hic anno sequenti; qui fuit Chr.* 578. *Indict. xii.*, *Septembris* 26 *die*, *Tiberium Augustum coronavit*, *ut tradit idem Theophanes*, *& Auctor Chronici Alexandrini*. *Verum re attentius examinata*, *nihil hic reprehendendum animadverti: neque enim Evagrius hic loquitur de Augusta nuncupatione Tiberii*, *sed de Cæsaris appellatione ei concessi. Tiberius porro Cæsar factus est* Ind. VIII. *ut docet Auctor Chronici Alexandrini*: *quo quidem tempore Joannes Patriarcha erat Constantinopolitanus*. Rectius dicendum videtur, Evagrium utramque Tiberii nuncupationem

(1) Apud Oudinum in commentar. de Scriptor. Eccles. Tom. 1. p. 1435. de Joanne Scholastico hæc leguntur. *Floruit anno 560. vel circiter*, *nominatus Patriarcha Constantinopolitanus vel electus anno 554. quo in exilium Eutychius actus est. mortuus anno 578. quo post ejus mortem. Eutychius iterum ad Sedem suam reversus est*. Mendum Typographi in anno 554. pro 564. Baronius etiam Joannem mortuum scribit anno 578. sed omnino ad ann. 577. & postremum diem mensis Augusti, mors ejus est assignanda, & initia Episcopatus ad annum 565. uti supra ostensum est.

tionem in unam perperam conflasse: nomenque *Joannis Patriarchæ*, qui primæ Cæsaris appellationi interfuerat, ad secundam Augustam nuncupationem male traductum esse.

CAPUT XI.

Joannis Scholastici, Patriarchæ Constantinopolitani, Canonum Collectio in Titulos Quinquaginta distributa.

I. De Sabino Heracleæ Macedonianorum Episcopo.

I. INter Græcos, qui Canones collegerunt, Petrus Pithæus in Synopsi historica, Juri Canonico præfixa, primum locum tribuit *Sabino Heracleæ in Thracia* Macedonianorum *Episcopo* circa annum Christi 425. quem Socrates lib. 1. Hist. Eccles. cap. 8. testatur composuisse συναγωγὴν ὧν διάφοροι ἐπισκόπων σύνοδοι ἐγγράφως ἐξέδωκαν, *Collectionem eorum, quæ per diversas Episcoporum Synodos ex scripto tradita sunt*. Idem Socrates lib. 2. cap. 17. opus ejus appellat συναγωγὴν συνόδων, *Collectionem Synodorum*: „ Sabinus (*inquit*) Macedonianæ „ sectæ Episcopus, ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν συνόδων, in Col„ lectione Synodorum, Epistolas Julii (P*apæ*) neutiquam „ intexuit: tametsi eam minime prætermiserit, quam „ Episcopi Antiochiæ collecti ad Julium scripsere. Ve„ rum Sabinus ita semper facere consuevit, nam siquæ „ forte Synodales Epistolæ vocem *Consubstantialis* aut re„ ticent, aut omnino rejiciunt, eas studiose operi suo „ inserit: contrarias vero sciens ac prudens silentio tran„ silit „. Similiter cap. 39. de Seleuciensi Synodo anno Christi 359. celebrata uberius ab illo traditum fuisse: nec non de Synodo Antiochena anno Christi 363. habita per Acacianos lib. 3. cap. 25. & de Macedonianis cum Liberio Papa communicantibus anno Christi 366. E contrario Nicænis Patribus adeo detraxit, ut eos lib. 1. cap. 9. veluti rudes & illiteratos traduxerit. Σαβῖνος γὰρ, ὁ τῶν ἐν Ἡρακλείᾳ τῆς Θρᾴκης, Μακεδονιανῶν ἐπίσκοπος, συναγωγὴν ὧν διάφοροι ἐπισκόπων σύνοδοι ἐγγράφως ἐξέδωκαν ποιησάμενος, τοὺς μὲν ἐν Νικαίᾳ ὡς ἀφελεῖς καὶ ἰδιώ-

τας

τας διέσυρε, μὴ αἰσθανόμενος, ὅτι καὶ αὐτὸν Εὐσέβιον, τὸν μετὰ πολλῆς δοκιμασίας τὴν πίστιν ὁμολογήσαντα, ὡς ἰδιώτην διαβάλλει. καὶ τινὰ μὲν ἑκὼν παρέλιπεν· τινὰ δὲ παρέτρεψεν· πάντα δὲ πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν μᾶλλον ἐξείληφεν, ,, Sabi-
,, nus enim (*inquit Socrates*) Macedonianorum apud
,, Heracleam Thraciæ urbem Episcopus, qui Collectio-
,, nem eorum quæ per diversas Episcoporum Synodos
,, ex scripto tradita sunt, composuit, Nicæni quidem
,, Concilii Sacerdotes quasi rudes ac simplices deridet:
,, nec animadvertit, ipsum quoque Eusebium, qui fidem
,, illam post diuturnæ inquisitionis examen amplexus est,
,, ut imperitum a se traduci. Ac nonnulla quidem de
,, industria prætermisit; quædam vero pervertit, atque
,, immutavit. Cæterum cuncta ad institutum suum sen-
,, sumque pertraxit ,,. Et lib. 2. cap. 15. Ὥστε μάτην Ἀθανασίῳ τὴν αἰτίαν ἀνάπτουσιν οἱ λοιδοροῦντες αὐτὸν, καὶ μάλιστα Σαβῖνος, ὁ τῆς Μακεδονίου προεστὼς αἱρέσεως. ὃς εἰ διελογίζετο, πόσα κακὰ κατὰ Ἀθανασίου οἱ Ἀρειανίζοντες; καὶ τῶν τὸ ὁμοούσιον φρονούντων εἰργάσαντο, ἢ ὅσαι αἱ δι' Ἀθανάσιον γενόμεναι σύνοδοι ἀπωδύραντο, ἢ ὅσα αὐτὸς ὁ αἱρεσιάρχης Μακεδόνιος κατὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν διεπράξατο, ἡσυχίαν ἦγεν ἄν. ἢ φθεγγόμενος, εὔρημα ἂν πρὸ τούτων ἐφθέγγετο. νῦν δὲ ταῦτα πάντα ἀποσιγήσας, ἐκεῖνα διαβάλλει, ἀλλ' οὐδ' ὅλως τοῦ αἱρεσιάρχου μνήμην πεποίηται, πάντως που τὰ τῆς δραματουργίας αὐτοῦ τολμήματα καλύπτειν βουλόμενος. καὶ τὸ δὴ θαυμαστότερον. οὓς μὲν πέφευγεν Ἀρειανοὺς οὐκ εἶπε κακῶς· ᾧ δὲ ἠκολούθησε Μακεδονίῳ, τούτου καὶ τὴν χειροτονίαν ἀπέκρυχεν· εἰ γὰρ αὐτῆς ἐμέμνητο, ἐμέμνητο ἂν μάντως καὶ τῶν ἀδικημάτων αὐτοῦ, ὡς τὰ ἐπ' αὐτῆς γενόμενα δείκνυσι. ,, Fru-
,, stra sunt igitur calumniatores Athanasii, qui horum
,, causam illi adscribunt, ac præcipue Sabinus Macedo-
,, nianorum Episcopus. Qui si secum ipse reputasset,
,, quot & quantis malis Athanasium, & reliquos Ho-
,, mousianos affecerint Ariani, vel quot Synodi propter
,, Athanasium congregatæ de his conquestæ sint, vel quæ
,, ipse Macedonius hæresiarcha per universas Ecclesias
,, gesserit; aut tacuisset omnino, aut si loqui voluisset,
,, Athanasium laudibus extulisset. Jam vero his omni-

„ bus consulto prætermissis, res gestas illius falso crimi-
„ natur. Sed non nomen quidem ipsum Macedonii hæ-
„ reticorum principis usquam commemorat: id agens
„ scilicet, ut tragica illius facinora penitus occultet.
„ Et quod multo plus habet admirationis, de Arianis
„ quidem non male loquutus est, quos tamen ipse fugie-
„ bat. Macedonii vero, cujus ipse sectam sequebatur,
„ ordinationem tacitus prætermisit. Quippe si ordina-
„ tionis illius mentionem fecisset, commemoranda pror-
„ sus fuissent ejus viri scelera, sicut constat ex iis, quæ
„ in illa ordinatione gesta sunt.

Sed quæ in textu Socratis συναγωγὴ τῶν συνόδων inscribitur, eam Valesius & Latine *Collectionem Actorum Synodalium*, & Græce συναγωγὴν τῶν συνοδικῶν appellat.
„ Hic Sabinus (*inquit Adnotat. in lib.*1. *cap.*8.) Episco-
„ pus fuit Macedonianorum in urbe Thraciæ Heraclea,
„ qui Collectionem Actorum Synodalium composuerat:
„ opus utile admodum, cujus testimonio sæpe utitur So-
„ crates in his libris. Reprehendit tamen eum Socra-
„ tes plerisque in locis, tum quod mala fide usus esset
„ in Actis illis colligendis; ea quidem studiose referens,
„ quæ ad adstruendam ipsius hæresim pertinebant, omit-
„ tens vero contraria: tum quod orthodoxis Episco-
„ pis semper infensum se ostenderat „. Hanc proinde Collectionem, quam Valesius συναγωγὴν συνοδικὴν appellat, vix aliud quippiam complecti notat Quienus (in *Oriente Christiano*, Tom. 1. pag. 1106. ubi de Sabino agit:) præter Synodorum Epistolas, quibus τὸ ὁμοούσιον, vox *Consubstantialis*, vel statuebatur, vel repudiabatur. De eodem quoque Sabino Gulielmus Caveus in Historia Liter. (edit. Coloniæ Allobrogum ann. 1720. pag. 265.) sic scribit: *Edidit* συναγωγὴν τῶν συνόδων, *sive Collectionem Gestorum Synodalium, a Concilio Nicæno ad sua usque tempora: in quam, suppressis aliis, omnia quæ ad sectæ suæ gloriam facere posse videbantur, conjecit.*

Ex his palam fieri ostendit Fabricius Tom. XI. Bibliothecæ Græcæ pag. 26., falli Christophorum Sandium, qui pag. 166. *Nuclei Historiæ Ecclesiasticæ*, hanc Sabini

συνα-

συναγωγὴν putat hodie extare, atque esse illam συναγωγὴν καὶ ἔκθεσιν τῶν ἁγίων συνόδων, quam ex Oriente Christianus Ravius secum attulit. Certe aliud scriptum est istud, quam quod a Socrate describitur; neque enim in illo habentur, quas ex eo citat Socrates, *Epistolæ* aut *Constitutiones Synodicæ*. Deinde scriptor hujus *Collectionis* & *Expositionis Sanctarum Synodorum*, Patres Nicænos θεοφόρους πατέρας vocat, quum Sabinus, utpote Macedonianus, eos tamquam rudes & simplices traduxerit. Quidquid tamen sit, in eorum numero nequaquam adscribendus est Sabinus, qui Canonicam Collectionem confecere: non enim Canones, sed Epistolas & gesta Synodalia is collegit.

II. De Synopsi Canonica Stephano Ephesino Episcopo attributa.

Lambecius Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis Lib. III. pag. 66. „ Extat (*inquit*) adhuc inedita Κανονικὴ „ σύνοψις, Canonica Collectio, auctore Stephano, quæ „ fuit quoque in Bibliotheca Palatina Cod. 33. & ad cal- „ cem Panopliæ Euthymii in Codicibus 200. 274. & „ 345. Canonesque Apostolorum, Concilii Nicæni, & An- „ cyrani complectitur „. Hanc Fridericus Sylburgius in Catalogo Codicum Mss. Bibliothecæ Palatinæ pag. 14. *Stephano Ephesino Episcopo* tribuit; Gulielmus autem Caveus in histor. Liter. Dissertat. I. pag. 177. eundem Stephanum fuisse suspicatur, qui in Concilio Chalcedonensi Actione XI. rogavit, ut ex *Codice Universæ Ecclesiæ* Canon XCIV. & XCV. de Translatione Episcoporum prælegeretur. Verba Cavei accipe, „ Stephanus Ephesius, an „ forte Stephanus ille Episcopus Ephesinus, qui anno „ 451. Concilio Chalcedonensi interfuit, & ex Codice „ Canonum Ecclesiæ universæ nonnulla relegit Act. XI. „ vel quis alius longe recentior. Certe in titulo Codicis „ Palatini Stephanus ille *Episcopus Ephesinus* dicitur. Ve- „ rum quum fallax & lubrica sæpe sit inscriptionum, quæ „ in Codicibus Mss. occurrunt, fides, quumque plures „ esse poterant Stephani Ecclesiæ Ephesinæ Episcopi, „ hunc Stephanum illum in Synodo Chalcedonensi cele- „ brem fuisse, asserere non sum ausus. Habetur ejus *Ca-* „ *nonica Synopsis*, qua Canones SS. Apostolorum, Con-

 „ cilio-

„ ciliorum Nicæni & Ancyrani &c. in epitomen con-
„ trahuntur. Principium: Ἀποςόλων Κανόνες εἰσὶν ὀγδο-
„ ήκοντα πέντε &c. Exſtat Græce Mſ. Biblioth. Vindob,
Cod. Theol. 283. num.2. fol. 52. Et in Bibliotheca Pala-
„ tina, jam in Vaticanam translata Cod.28. num.31. ite-
„ rumque Cod. 200. teste Poſſevino in Append. pag. 74.

In Catalogo Epiſcoporum Epheſi, quem cl. Quienus Orient. Chriſtian. Tom.I. diligentiſſime edidit, duo Stephani occurrunt, qui Sedem Epheſinam olim tenuere. Primus nempe pag. 678. qui de illa Sede cum Baſſiano contendit, quique tam Synodo Epheſinæ Secundæ latrocinali, quam Sacroſancto Chalcedonenſi Concilio interfuit: alter vero pag. 683. qui Quiniſextæ ſeu Trullanæ Synodi Canonibus poſt Cyriacum Cæſareæ, ſubſcriptus legitur, Στεφανὸς ἀνάξιος ἐπίσκοπος τῆς Ἐφεσίων μητροπόλεως τῆς Ἀσιανῶν ἐπαρχίας. *Stephanus Epiſcopus Epheſinorum Metropolis Aſianorum provinciæ*. Huic ſecundo Stephano (inquit ibid. Quienus) tribuenda venit *Canonica Synopſis*, Canonum ſcilicet *Nicænorum*, *Ancyranorum*, *& aliorum*, *quæ habetur in Codice Cæſareo*. De quo Codice hæc Lambecius lib. VI. Biblioth. Cæſar. Cod. XLVIII. a fol. 52. ad 55. Στεφάνου Ἐφεσίου Κανονικὴ σύνοψις „ Ste-
„ phani Epheſii Canonica Synopſis, ſive epitome Cano-
„ num Sanctorum Apoſtolorum, quæ incipit his verbis:
„ Ἀποςόλων Κανόνες εἰσὶν ὀγδοήκοντα πέντε &c. Cujus opu-
„ ſculi (*inquit ibidem Lambecius*) meminit Joannes Ja-
„ cobus Friſius in Bibliotheca univerſali, & ex ea mo-
„ re ſuo R. P. Antonius Poſſevinus in Apparatu Sacro;
„ alibi autem nullam ejus adhuc reperiri mentionem;
„ ideoque opinor, illud hactenus nondum eſſe editum.

Verum, præter quam quod Codex ille Cæſareus, quem laudat Lambecius, non eſt adeo antiquus, epitome etiam illa (eodem Lambecio teſte) ſolos continet Apoſtolicos Canones LXXXV., adinſtar ejus, quæ ab Ariſtino aliiſque recentioribus Græcis edita eſt. Præterea (uti obſervant cl. Ballerinii fratres in Appendice ad *S. Leonis* Magni opera de antiquis Canonum Collectionibus pag. X.) Sylburgius, qui Catalogum edidit Codicum Pala-

Palatinorum aliam in his Collectionem non protulit, *Stephani Ephesini* nomine inscriptam, nisi quæ non integros Conciliorum Canones, sed Canonum Synopsim continebat. Hæ autem Canonum Synopses, posterioris ætatis fuere: & siquidem Synopsi laudatæ Canones Ephesini fuere adjecti, id serius multo post Chalcedonensem Synodum factum fuit: ac præterea si Stephanus Ephesinus hujus Collectionis seu Synopsis auctor credatur, non fuit ille Stephanus Episcopus, qui Chalcedonensis Concilii ævo memoratur, sed alius posterior, qui in Cod. Ms. Bibliothecæ Cæsareæ, Episcopi titulo caret.

His addam ego, quod quum Codices Palatinos (nunc in Bibliotheca Vaticana exstantes) nimirum Cod. 33. 200. 274. & 345. diligentissime consuluissem, *Canonicam* illam *Collectionem*, *Stephano Ephesino* a Sylburgio aliisque tributam, non inveni. Reperi tamen, ejus loco, ad calcem *Panopliæ Euthymii* in Codicibus Palatinis signatis num. 200. & 345. *Photii ad Michaelem Bulgarorum Regem Epistolam de septem Synodis Oecumenicis*, sic inscriptam: Φοτίȣ πατριάρχȣ Κωνςαντινȣπόλεως, ἐκ τῆς πρὸς Μιχαὴλ τὸν ἄρχοντα Βȣλγαρίας ἐπιςολῆς περὶ τὸν ζ'. οἰκȣμενικῶν συνόδων. Initium: ἡ πρώτη ϗ οἰκȣμενικὴ ἁγία σύνοδος γέγονε κατὰ Βιθυνίαν, *Prima & Oecumenica sancta Synodus facta est in Bithynia*. Eadem Photii Epistola *de septem Oecumenicis Synodis* habetur etiam in Cod. Palat. 356. pag. 132. & in Cod. Græc. Vat. 668. f. 296. p. 2. *Panopliæ Euthymii* similiter subjuncta cum expresso titulo, *Photii Patriarchæ Constantinopolitani ad Michaëlem Bulgariæ Principem*. Nullibi autem reperire fuit in Codicibus Palatinis, aut Vaticanis, sub *Stephani* nomine, *Canonicam Collectionem*, quæ *Canones Apostolorum*, *Concilii Nicæni & Ancyrani* dumtaxat complecteretur.

III. Joannis Antiocheni Presbyteri, postea Patriarchæ Constantinopolitani, prima omnium, quæ exstet, Canonum Collectio.

Prima itaque *Canonum Collectio*, quæ adhuc exstet (nam vetustior in Titulos LX. distributa, cujus in Præfatione fit mentio, interiit) a *Joanne Scholastico*, *Antiocheno Presbytero*, & *postea Patriarcha Constantinopolitano*, est concinnata. Et in Codice quidem Franciæ Cancellarii, teste Christophoro Justello in Præfat. ad Lecto-

Lectorem) hunc habet titulum : Ἰωάννου Ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ μῆσον εὐτυχίου, συναγωγὴ Κανόνων εἰς ν'. τίτλους διῃρημένη : In Codice vero Claromontesi inscribitur : Ἰωάννου Πρεσβυτέρου Ἀντιοχείας, ἀπὸ σχολαστικῶν, οὗτος συντάττει τοὺς ὅλους Κανόνας εἰς ν'. τίτλους . Et in Codice Oxoniensi : συναγωγὴ Κανόνων ἐκκλησιαστικῶν εἰς ν'. τίτλους διῃρημένη . Et postea : Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ σχολαστικοῦ εἰς τὸν Νομοκάνονα πρόλογος . „ Quam „ quidem (*inquit Christophorus Justellus*) inscriptionem, „ ut verissimam, præfiximus Nomocanoni, quem nunc „ edimus ex Cod. Mſ. Bibliothecæ Regiæ, qui & in fi- „ ne habet nomen Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως „ τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν . Unde planum est & indubirm, utram- „ que hanc Collectionem esse ejusdem auctoris , Joannis „ videlicet Scholastici . Nec sane Theodorito (1) digna „ est hæc Collectio ; cujus stylus non redolet gravita- „ tem tanti viri planeque doctissimi . Nec verisimile est „ Theodoretum inseruisse Canones Apostolicos & Sardi- „ censes, sua ætate a Græcis nondum receptos, nec ve- „ teri Codici Canonum, quo usa est Ecclesia universa „ in Concilio Chalcedonensi, cui ipse interfuit , inser- „ tos , & quos Joannes Scholasticus, Collectionis quin- „ quaginta titulorum, & Nomocanonis author, suæ Col- „ lectioni primus inseruit , & postea Ecclesia Orienta- „ lis in Synodo Trullana probavit & confirmavit an- „ no (2) demum 707. sub Justiniano II. Imperatore . „ Sunt & multa alia, quæ eam Collectionem non esse „ Theodoreti , atque post ejus obitum factam , indica- „ re videntur, sed in tanta luce sufficit hæc indicasse.

Hactenus Christophorus Justellus : qui paulo superius in Præfatione , binas ejusdem Joannis Scholastici Collectiones sub quinquaginta titulis digestas exstare observaverat : Primam, quum adhuc Presbyter Antiochiæ & Apocrisiarius esset : alteram , quum postmodum , Eutychio Patriarcha Constantinopolitano in exilium pulso, in ejus locum a Justiniano Imperatore suffectus fuit . Et primæ

(1) Hanc quippe Canonum Collectionem in titulos L. digestam Theodorito perperam tribuerunt Franciscus Florens , & Salmasius : nec non Leo Allatius in concordia utriusque Ecclesiæ . (2) Imo 692.

primæ quidem titulus est: *σιωαγωγὴ Κανόνων*, *Collectio Canonum*, qua, decem priorum Conciliorum Canones in veteri Codice Ecclesiæ Orientalis sparsim diffusos, *Nicæni* scilicet, *Ancyrani*, *Neocæsariensis*, *Gangrensis*, *Antiocheni*, *Sardicensis*, *Constantinopolitani*, *Ephesini*, & *Chalcedonensis*, in quinquaginta titulos, non servato ordine temporis, nec serie seu consequentia numerorum, singulosque titulos ex similibus Canonibus, & ad eandem rem pertinentibus, cum Canonibus integris intexuit: huic autem addidit Canones *Apostolicos* LXXXV. & *S. Basilii* LXVIII.

Nicolaus I. Pontifex ad hanc Joannis Scholastici Collectionem respexisse videtur, eamque, *Concordiam Canonum* vocat, quia concordantes Canones per certa capita appositi atque distributi & in unam consonantiam commixti erant. Verba illius hæc sunt ad Photium Patriarcham Constantinopolitanum. *Quomodo non sunt penes vos Canones Sardicenses, quando inter quinquaginta titulos, quibus concordia Canonum apud vos texitur, ipsi quoque reperiuntur*. Hanc autem Collectionem ex Ms. Biblioth. Claromontanæ, collato Petri Seguierii Codice, primi edidere Græce cum Latina Versione Christophori Justelli, Guilielmus Voëllus, & Henricus Justellus in Bibliotheca Juris Canonici Paris. MDCLXI. a pag. 499. ad 602.

Alterum ejusdem Joannis Scholastici opus, inscribitur *Nomocanon*, seu Epitome hujus Collectionis quinquaginta titulorum, omissis integris Canonibus, quorum numerus dumtaxat adnotatur, *τὰ σιωάδοντα νόμιμα*, id est, *concordantes Leges*, præsertim Justiniani Imperatoris novellas Constitutiones, ad singulos titulos adjecit. Ad hanc etiam collationem Canonum & Legum respexisse videtur Theodorus Balsamon ad Canonem primum Concilii Trullani, in exemplari Græco Joannis Tilii, quo olim usus est Gentianus Hervetus, in cujus Latina interpretatione hæc verba reperiuntur, quæ in Græca editione Parisiensi desiderantur. *Nomocanonum autem* (inquit) *quod in quinquaginta titulos Leges & Canones redegit*,

degit, & reliqua, quæ Justiniani Novellas, quæ exolèverunt, ut quæ in Imperio non receptæ sunt, & alias quasdam leges ex Digestis ac Codice continent &c.

Hunc quoque Nomocanonem iidem Voëllus & Justellus edidere ex Mſ. Bibliothecæ (1) Regis Christianiſſimi, collato Codice Oxonienſi, in Bibliotheca Juris Canonici a pag. 603. ad 660. adjectis capitibus Eccleſiaſticis a pag. 660. ad 672. Porro cl. Lambecius Par. I. Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea lib. 6. Cod. XVII. pag. 55, & 56. nec non lib. 8. Cod. XLVIII. pag. 458. refert laudatum Joannis Antiocheni Scholaſtici opus: & primo quidem ſub hoc titulo: *Joannis Scholastici Ecclesiæ Antiochenæ Presbyteri, & postea Patriarchæ Constantinopolitani, Collectio Canonum Ecclesiasticorum, in L. titulos divisa*: cujus titulus & principium: Νομοκάνονον (2) συν θεῷ. ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τῆς ὁμοουσίου τριάδος, συναγωγὴ Κανόνων ἐκκλησιαστικῶν ἐκ τῶν Κανόνων, τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ τῶν δέκα συνόδων ἕως τοῦ ἁγίου Βασιλείου, εἰς πεντήκοντα τίτλους διηρημένη. διάταξις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων συνόδων. οἱ μὲν ἅγιοι τοῦ κυρίου μαθηταὶ καὶ Ἀπόστολοι ὀγδοήκοντα πέντε διὰ κλήμεντος Κανόνας ἐξέθεντο. μετὰ δέ τούτους &c. (uti apud Voell. & Justell. in Biblioth. Juris Canonici pag. 501. ubi inſcribitur, ἡ τάξις τῶν Κανόνον) adeoque tota Joannis Scholaſtici Præfatio, quæ ibid. pag. 499. incipit: *οἱ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ καὶ Ἀπόστολοι, καὶ μὴν καὶ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ τῆς ἁγίας*, omittitur. Unde idem Lambecius lib. 6. cit. pag. 56. obſervat: *Eadem Collectio exstat in Bibliothecæ Juris Canonici veteris Græco-Latinæ Tomo secundo a pag. 499. ad pag. 672. sed longe aliter, quam in Codice hoc Mſ. Cæsareo*. Deinde idem opus lib. 8. pag. 458. apud eundem Lambecim ſic inſcribitur: *Joannis Scholastici, Ecclesiæ Antiochenæ Presbyteri, & postea ab* (3) *Anno 564. ad Ann. 578. Pa-*

τὸν νόμον γενομένης, εἴτε ὁ μνηςὴρ εἰς μοναςήριον εἰσέλθῃ, ἀναλαμβανέτω τὰ ὑπὲρ μνηςείας ἀῤῥαβόνων ὀνόματι δεδομένα, εἴτε ἡ μνηςὴ τὸν μοναχικὸν βίον ἐπιλέξηται, ὁμοίως ποιείτω· τῆς ποινῆς, ἑκατέρῳ μέρει συγχωρεμένης· εἰ δὲ συνεςῶτος τε γάμε, ἢ ὁ ἀνὴρ μόνος, ἢ γυνὴ ἡ μόνη εἰσέλθῃ εἰς τὸ μοναςήριον, διαλυέσθω ὁ γάμος, καὶ δίχα ῥεπεδίε, μεθ' ὃ μέν τοι τὸ πρόσωπον τὸ εἰσερχόμενον ἐν τῷ μοναςηρίῳ, τὸ μοναχικὸν σχῆμα λάβῃ. &c. Balſamon lib. cit. pag. 1327. *Qui ad vitam ſolitariam ſeſe contulit, abſque damno ſponſalia contracta ſolvit. Si vero contractis jam nuptiis, ad vitam ſolitariam tranſierit, obligatus eſt præſtandis iis, quæ ad caſum mortis pertinent. Si ambo vitam monaſticam fuerint amplexi, matrimonium ſine pœna ſolvitur.* Hæc Balſamon: qui tamen non integrum Conſtitutionis ſenſum aſſequitur aut reddit.

Caput LXXXII. πβʹ. ἐδεμίαν δὲ ἄδειαν δίδομεν τοῖς γονεῦσιν τὲς παῖδας, ἢ τοῖς παισὶν τὲς γονέας τὴν κοσμικὴν διαγωγὴν καταλιμπάνοντας, ὡς ἀχαρίςες ἀποκλίειν τῆς ἰδίας κληρονομίας ὑπὲρ αἰτίας πρὸ τε μοναχικε βίε παρακολεθησάσης. Balſamon pag. 1326. *Ingratitudinis ratio nullum nec in adſcendentibus nec deſcendentibus locum habeat, ob eas cauſas, quæ ante tranſitum ad vitam monaſticam interceſſerunt.*

Caput LXXXIII. πγʹ. Ἀπαγορεύομεν δὲ τοῖς γονεῦσιν, τὲς ἰδίες παῖδας μοναχικὸν βίον ἐπιλεγομένες, τῶν εὐαγῶν μοναςηρίων ἀφελκεῖν. Balſamon loc. cit. *Nec quiſquam eorum perſonam, quæ vitam ſolitariam eſt amplexa, abſtrahat e monaſterio.*

Caput LXXXIV. πδʹ. Ἐὰν μοναχὸς καταλείψῃ τὸ ἴδιον μοναςήριον, καὶ εἰς ἄλλο εἰσέλθῃ, εἴ τινα πράγματα ἐν τῷ καιρῷ, καθ' ὃν τὸ μοναςήριον καταλέλοιπεν, ἔχειν φανείη, τῷ πρώτῳ μοναςηρίῳ, ἐν ᾧ ἐξ ἀρχῆς εἰσῆλθεν, ταῦτα διαφέρειν κελεύομεν. εἰ δὲ εἰς κοσμικὸν βίον μετέλθοι, ὑπὸ τε ἐπισκόπε καὶ τε ἄρχοντος τῶν τόπων εἰς μοναςήριον βαλλέσθω, καὶ τὰ πράγματα, ὅσα μετὰ ταῦτα ἔχειν δειχθῇ, τῷ μοναςηρίῳ, ἐν ᾧ ἐμβάλλεται, διαφερέτω. εἰ δὲ πάλιν καταλείψῃ τὸ μοναςήριον, τότε αὐτὸν ὁ ἄρχων τῆς ἐπαρχίας, ἐν ᾗ ἂν εὑρεθῇ, κρατείτω, καὶ τῇ ὑποκειμένῃ αὐτῷ τάξει συναριθμείτω.

Bal-

Balſamon loc. cit. *Qui ex uno tranſiit ad aliud monaſterium, facit, ut bona ſua priori adplicentur. Qui ex Monacho factus eſt mundanus, una cum rebus iis, quas adquiſivit, in aliud monaſterium mittitor, quodſi denuo mundanus factus fuerit, Curiæ traditor.*

Caput LXXXV. πέ. Εἴ τις ἁρπάσει, ἢ ὑπονοθεύσει, διαφθείρει, ἀσκητρίαν, ἢ μοναςρίαν, ἢ διακόνισσαν, ἢ ἄλλω τινὰ γυναῖκα, εὐλαβῆ βίον ἢ σχῆμα ἔχουσαν, τὰ τούτου πράγματα καὶ τῶν τοῦ τοιούτου μύσους αὐτῷ συμμετασχόντων, κελεύομεν τῷ εὐαγῆ τόπῳ, ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη γυνὴ ᾤκει, διὰ τῶν κατὰ τόπον ὁσιωτάτων ἐπισκόπων, καὶ τῶν οἰκονόμων αὐτῶν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἑκάςης ἐπαρχίας ἀρχόντων, καὶ τῶν αὐτῶν τάξεων διεκδικεῖσθαι. τοὺς δὲ τὰ τοιαῦτα τολμήσαντας, καὶ τοὺς μεταςχόντας αὐτῶν τὸν εἰς κεφαλὴν κίνδυνον ὑπομένειν. τὴν δὲ γυναῖκα μετ᾽ αὐτῶν αὐτῆς πραγμάτων μοναςηρίῳ ἐμβάλλεσθαι, ἐν ᾧ ἀσφαλεςέρον φυλαττέσθαι δύναται, ἵνα μὴ καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ ἐγκλήματι εὑρεθείη. εἰ μέν τοι διακόνισσα εἴη, καὶ παῖδας ἔχοι νομίμους, τὸ νόμιμον μέρος διδόσθω τοῖς παισίν. Balſamon loc. cit. *Siquis rapuerit, aut ſollicitaverit, aut ſtupraverit Aſcetriam, vel Diaconiſſam, vel monaſtriam, vel aliam quamcumque mulierem, quæ religioſam vitam & habitum præ ſe fert; ſupplicio capitis adficitor una cum iis, qui participes criminis fuerint: bona vero ipſorum addicuntor illi venerabili domo vel loco, in quo mulier habitabat, hanc rem curantibus præſidibus & locorum Epiſcopis & Œconomis: ipſa muliere cum rebus ſuis in monaſterium tutius immittenda, Quodſi mulier hujuſmodi Diaconiſſa liberorum mater erat, legitimam partem bonorum ſuorum liberis præbeat.*

Caput LXXXVI. πς΄. Εἰ δὲ εἴσω ἐνιαυτοῦ ἑνὸς μετὰ τὸ γνωσθῆναι τὸ τοιοῦτο μύσος τὰ πράγματα μὴ διεκδικηθῆ ὑπὸ τῶν εὐαγῶν οἴκων. κελεύομεν πᾶσι τρόποις τὸν κόμητα τῶν πριβάτων τῷ ἡμετέρῳ φίσκῳ ταῦτα προσκυροῦν. τούτων τόπων ἄρχοντος τοῦ ἀμελήσαντος ἐκδικῆσαι τὰ αὐτὰ πράγματα, τῆς ζώνης ἀφαιρουμένου, καὶ πρόςιμον ε΄. χρυσίου λιτρῶν ὑπὸ τοῦ κόμητος τῶν πριβάτων εἰσπραττομένου. Balſamon loc. cit. *Cæterum niſi dictas res intra ſpatium anni venerabiles domus vindicaverint, fiſcus eas exiget.*

Caput LXXXVII. πζ΄. Πᾶσι δὲ καθάπαξ ἀπαγορεύομεν κεχρῆσθαι σχήματι μοναχοῦ ἢ μοναστρίας, ἢ ἀσκητρίας, ἢ οἱῳδήποτε τρόπῳ ἐμπαῖξαι εἰς ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν. τοὺς δὲ τοῦτο ἐπιχειροῦντας σωματικὰς ὑποστῆναι τιμωρίας, καὶ ἐξορίᾳ παραδοθῆναι. προνοούντων τούτου, οὐ μόνον τῶν κατὰ τόπων ἐπισκόπων, ἀλλὰ καὶ τῶν πολιτικῶν καὶ στρατιωτικῶν ἀρχόντων. ἡ σὴ τοίνυν ἐνδοξότης τὰ διὰ τοῦ παρόντος ἰόμου νεοστὶ διατυπωθέντα, ἐπὶ μόνοις τοῖς μέλλουσιν παραφυλάττεσθαι εἰς τὸ διηνεκὲς ἰσχύσοντα, ἡ ἡμετέρα ἐθέσπισεν Γαληνότης κατὰ πάντα φυλαχθῆναι, προνοησάτω. καὶ εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν προτιθεμένων ἀγάγοι. Balſamon loc. cit. *Nullus mundanus aut ſcenicus, religioſum imitetur habitum, aut eidem illudat, ſciens ſe, ſi quidem id faciat, & tormentis ſubjiciendum, & exilio puniendum.*

Adnotatio in Cod. Vatic. 843. fol. 54. pag. 1. τέλος τῶν πζ΄. κεφαλαίων ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τῶν περὶ ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως. *Finis Capitum* LXXXVII. *ex novellis Conſtitutionibus de Eccleſiaſtica adminiſtratione*; & fol. 54. pag. 2. ἐπληρώθη σὺν θεῷ ἡ συναγωγὴ τῶν θείων κανόνων ἐν πεντήκοντα τίτλοις διῃρημένων, καὶ ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τὰ πζ΄. κεφάλαια, Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ ἀπὸ Σχολαστικῶν: *Explicit, Deo favente, Collectio divinorum Canonum in Titulos* L. *diſtributorum, & ex novellis Conſtitutionibus Capita* LXXXVII. *Joannis Archiepiſcopi Conſtantinopolis Ex-Scholaſtici*. Ex qua Adnotatione apparet Joannem Scholaſticum, Conſtantinopolitanum Patriarcham, & operis in L. Titulos diviſi, & Capitum LXXXVII. (quorum hactenus facta eſt recenſio) auctorem fuiſſe.

His ſubjunguntur in eodem Cod. Vat. 843. a fol. 54. pag. 2. uſque ad fol. 110. ideſt, uſque ad finem, ſequentes Sanctorum Patrum Epiſtolæ Canonicæ: videlicet.

I.. Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Ἀμφιλόχιον ἐπίσκοπον Ἰκονίου, περὶ κανόνων. *Epiſtola S. Baſilii Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ ad S. Amphilochium Iconii Epiſcopum, de Canonibus.* fol. 54. pag. 2. Initium. Ἀνοήτῳ, φησὶν, ἐπερωτήσαντι σοφία

φία λογισθήσεται. σοφȣ̃ δὲ ὡς ἔοικεν ἐπερώτημα, καὶ τȣ̀ς ἀσόφȣς σοφίζει. *Stulto, inquit, qui interrogaverit, sapientia reputabitur; sapientis autem, ut videtur, interrogatio, etiam stultos, sapientes efficit.* Prodiit cum Balsamonis Scholiis Lat. Parif. 1561. pag. 22. usque ad illud fol. 66. ὁ δὲ νεεμὰν ȣ̓χὶ μέγας παρὰ τῷ κυρίῳ, ἀλλὰ παρὰ τῷ κυρίῳ αὐτȣ̃, τȣτέςιν, τῶν παρὰ δυναςευόντων ἦν τῷ βασιλεῖ τῶν σύρων. πρόσεχε ȣ̃ν ἀκριβῶς τῇ γραφῇ, καὶ αὐτόθεν εὑρίσκεις τὴν λύσιν τȣ̃ ζητήματος. *Naaman autem non magnus apud Dominum, sed apud dominum suum, hoc est, unus erat ex iis, qui magnam obtinebant dignitatem apud Regem Syrorum. Scripturæ ergo diligenter mentem adhibe, & invenies hinc solutionem quæstionis.* Qui est Canon XVI. laudatæ Epistolæ.

II. Ἐπιςολὴ τȣ̃ ἁγίȣ Γρηγορίȣ ἐπισκόπȣ Νύσσης, πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Λητόϊον ἐπίσκοπον Μελιτινῆς. *Epistola S. Gregorii Nyssæ Episcopi ad. S. Letoium Melitinæ Episcopum,* fol. 66. Initium. ἓν καὶ τȣ̃το τῶν εἰς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν συντελȣ́ντων ἐςὶν τὸ κατανοῆσαι ἡμᾶς τὴν ἔννομόν τε καὶ κανονικὴν ἐπὶ τῶν πεπλημμεληκότων οἰκονομίαν. *Unum hoc quoque est eorum, quæ ad sanctum festum contulerunt, si nos intelligamus legitimam & canonicam in iis qui peccarunt œconomiam.* Cum Scholiis Balsamonis Tom. cit. pag. 63.

III. Τιμοθέȣ Ἀρχιεπισκόπȣ Ἀλεξανδρείας τῆς δευτέρας συνόδȣ, ἐρωτήσεις. *Timothei Archiepiscopi Alexandriæ, qui Secundæ Synodo interfuit, Interrogationes.* fol. 78. pag. 2. Initium: ἐὰν παιδίον κατηχȣ́μενον ὡς ἐτῶν ἑπτὰ ἤγȣν τέλειος. *Si puellus catechumenus, utpote annorum septem, vel homo etiam perfectus.* Cum Scholiis Balsamonis Tom. cit. pag. 72. At in Cod. Vat. sunt quindecim Interrogationes totidemque responsiones, quarum ultima: *Si mulier spiritu corripitur, ut ferreos etiam compedes & manicas gestet*: ubi in Tom. cit. tres aliæ insuper adduntur.

IV. Τȣ̃ ἁγίȣ Βασιλείȣ πρὸς Γρήγοριον πρεσβύτερον, περὶ συνεισάκτȣ. *S. Basilii ad Gregorium Presbyterum, de subintroducta.* fol. 81. pag. 2. Initium. ἐνέτυχόν σȣ τοῖς γράμμασιν μετὰ πάσης μακροθυμίας. *Legi tuas literas cum omni*

omni patientia & longanimitate. Cum Balſamonis Scholiis Tom. cit. pag. 57. ſub hoc titulo: *Ejuſdem ad Gregorium Presbyterum, ut ſeparetur a muliere, cum qua habitat*.

V. Τȣ͂ ἀυτȣ͂ ἁγίȣ Βασιλείȣ ἐκ τȣ͂ κζ'. κεφαλαίȣ τῶν περὶ τȣ͂ ἁγίȣ πνεύματος, πρὸς τὸν μακάριον Ἀμφιλόχιον γεγραμμένων. *Ejuſdem S. Baſilii ex capite* XXVII. *eorum, quæ de Sancto Spiritu ad beatum Amphilochium ſcripta ſunt*. fol. 83. Initium. τȣ́τȣ χάριν πάντες μὲν ὁρῶμεν οἱ πιςοὶ κατὰ ἀνατολὰς ἐπὶ τῶν προσευχῶν, εἰ ϗ ὀλίγοι τȣ͂το γινώσκομεν, ὅτι τὴν ἀρχαίαν ἐπιζητȣ͂μεν πατρίδα, τὸν παράδεισον, ὃν ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς κατὰ ἀνατολὰς ἐν ἐδέμ. Cum Balſamonis Scholiis Tom. cit. pag. 61. omiſſo tamen initio: *Dogmatum & prædicationum, quæ in Eccleſia cuſtodita ſunt*, uſque ad ea verba lin. 29. *Et ideo omnes quidem inter orandum, Orientem aſpicimus: pauci autem ſcimus, quod antiquam patriam inquirimus, Paradiſum, quem Deus plantavit in Edem*: uſque ad illud, lin. 5. ante ultimam: *& per ejus qui nos creavit clementiam, in cælum revocati ſumus*.

VI. Ἐπιςολὴ κανονικὴ τȣ͂ ἁγίȣ Γρηγορίȣ ἐπισκόπȣ Νεοκαισαρείας, τȣ͂ Θαυματȣργȣ͂, περὶ τῶν ἐν τῇ καταδρομῇ τῶν βαρβάρων εἰδωλόθυτα φαγόντων, ἢ ϗ ἕτερα τινὰ πλημμελησάντων. *Epiſtola Canonica S. Gregorii, Epiſcopi Neocæſareæ, Thaumaturgi, de iis, qui in barbarorum incurſione idolothyta comederunt, & alia peccarunt*. fol. 84. pag. 2. Initium. ȣ̓ τὰ βρώματα ἡμᾶς βαρεῖ, ἱερὲ Πάπα. *Non cibi nos gravant, ſancte Papa*. Cum Scholiis Balſamonis Tom. cit. uſque ad ea verba pag. 18. Can. x. *Eos autem, qui ſervant mandata, abſque omni turpi lucro ſervare oportet, nec indicationis, vel cuſtodiæ, vel inventionis pretium, vel quocumque nomine appellant, exigentes*. Sequitur in Cod. Vat. 843. in fine fol. 88. p. 2. τȣ͂ ἀυτȣ͂ Γρηγορίȣ τȣ͂ Θαυματȣργȣ͂ ἐπιςολὴ κανονικὴ περὶ τῶν ἐν καταδρομῇ βαρβάρων συμβαινόντων τῶν διαφόρως γίνεσθαι.

VII. Τȣ͂ ἁγίȣ Ἀθανασίȣ ἐπιςολὴ πρὸς Ἀμμȣ͂ν μονάζοντα. *S. Athanaſii Epiſtola ad Ammun Monachum*. fol. 88. pag. 2.

pag. 2. Initium. πάντα μὲν καλὰ καὶ καθαρὰ τὰ τοῦ Θεοῦ ποιήματα. *Omnia quidem bona sunt & pura Dei opera*. Cum Scholiis Balsamonis Tom. cit. pag. 18.

VIII. Τοῦ μακαρίου Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ, περὶ τοῦ ποίαν ὥραν τοῦ ἁγίου Σαββάτου ἐπιφωσκούσης τῆς ἁγίας Κυριακῆς, χρὴ ἡμᾶς ἀπονηστίζεσθαι τῇ νυκτί. *Beati Dionysii Archiepiscopi Alexandriæ Epistola, qua hora sancti Sabbati illucescentis sanctæ Dominicæ, jejunium solvendum sit nocte*. fol. 93. Init. Διονύσιος Βασιλίδῃ τῷ ἀγαπητῷ μου υἱῷ, καὶ ἀδελφῷ συλλειτουργῷ, ἐν κυρίῳ χαίρειν. ἐπέστειλάς μοι, πιστότατε καὶ λογιώτατε υἱέ μου, πυνθανόμενος, καθ' ἣν ὥραν ἀπονηστίζεσθαι τῇ τοῦ πάσχα περιλύσει. *Dionysius Basilidi dilecto mihi filio & fratri comministro, in Domino salutem. Misisti ad me, fidelissime & sapientissime fili mi, interrogans, qua noctis hora, die Paschæ jejunium sit solvendum*. Cum Scholiis Balsamonis Tom. cit. p. 1.

IX. Τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, πρὸς Ἀμφιλόχιον ἐπίσκοπον τοῦ Ἰκονίου, περὶ κανόνων, ἐπιστολὴ αὐτοῦ δευτέρα. *S. Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ, ad Amphilochium Iconii Episcopum, de Canonibus. Epistola ejusdem secunda*. fol. 98. Initium. πάλαι πρὸς τὰς παρὰ τῆς εὐλαβείας σου προταθείσας ἡμῖν ἐρωτήσεις. Hæc, una cum prima ac tertia S. Basilii Epistolis Canonicis, exstat Mſ. in Cod. Vatic. 44. num. 23. pag. 415. lib. VIII. Biblioth. Cæsar. Vindobon. Græc. & Lat. in Theodori Balsamonis Syntagmate Canonum Parif. 1620. a pag. 925. ad pag. 1016. & in editione Concilior. Labbeana Parif. Tom. 2. a pag. 1715. ad 1758. At in Cod. Vat. 843. avulsis aliquot foliis dusiderantur Canones VIII. idest, a fine Canonis V. usque ad initium Canonis XIV.

X. Τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐκ τοῦ κζ. κεφαλαίου, τῶν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πρὸς τὸν μακάριον Ἀμφιλόχιον γεγραμμένων. *S. Basilii ex capite XXVII. eorum quæ de Sancto Spiritu ad B. Amphilochium scripta sunt*. fol. 106. pag. 2. Initium. τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων. *Dogmatum & prædicationum quæ in Ecclesia custodita sunt*. Cum Scholiis Balsamonis edit. Lat. Parif. 1558. p. 61. usque ad finem.

XI. Τοῦ

XI. Τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐκ τοῦ κθ΄. κεφαλαίου τῆς αὐτῆς πραγματείας. *S. Basilii ex capite* XXIX. *ejusdem operis.* fol. 110. Initium. *πρός γε μὴν τὸ ἀμάρτυρον καὶ ἄγραφον εἶναι τὴν σὺν τῷ πνεύματι δοξολογίαν. Jam vero ad hoc, quod testibus careat, nec scriptis tradita sit, ea quæ est cum spiritu glorificatio.* Cum Scholiis Balsamonis edit. cit. pag. *63.*

Hactenus Codex Vaticanus 843. An vero, quemadmodum Joannis Antiocheni Presbyteri, deinde Patriarchæ Constantinopolitani opus esse diximus *Collectionem Novellarum in Capita* LXXXVII. *distributam*; ita etiam de hac *Epistolarum undecim Canonicarum Collectione* sentiendum sit, non ausim definire: quamquam sæculo nono exaratus Codex noster Vaticanus, suadere videtur, totam, quanta est, in eo comprehensam, Canonum Collectionem ad unum eundemque Auctorem esse referendam.

Post Joannem Scholasticum, usque ad Trullanam Synodum; hoc est, usque ad annum Christi 691., nullus, quod sciam, exstitit Canonum seu Nomocanonum Græcus Collector. In Canonum tamen Ecclesiasticorum numero (juxta ejusdem Trullanæ Synodi Canonem secundum) a Græcis haberi cœptæ sunt *Canonicæ* (ut vocant) *Patrum Epistolæ*, videlicet, *Dionysii qui fuit Archiepiscopus magnæ Alexandrinorum Civitatis: & Petri qui fuit Alexandriæ Archiepiscopus & Martyr: Gregorii Neocæsareæ Episcopi Thaumaturgi: Athanasii Alexandrini Archiepiscopi: Basilii Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ: Gregorii Episcopi Nyssæ: Gregorii Theologi: Amphilochii Iconii: Timothei Archiepiscopi Alexandriæ prioris: Theophili Archiepiscopi ejusdem Alexandriæ: Cyrilli ejusdem Alexandriæ Archiepiscopi; & Gennadii, qui fuit Patriarcha hujus a Deo conservandæ & imperantis Civitatis*: &, præter receptos Sardicenses, & Africanos seu Carthaginenses Canones, ille etiam, qui a S. Cypriano de rebaptizandis hæreticis editus est, & alter, qui sub Nectario Constantinopolitano & Theophilo Alexandrino in Synodo Constantinopolitana fuit emissus.

Scripsit denique Joannes Scholasticus, *Orationem Cateche-*

techeticam de Sancta & Consubstantiali Trinitate, a Photio Cod. 75. memoratam, quam peculiari opere refutasse dicitur Joannes Philoponns. Oratio ista dudum Interiit.

CAPUT XIV.

Joannes Jejunator Patriarcha Constantinopolitanus.

JOanne Scholastico (ut supra diximus) die 31. Augusti, Anno Christi 577. defuncto, *Sanctus Eutychius Thronum Constantinopolitanum secundo accepit mense Octobri, Indictione Undecima*, inquit Theophanes. Eustathius in vita (1) ejusdem S. Eutychii cap. 7. &. seq. de ipsius Constantinopolim ad Patriarchatum regressu; „ Quum ex hac vita (*inquit*) decessisset is, quem Deus „ arcanis quibusdam de causis, quas ipse novit, in Se„ dem hujus ærumnosi magnique viri irrepere permise„ rit; quumque pius populus Pastorem Doctoremque „ suum flagitaret; ad piæ memoriæ Imperatores Justi„ num & Tiberium, in primisque ad Imperatorem & „ Regem dominum nostrum exclamaret, ut fidei cu„ stos & Trinitatis buccinator redderetur, suspicientes „ illi divinum populi fidelissimi studium & charitatis ar„ dorem, quo ipsi quoque jampridem erga sanctum vi„ rum flagrabant; pio populo id quod petebat, conces„ serunt. Illud enim semper optaverant; cum multis „ aliis de causis, tum ob eam præcipue, quod eos Im„ peratores futuros prædixerat. *Et infra*. Quum igitur „ Christi amantissimi populi clamores exaudissent Justi„ nus & Tiberius Imperatores, statim magna cum ce„ leritate ingentique gaudio, Scribas generosissimos mi„ serunt ad sanctissimum virum, ut eum vel invitum „ ac recusantem, ad Regiam Civitatem reducerent. Hi „ quum ad eum pervenissent, reddiderunt literas Impe„ ratorum, quas quum ille perlegisset, &c. His & aliis „ multis verbis quum gratias egisset, & in sancto mona„ sterio

(1) Apud Baron. ann. 578. num. 6. ex Latina vita apud Surium tom. 2. die 6. Aprilis.

„ sterio (*Amaseæ*) divinum sacrificium obtulisset (dies „ tunc erat Dominica) postquam salutiferæ etiam Cru- „ cis memoriam die 14. mensis Septembris splendide „ celebravimus) monasterio ex omnibus in eo habitan- „ tibus benedixit, universæque Civitati: omnesque Deo „ commendans, iter suscepit. Comitatus est autem eum „ usque ad Regiam Civitatem Archiepiscopus Apameæ „ Civitatis. *Et mox*. Quum igitur noctem ibi (*in Hor-* „ *misda*) transegisset, mane, sumto superhumerali, quod „ secum ipse semper gestabat, cum sancto Clero suo in „ augustam ædem sanctæ & immaculatæ dominæ nostræ „ Dei Genitricis & semper Virginis Mariæ, quæ in Bla- „ chernis sita est, concessit. Illic erant pii Imperato- „ res Justinus & Tiberius, qui hilari vultu, & magno „ cum honore sanctum virum excipientes, quæ tempo- „ ri conveniebant collocuti sunt: & quia dies erat Do- „ minica, & divinum ipse sacrificium erat facturus, eum „ dimiserunt. *Et paulo post*. Vigesimo secundo mensis „ *Januarii* die vir sanctus tentus & ejectus fuit; revo- „ catus autem est die tertia mensis Octobris, qui erat „ Dominica „; ideoque anno Chr. 577. quo Dominica in diem tertium Octobris cadebat. Sedit Eutychius usque ad annum 582. quo obiit die 6. Aprilis. Theophanes ad annum secundum Alexandrinos 574. qui Kalendis Septembris anno 582. finitur. *Hoc anno, die 6. Aprilis, Indictione xv. Eutychius Patriarcha diem ultimum obiit, & post dies sex Joannes magnæ Ecclesiæ Diaconus, qui Jejunator dictus, consecratus est*: in quam diem illo anno Dominica incidebat.

Gulielmus Cuperus Soc. Jesu, in Historia Chronologica Patriarcharum Constantinopolitanorum n. xxxii. de Joanne, hujus nominis Quarto, cognomento Jejunatore: „ Miror (*inquit*) quod Guilelmus Caveus post „ tam manifestos temporis characteres, in historia Li- „ teraria Scriptorum Ecclesiasticorum, Genevæ anno „ 1694. edita pag. 301. scripserit, illum anno 585. in „ locum Eutychii mortui substitutum fuisse. Casimirus „ Oudinus, infelix Ordinis sui ac Fidei apostata, in

„ Com-

„ Commentario de Scriptoribus Ecclesiæ antiquis, tom. 1. „ col. 1743. errantem Caveum cæce sequutus est. Hunc „ trium annorum parachronismum etiam deglutivit famosus Elias Dupin in Gallica Scriptorum Bibliotheca, ubi non raro sua ex heterodoxis temere transscripsit.

Addit ibidem Cuperus num. 383. *Caveus* (1) *hic non tantum in Chronologia, sed etiam in aliis hallucinatus est, dum loco proxime citato, elogium hujus Joannis ita texere incipit:* „ Joannes natione Cappadox, a stupenda, cui se assuefecit, abstinentia, Νηςευτὴς, seu Jejunator, dictus; primo quidem vitam egit privatam, & „ non inhonesto opificio dedit opera: postea ob præstantes, quibus enituit virtutes, ἀνὴρ ἀρετῆς οἰκητήριον, ut „ de eo Sophronius, ad altiora promotus. Unde mortuo „ Eutychio Constantinopoli anno 585. in Sede Patriarchali subrogatus est „. *At in Menologio Basilii, & Menæis impressis, ad diem 2. Septembris, Joannes Jejunator expresse dicitur* natus Constantinopoli. *Videtur ergo Caveus hunc Joannem confudisse cum Joanne Cappadoce, Episcopo Constantinopolitano, de quo supra egimus.* „ Et „ paucis interjectis de *Isidoro Hispalensi*, qui cap. 26. de „ Scriptor. Eccles. Joannem qui Mauricio Imperatore floruit, *natione Cappadocem*, eodem errore vocat: subjungit „. *Ex hoc errore profluxit alter, dum Caveus Joanni Jejunatori aptat elogium, quod Sophronius Hierosolymitanus apud Photium Cod.* 231. *Joanni Cappadoci Præsuli Constantinopolitano tribuit. Verum, ut error ille, clarius deprehendatur, juverit allegare integrum textum Græcum, quem Caveus truncavit, & in quo apud citatum Photium Cod.* 231. *col.* 889. *inter alios orthodoxæ fidei defensores numerantur* Ἰωάννης ὁ Κωνςαντινȣπόλεως, ὁ ἐκ Καππαδοκίας ἕλκων τὸ γένος καὶ τὸ ἐπώνυμον, ἀνὴρ ἀρετῆς οἰκητήριον, *Joannes Constantinopolitanus (sive Constantinopoleos Episcopus, sicut ibidem alii Præsules a suis Sedibus denominantur:) ex Cappadocia trahens genus &* cogno-

(1) Caveo adstipulatur Fabricius Biblioth. Græc. tom. x. pag. 164. *Joannes Cappadox, cum superiore, de quo pag. 157. dictum, non confundendus, Patriarcha Constantinopolitanus, successit Eutychio anno Chr. 582. &c.*

cognomen, *vir virtutis domicilium*. *Hæc supramemorato Joanni Episcopo Constantinopolitano*, *qui a patria sua passim* Cappadox *cognominabatur*, *potius conveniunt*, *quam huic Jejunatori*, *qui* natus est Constantinopoli, *ut Menologium Basilianum & Menæa impressa testantur*.

Theophanes ad eundem Christi annum 582. Mauricii inaugurationem in Imperatorem, Joanne Patriarcha cum Senatu præsente describens: „ Mauricius (*inquit*) post victoriam de Persis partam, Constantinopolim reversus, summis honoribus a Tiberio exceptus „ est, & de reportatis a Mauricio victoriis Tiberius „ egit triumphum: & Constantina filia ei juncta, generum sibi adscivit; Germanoque pariter Duci alteram „ filiam, cui nomen Charito, locavit: & utrumque declaravit Cæsarem. Ejusdem Augusti mensis die XIV., „ Indictione XV., degustatis matutino jentaculo, supra „ speciem quidem gratis, at supra modum omnem vitiatis moris, Tiberius in tabem incidit. Itaque jam „ letho vicinus, Joannem Patriarcham, Senatumque omnem una cum exercitibus in Tribunalium advocavit, lecticaque vectus, quum per se populum Romanum nequivisset alloqui, Lectoris ministerio usus, quæ „ ad rem conducerent declaravit, & Mauricium proprium generum renunciavit Imperatorem, cunctis „ Imperatoris consilium, ipsumque Mauricium Imperatorem felici voto faustarumque vocum acclamatione „ prosequentibus. Tiberius proprio lecto intro relatus, „ exspiravit, quum annos tres, menses decem, & dies „ octo imperasset. „

Anno 588. *Synodum* (1) *habuit Constant. Joannes Jejunator* in causa Gregorii Patriarchæ Antiocheni, cujus famæ falsis rumoribus detrahebatur: qua in Synodo titulum *Patriarchæ Œcumenici* sibi arrogavit. Evagrius lib. 6.

(1) Bollandiani in hist. Chronolog. Patriarchar. Constantinopolitanor. §. XXXII. num. 386. *Circa annum Chr. 583. Joannes Jejunator*, *occasione Gregorii Antiocheni*, *Concilium Constantinopolitanum celebravit &c.* Oudinus de script. Eccles. Tom. 2. pag. 1473. *Celebrato anno 587. in causa Gregorii Antiocheni Concilio &c.* Vide Pagium ad ann. 588. num. 5. ubi neque anno 587. neque 586. sed 588. celebratam eam Synodum ostendit.

lib. 6. cap. 7. „ Dum res in hoc statu essent, Grego-
„ rius Antiochensis Episcopus ex urbe Regia domum
„ revertitur, quum jam victoriam reportasset ex quo-
„ dam certamine, quod hoc loco commemorabo. Quo
„ tempore Asterius Comitivam Orientis administrabat,
„ orta inter ipsum & Gregorium contentione, primo-
„ res urbis universi Asterio sese adjunxerunt. Plebeji
„ quoque, & opifices ejusdem urbis, Asterii partes se-
„ cuti sunt: Singuli enim damno aliquo se affectos esse
„ a Gregorio affirmabant. Tandem vero etiam populo
„ permissum est, ut probra ac maledicta in Episcopum
„ conjiceret. Ambo igitur, tam primores scilicet,
„ quam opifices, in eandem cum plebe sententiam con-
„ spirarunt: & tum per plateas, tum in theatro, con-
„ tumeliose vociferari adversus Gregorium cœpere: ne
„ scenicis quidem ab ejusmodi petulantia abstinentibus.
„ Interea Asterio magistratus abrogatur, & Joannes in
„ ejus locum substituitur. Mandatumque est ei a Prin-
„ cipe, ut de motu illo diligenter inquireret: vir ne
„ ad levissima quidem negotia, nedum ad tantam rem
„ componendam idoneus. Itaque quum urbem tumultu
„ ac turbis replesset, & edictis propositis denunciasset,
„ licere cuivis Episcopum accusare, libellum contra
„ eum a quodam argentariæ mensæ præposito oblatum
„ suscepit: quo accusabatur Gregorius, quod cum pro-
„ pria sorore, alteri viro nupta, rem habuisset. Susce-
„ pit etiam accusationes ab aliis ejusdem farinæ homi-
„ nibus, de pace ac tranquillitate urbis Antiochiæ, quasi
„ Gregorius eam sæpius perturbasset. At Gregorius,
„ de crimine quidem turbatæ pacis, paratum se esse
„ respondit causam dicere. De aliis vero ipsi objectis,
„ ad Imperatorem & ad Synodum provocavit. Me igi-
„ tur (*inquit idem ipse de seipso Evagrius*) consiliarium
„ & comitem habens, venit Constantinopolim, his ac-
„ cusationibus responsurus. Quumque omnes, qui ubi-
„ que sunt Patriarchæ (1), partim per se, partim per

 „ Le-

(1) Romanus scilicet, Constantinopolitanus, Alexandrinus, & Hierosolymitanus, Non enim assentior Valesio scribenti, Patriarcharum nomine hic intelligere debemus, non

„ Legatos ſuos, quæſtioni intereſſent, Senatores item „ urbis Regiæ, & ex religioſiſſimis Metropolitanis quamplurimi, negotio diu multumque examinato: tandem „ poſt multas actiones, Gregorius cauſam obtinuit: adeo ut accuſator nervis cæſus, & per totam urbem „ circumductus, exilio mulctaretur. Inde igitur Gregorius ad ſuam Sedem reverſus eſt, quo tempore exercitus Romani in Oriente tumultuabantur, & Philippicus circa urbem Berœam & Chalcidem moras agebat. *Pergit Evagrius Antiochiæ terræmotum deſcribens cap.* 8. Poſt ejus autem reditum, quatuor menſibus elapſis, Anno urbis Antiochiæ 637. poſt annum „ unum ac ſexageſimum ab ultimo terræmotu, poſtremo die menſis Hyperberetæi, dum ego (1) virginem „ ſponſam acciperem, & tota Civitas feriaretur, ac publicam feſtivitatem circa pompam thalamumque celebraret, tertia circiter noctis hora, terræmotus cum „ fragore & ſonitu irruens, totam urbem concuſſit „. *Cætera*. Hanc Conſtantinopoli Synodum, neque an. 587. uti voluit Baronius, neque anno 589. uti contendit Valeſius, ſed anno 588. congregatam fuiſſe, Evagrius, qui Conſtantinopoli tunc erat (quemadmodum oſtendit Pagius) indubitatam fidem facit: narratis enim in Synodo geſtis, ait: *Poſt autem ejus* (Gregorii Patriarchæ Antiocheni) *reditum*, *quatuor menſibus elapſis*, *anno urbis Antiochiæ 637.*, *poſt annum 61. ab ultimo terræmotu*, *poſtremo die menſis Hyperberetæi* (Octobris) . . . . *tertia circiter noctis hora*, *Terræmotus cum fragore & ſoni-*

non ſolum maiores Patriarchas, id eſt, Conſtantinopolitanum, Alexandrinum & Hieroſolymitanum, *ſed etiam reliquos Primates & Exarchos*. *Hos enim Patriarcharum vocabulo interdum deſignat Evagrius, ut ſuperius obſervavi*. Evagrius more Orientalium loquitur, qui Patriarcharum nomine, quinque tantum Patriarchas intelligunt. Quodſi lib. 3. cap. 6. idem Evagrius dixit, a Timotheo Patriarcha Conſtantinopolitano redditum fuiſſe Epheſinæ Sedi τὸ πατριαρχικὸν δίκαιον, *jus Patriarchicum*; non tamen dixit, Epheſinum Præſulem fuiſſe *Patriarcham* dictum, ſed tantummodo recepiſſe ius, quod habent Patriarchæ, ordinandi ſcilicet Metropolitanos.

(1) *Dum ego*. Baronius vitioſam Latinam interpretationem ſecutus, de *Aſterio* intelligit, quæ Evagrius de ſeipſo ait, ſcilicet legit ad ann. 587. num. 13. *quum ipſe Aſterius, Gregorii inimicus, pridie Kal. Octobris teneram virginem uxorem duceret, & Civitas propterea feſtum celebraret &c.*

sonitu irruens, totam urbem concussit. Evagrius incipit annum Antiochenum a Kalendis Septembris, ideoque in ejus sententia Annus Antiochenus 637. Kalendis Septembris anni Chr. 588. initium sumsit, & Terræmotus de quo loquitur, ultima die mensis Octobris Antiochiam concussit. Quare Synodus Constantinopolitana, quæ *quatuor mensibus* ante illum Terræmotum absoluta fuerat, ab anno 588. removeri nequit. Porro eam Synodum *Joannes Jejunator* Patriarcha Constantinopolitanus, tum ut Gregorii Antiocheni causam discuteret, indixit, tum etiam ut sibi Synodali decreto titulum *Œcumenici* seu *Universalis Episcopi*, confirmaret. Eam ob causam tum a Pelagio II. tum a S. Gregorio Magno Romanis Pontificibus, *Joannes Jejunator* gravissime fuit reprehensus. Et *Pelagii* quidem *Papæ Epistola*, a Baronio ad ann. 587. a num. VII. recitata, cujus inscriptio. *Dilectissimis fratribus universis Episcopis, qui illicita vocatione Joannis Constantinopolitani Episcopi, ad Synodum Constantinopolim convenerunt, Pelagius*: & subscriptio: *Data Kalendis Martii, Indictione Quinta*, hoc est, anno Chr. 587. Hæc, inquam Pelagii Papæ Epistola, tamquam supposititia ab omnibus viris doctis hodie rejicitur (inquit Pagius ad ann. 588. num. 7.) tum quia e Cœlestini, Leonis, Innocentii, Gregorii, & Martini I. scriptis consarcinata est: tum quia stylus a reliquis Pelagii II. Epistolis abhorret, & Isidori lineamenta refert. Tum demum, quia Constantinopolitana Synodus (ut supra ostensum est,) anno 588. habita fuit: hæc autem Epistola data dicitur sive *mense Martio*, sive *Majo, Indictione Quinta*, hoc est, anno 587. Epistola igitur, quam S. Gregorius Papa ad Joannem Episcopum Constantinopolitanum a Pelagio II. datam docet, periit, & ea, quam Baronius integram recitat, commentitia est.

Genuinæ tamen sunt Gregorii Magni Epistolæ, quibus aliquando Joannem Jejunatorem laudat, sæpius vero illum reprehendit, tum ob arreptum *OEcumenici* titulum, tum ob alia ejus vitia. Harum Epistolarum seriem accipe. Lib. I. Epistola IV. ad Joannem Episcopum Con-

Constantinopolitanum , *Indict.* IX. anno Chr. 591. Quod electionem suam ab Imperatore confirmari procurasset, conqueritur. Ejus orationibus se commendat, Synodicam spondet Epistolam. *Si caritatis virtus in proximi dilectione consistit; si sic diligere proximos, sicut nos, jubemur; quid est, quod beatitudo vestra me non ita sicut se diligit? Quo enim ardore, quo studio, Episcopatus pondera fugere voluerit, scio: & tamen hæc eadem Episcopatus pondera ne mihi deberent imponi, non restitit. Constat ergo quia non me sicut vos diligitis, qui illa me voluistis onera suscipere, quæ vobis imponi noluistis.* Et mox: *Per omnipotentem Deum rogo, ut in hoc mihi periculo, orationis tuæ manum porrigas: quanto & tanto enixius potestis exorare, quanto & a confusione tribulationum, quas in hac terra patimur, longius statis. Synodicam vero Epistolam subsequenti festinatione transmitto.* Eod. lib. I. Epist. XXV. *ad Joannem Constantinopolitanum Episcopum, & cæteros Patriarchas*, videlicet, Eulogium Alexandrinum, Gregorium Antiochenum, Joannem Hierosolymitanum, & Anastasium Ex-Patriarcham Antiochenum, *Indict.* IX. anno 591. Promissam Synodicam transmittit, in qua Pastoris onus, dotes, officia late prosequitur, ac demum fidem ad Quinque Conciliorum Œcumenicorum normam profitetur. *Unde frater sanctissime* (inquit ad unumquemque antedictorum Patriarcharum) *per venturum Judicem rogo, per multam millium Angelorum frequentiam, per Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis, sub hoc Pastoralis curæ onere lassescentem, orationis tuæ intercessione, adjuva, ne suscepta me pondera ultra vires premant.* Hactenus *Joannis* orationibus se commendavit *Gregorius*. Nunc de *OEcumenici* titulo quæ adversus eum scripserit, videamus.

Lib. V. *Indictione* XIII. *Kalendis Januarii* anno 595. *Epist.* XVIII. ad Joannem Episcopum Constantinopolitanum, quid cum eo tum ipse, tum decessor Pelagius egerit, ob usurpatum *Episcopi Universalis* titulum. Ab hoc ut abstineat, rogat, multisque urget momentis. „ Eo „ tempore (*inquit*) quo Fraternitas tua in Sacerdota-
„ lem

„ lem honorem provecta est, quantam Ecclesiarum pacem „ atque concordiam invenerit, recolit. Sed quo ausu, „ quove tumore nescio, novum sibi conata est nomen „ arripere, unde omnium Fratrum corda potuissent ad „ scandalum pervenire. Qua in re vehementer admiror, „ quia ne ad Episcopatum venire potuisses, fugere velle te memini. Quem tamen adeptum ita exercere „ desideras, ac si ad eum ambitioso desiderio cucurrisses. Qui enim indignum te esse fatebaris, ut Episcopus dici potuisses, ad hoc quandoque perductus es, „ ut despectis Fratribus, Episcopus appetas solus vocari. Et quidem hac de re, sanctæ memoriæ decessoris mei Pelagii gravia ad sanctitatem vestram scripta „ transmissa sunt. In quibus, Synodi quæ apud vos de „ Fratris quondam & Coëpiscopi nostri Gregorii causa „ congregata est, propter nefandum elationis vocabulum, Acta dissolvit: & Archidiaconum, quem juxta „ morem ad vestigia Dominorum transmiserat, Missarum vobiscum solemnia celebrare prohibuit. Post ejus „ vero obitum, quum indignus ego ad Ecclesiæ regimen adductus sum, & ante per alios Responsales meos, „ & nunc per communem filium Sabinianum Diaconum „ alloqui Fraternitatem vestram, ut a tali se præsumtione compesceret, non equidem scripto, sed nudo sermone curavi. Et, si emendare nolles, eum Missarum „ solemnia cum Fraternitate vestra celebrare prohibui, „ ut sanctitatem vestram prius sub quadam verecundiæ „ reverentia pulsarem: quatenus, si emendari nefandus „ ac profanus tumor verecunde non posset, tunc ad ea „ debuisset, quæ sunt districta atque canonica, perveniri. *Et post pauca*. Quæ cuncta ego quum flens conspicio, & occulta Dei judicia pertimesco, augentur „ lacrymæ, gemitus se in meo corde non capiunt, quod „ ille vir sanctissimus Domnus Joannes, tantæ abstinentiæ atque humilitatis, familiarium seductione linguarum, ad tantam superbiam erupit, ut in appetitu perversi nominis, illi esse conetur similis, qui dum superbe esse similis Deo voluit, etiam donatæ similitu-

„ dinis

„ dinis gratiam amisit; & ideo veram beatitudinem per-„ didit, quia falsam gloriam quæsivit. *Tum subdit.* „ Nunquid non, sicut vestra Fraternitas novit, per ve-„ nerandum Chalcedonense Concilium, hujus Apostoli-„ cæ Sedis Antistites, cui Deo disponente deservio, „ Universales oblato honore vocati sunt? Sed tamen „ nullus unquam tali vocabulo appellari voluit, nullus „ sibi hoc temerarium nomen arripuit: ne, si sibi in „ Pontificatus gradu gloriam singularitatis arriperet, „ hanc omnibus fratribus denegasse videretur „. Eodem Lib. v. Epist. xx. ad Mauricium Augustum laudat Imperatoris zelum pro Ecclesiæ pace: Joannis Episcopi hypocrisim depingit: ambitioso quem usurpat titulo, Ecclesiam totam, venerandas Synodos, pias leges, ipsius Christi mandata turbari: illius proinde superbiam Imperiali auctoritate comprimendam. Se vero, nisi humiliter ac suaviter admonentem audiat Joannes, illi cum Deo invicte restiturum. *Ego autem Dominorum jussionibus obedientiam præstans, prædicto consacerdoti meo & dulciter scripsi, & humiliter, ut ab hac inanis gloriæ appetitione sese emendet, admonui. Si igitur me audire voluerit, habet devotum fratrem. Si vero in superbia persistit, jam quid sequatur aspicio, quia illum sibi adversarium invenit, de quo scriptum est; Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Et Epist. xxi. Ad Constantinam Augustam, ut Joannis ambitioni se opponere pergat, hortatur: perstringit illius hypocrisim ac superbiam: „ Unde adhuc peto, ut nullius prævalere „ contra veritatem hypocrisim permittatis: quia sunt „ quidam, qui juxta egregii prædicatoris vocem, per „ dulces sermones & benedictiones seducunt corda inno-„ centium, qui veste quidem despecti sunt, sed corde „ tument, & quasi in hoc mundo cuncta despiciunt, sed „ tamen ea quæ mundi sunt, cuncta simul adipisci quæ-„ runt. Qui indignos se omnibus hominibus fatentur, „ sed privatis vocabulis contenti esse non possunt: quia „ illud appetunt, unde omnibus digniores esse videan-„ tur. *Conqueritur, Imperatorem illi patrocinari.* Præ-

„ terea

„ tereá indico, quia piissimi Domini scripta suscepi, ut „ fratri & consacerdoti meo Johanni debeam esse pacificus. Et quidem sic religiosum Dominum decuit, ut „ ista præciperet Sacerdotibus. Sed quum se nova præsumtione atque superbia idem frater meus Universalem „ Episcopum appellat: ita ut sanctæ memoriæ decessoris mei tempore adscribi se in Synodo tali hoc superbo vocabulo faceret, quamvis cuncta Acta illius Synodi, Sede contradicente Apostolica, soluta sint; triste mihi aliquid Serenissimus Dominus innuit, quod „ non eum corripuit qui superbit, sed magis ab intentione mea declinare studuit, qui in hac causa Evangeliorum & Canonum, humilitatis atque rectitudinis „ veritatem defendo . . . Et quidem sæpe præfatus sanctissimus frater Serenissimo Domino multa suadere conatur: sed bene novi, quia tantæ illæ orationes ejus „ & lacrymæ, nil ei a quoquam contra rationem aut „ animam suam surripi permittunt. Triste tamen valde „ est, ut patienter feratur, quatenus despectis omnibus, „ prædictus frater & Coëpiscopus meus; solus conetur „ appellari Episcopus. Sed in hac ejus superbia quid „ aliud nisi propinqua jam Antichristi esse tempora designatur „? Mauricio quippe Imperatori callide persuasit Joannes Jejunator, ut Gregorium Papam ad pacem secum servandam hortaretur. Hinc ad Sabinianum Diaconum, tunc suum apud Imperatorem Constantinopoli Apocrisiarium, scribit Gregorius Papa lib.v. Indict.XIII. Epist.XIX. ut Epistolam superiorem, num.XVIII., quam ad Joannem ipsum scripserat, ob reverentiam Imperatoris, suavitate resperſam, det Joanni Episcopo. Sabinianum tamen hortatur, ejusque animum adversus ejus superbiam, excitat. „ De causa (*inquit*) fratris nostri „ viri Reverendissimi Joannis Episcopi Constantinopolitani, duas Epistolas facere nolui. Sed una breviter „ facta est, quæ utrumque habere videretur admixtum: „ idest, & rectitudinem, & blandimentum. Tua itaque „ dilectio eam Epistolam, quam nunc direxi, propter „ voluntatem Imperatoris dare studeat. Nam de subse-

„ quenti talis alia transmittetur, de qua ejus superbia „ non lætetur. Ad hoc enim usque pervenit, ut sub „ occasione Johannis Presbyteri gesta huc transmitte- „ ret, in quibus se pene per omnem versum οἰκουμενικὸν Patriarcham nominaret. Sed spero in omnipoten- „ tem Deum, quia hypocrisim illius superna majestas „ solvet. Miror autem, quomodo dilectionem tuam „ fallere potuit, ut permitteres Domno Imperatori per- „ suaderi, quatenus ad me sua scripta de hac causa trans- „ mitteret, in quibus admoneret, ut cum eo pacem ha- „ bere debuissem. Qui si justitiam tenere vult, illum „ debuit admonere, ut se a superbo vocabulo compe- „ sceret, & protinus inter nos pax fieret. Tamen qua „ id calliditate a prædicto fratre nostro Johanne factum „ sit, suspicor, minime pensasti. Idcirco enim hoc il- „ le fecit, ut audiretur Domnus Imperator, & ille in „ sua vanitate confirmatus esse videretur: aut non a me „ audiretur, & ejus animus contra me irritaretur. Sed „ nos rectam viam tenebimus, nihil in hac causa aliud, „ nisi omnipotentem Deum metuentes. Unde tua dile- „ ctio in nullo trepidet. Omnia quæ in hoc sæculo vi- „ det alta esse contra veritatem, pro veritate despi- „ ciat: in omnipotentis Dei gratia, atque Beati Petri „ Apostoli adjutorio confidat. Vocem veritatis recolat, „ dicentis: Major est qui in vobis est, quam qui in mun- „ do, & in hac causa quidquid agendum est, cum sum- „ ma auctoritate agat. Postquam enim defendi ab ini- „ micorum gladiis nullo modo possumus: postquam pro „ amore Reipublicæ, argentum, aurum, mancipia, ve- „ stes perdidimus; nimis ignominiosum est, ut per eos „ etiam fidem perdamus. In isto enim scelesto vocabu- „ lo consentire, nihil est aliud, quam fidem perdere. „ Unde sicut tibi jam transactis Epistolis scripsi, nun- „ quam cum eo procedere præsumas.

Eodem lib. v. Epist. XLIII. *Ind.* XIII. Ad Eulogium Alexandrinum, & Anastasium Antiochenum Patriarchas, tum Pelagii decessoris sui, tum suas ad Joannem Constantinopolitanum, titulum *Universalis Episcopi* sibi arro-

gan-

gantem, Epiſtolas mittit Gregorius Papa; hórtaturque enixe, ut communi conſilio atque uno ſpiritu, illius ſuperbiam inſequantur, „ Ante hos ſiquidem (1) annos octo „ Sanctæ memoriæ deceſſoris mei Pelagii tempore, fra- „ ter & Coëpiſcopus noſter Johannes in Conſtantinopoli- „ tana urbe ex cauſa alia occaſionem quærens, Synodum „ fecit, in qua ſe Univerſalem appellare conatus eſt. „ Quod mox idem deceſſor meus ut agnovit, directis li- „ teris ex auctoritate S. Petri Apoſtoli, ejuſdem Synodi „ Acta caſſavit. Quarum videlicet Epiſtolarum ſanctitati „ veſtræ exemplaria ſtudui deſtinare. Diaconum vero, „ qui juxta morem pro reſponſis Eccleſiæ faciendis, piiſ- „ ſimorum Dominorum veſtigiis adhærebat, cum præ- „ fato conſacerdote noſtro, Miſſarum ſolemnia celebra- „ re prohibuit: cujus ego quoque ſententiam ſequens, „ ſimilia prædicto Conſacerdoti noſtro ſcripta tranſmiſi; „ quorum exemplaria veſtræ Beatitudini cenſui tranſmit- „ tenda: hoc præcipue intendens, ut hac de re, qua, „ ex nova ſuperbia, tota univerſalis Eccleſiæ viſcera „ perturbantur, prius ſæpe fati fratris noſtri animum „ modeſta intentione pulſemus. Qui ſi nequaquam a ſuæ „ elationis rigore voluerit inclinari, tunc quid fieri de- „ beat, cum omnipotentis Dei ſolatio ſubtilius pertra- „ ctetur. *Et poſt multa*. Opertet ergo, ut conſtanter ac „ ſine præjudicio ſervetis, ſicut accepiſtis, Eccleſias, & „ nihil ſibi in vobis hæc tentatio diabolicæ uſurpationis „ adſcribat. ſtate fortes, ſtate ſecuri: ſcripta cum *Uni-* „ *verſalis* nominis falſitate, nec dare unquam, nec ſu- „ ſcipere præſumatis. Omnes Epiſcopos curæ veſtræ ſub- „ jectos, ab hujus elationis inquinatione prohibete; ut „ univerſa vos EccleſiaPatriarchas non ſolum in bonis ope- „ ribus, ſed etiam in veritatis auctoritate cognoſcat „.

Gregorio Antiocheno Patriarcha anno (2) Chri-

 ſti 593.

(1) *Ante annos octo*. Hæc S. Gregorii Epiſtola data *Ind.* XIII. hoc eſt anno Chriſt. 595. Synodus autem Conſtantinopolitana, in qua Johannes jejunator titulum *OEcumenici* ſibi arripuit, habita fuit anno 588. uti ſupra oſtenſum eſt. *Unde, ad annum 591. anni octo interjiciuntur: utrique* (ut inquit Pagius:) *incompleti*.

(2) Quienus in Oriente Chriſt. Tom. 2. pag. 736. Gregorii Antiocheni mortem perperam conjert in an. Chr. 584. *Demum poſt annos quinque, Chr. currente 584.*

sti 593. defuncto, *Anastasius* Sedi suæ, Mauricii Imperatoris jussu, restitutus fuit: uti Pagius ex Codice Græco Bibliothecæ Cæsareæ, apud Lambecium lib. 7. p. 168. ostendit, in quo legitur: *Anastasii Patriarchæ Antiocheni oratio, quum post annos viginti tres ad Patriarchalem thronum reversus esset, habita vigesimaquarta die mensis Martii, feria quarta Sanctæ Hebdomadis, Indictione* XI. *Imperante Mauricio*. Qui characteres omnes conveniunt cum anno 593. quo Pascha incidit in diem 29. Martii, & Indictio XI. in cursu erat. Auctor Chronici Alexandrini sub Indict. X. *Hoc anno Anastasius Antiochiæ Patriarcha, post mortem Gregorii Patriarchæ qui vivus etiam Anastasium* (1) *receperat, Antiochiam rediit*. Gregorius ante suum obitum, Antiochiam reduci voluit Anastasium, ut statim sibi defuncto succederet: idque Indict. X anno Chr. 592. factum: sequuta autem anno sequenti Gregorii morte, Anastasius Sedem suam recepit. Colitur proinde *Gregorius* in Menæis Græcorum: & Combefisius Tom. I. Auctarii Bibliothecæ Patrum (2) p. 827. notat, eum in Indice librorum Palatii, & ab Andrea Cretensi, & aliis vocari *Sanctum*, refertque piam ac eruditam Orationem Antiochiæ extra urbem ac in cœmeterio habitam.

Ad Anastasium quod spectat, habetur ad eum, dum adhuc Patriarchatu careret, Epist. VII. S. Gregorii lib. I. *Ind.* IX. data, qua petit honorem ei restitui, & apud se Romæ morari: ægre autem fert, ab eo laudari. *Quod vero me os Domini, quod lucernam dicitis, quod multis prodesse perhibetis; hoc quoque mihi ad iniquitatum mearum cumulum accidit, ut quum vindicari in me iniquitas debuit, laudes pro vindicta recipiam. Quibus autem hoc in loco terrenarum rerum tumultibus premor, explere verbis nequeo: quod tamen colligere ex brevitate Epistolæ pote-*

e vivis excessit. Seipsum tamen in sequentibus emendat, quum ait, Anastasium anno 593. *Sedi suæ fuisse restitutum*.

(1) In edit. Venet. ann. 1729. p. 301. quod Græce dicitur de Greg. Patriarcha, τοῦ καὶ διαδεξαμένου πρὸ τούτου τὸν αὐτὸν Ἀναστάσιον, perperam Latine redditur, *Et antea eundem Anastasium expulerat*.

(2) Ita Pagius ad ann. 594. num. 6. verum ego in Menæis mentionem Gregorii tamquam Sancti non reperio.

poteſtis, in qua ei minus loquor, quem plus omnibus diligo. Præterea indico, quia a ſereniſſimis Dominis, quantis valui, precibus poſtulavi, ut vos, honore reſtituto, ad Sancti Petri Apoſtolorum Principis limina venire, & quouſque ita Deo placuerit, hic mecum vivere concedant; quatenus dum vos videre meruero, peregrinationis noſtræ tædium de æterna patria invicem loquendo relevemus. Eodem anno, Ind. ſcilicet x. ad eundem *Anaſtaſium Expatriarcham*, ſicut & alios Patriarchas, Synodicam ſuam miſit Sanctus Pontifex, de qua ſupradictum eſt. Quoniam vero, ſeptimam illam, quam modo laudavi, Epiſtolam a S. Gregorio ad Anaſtaſium non fuiſſe miſſam viri docti (1) adnotarunt; idcirco alteram eodem anno 591. Indict. IX. n. XXVI. iiſdem fere verbis conceptam, Epiſtolam, præfixo titulo, *Gregorius Anaſtaſio Patriarchæ Antiocheno*, unacum memorata Synodica, adjunxit; in qua ſic ait: *Periclitanti igitur mihi manum orationis veſtræ tendite, vos qui in virtutum litore ſtatis. Quod vero me os Domini, quod lucernam dicitis, quod loquendo multis prodeſſe, multiſque poſſe lucere perhibetis, æſtimationem mihi meam, fateor, in dubietatem maximam perduxiſtis. Conſidero namque qui ſum, & nihil in me hujus boni ſigno deprehendo. Conſidero autem qui eſtis, & vos mentiri poſſe non arbi-*

(1) In not. ad Epiſt. 7. lib. I. edit. Pariſ. 1705. Tom. 2. p. 494. „ Supplicem „ ad Imperatorem pro Anaſtaſio libellum diſpoſuerat Gregorius, hancque ſimul Epi- „ ſtolam. At neutrum mittere, niſi interrogato prius Anaſtaſii animo conſultius vi- „ ſum eſt „. Lege infra Epiſt. 28. ad Sebaſtianum Rhizinenſem Epiſcopum: ubi ſic legitur. „ Præterea indico, ſuggeſtionem me apud piiſſimos Dominos ſummis pre- „ cibus plenam feciſſe, ut virum Beatiſſimum Domnum Anaſtaſium Patriarcham, „ conceſſo uſu Pallii, ad beati Petri Apoſtolorum Principis limina mecum celebratu- „ rum ſolemnia Miſſarum tranſmittere debuiſſent: quatenus ſi ei ad Sedem ſuam mi- „ nime reverti liceret, ſaltem mecum in honore ſuo viveret. Sed quæ cauſa conti- „ gerit, ut eadem ſcripta retinerem, præſentium lator vobis innoteſcet. Ejuſdem ta- „ men Domni Anaſtaſii animum cognoſcite: & quidquid ei de hac re placuerit, ve- „ ſtris mihi Epiſtolis indicate „. Cujus loci Sebaſtianus Epiſcopus fuerit, in not. ad 28. Epiſt. ſic advertitur. „ Rhiſinum, vulgo, Riſine, urbs olim Epiſcopalis Dal- „ matiæ, Provinciæ Illyrici Occidentalis, ad Mare Hadriaticum, ex Holſtenio in „ Annot. ad Geographiam Sacram &c. Extat ad eundem Sebaſtianum altera S. Gre- „ gorii Epiſtola 42. lib. V. Ind. XIII. qua ait „: Quia vir Sanctiſſimus frater noſter Domnus Anaſtaſius Patriarcha in una ſuarum civitatum regendam vobis Eccleſiam committere voluit, & conſentire noluiſtis „. Ei proinde aliam in Sicilia Eccleſiam regendam proponit. „ Sunt enim in Sicilia inſula Eccleſiæ vacantes Epiſcopis: Et ſi „ vobis placet, auctore Deo Eccleſiam regere, juxta B. Petri Apoſtoli limina, cum „ ejus adjutorio melius poteſtis. Sin vero non placet, feliciter ſtate „.

arbitror. Quum ergo credere volo quod dicitis, contradicit mihi infirmitas mea. Quum disputare volo quod in laude mea dicitur, contradicit mihi Sanctitas vestra. Sed quaeso, vir sancte, nobis aliquid de hoc certamine nostro conveniat, ut etsi non quod dicitis ita est, sit ita quia dicitis. Praeterea sicuti Patriarchis aliis, paribus vestris, Synodicam vobis Epistolam direxi: quia apud me semper hoc estis, quod ex omnipotentis Dei munere accepistis esse, non quod ex voluntate hominum putamini non esse. Latori vero praesentium Bonifacio Defensori aliqua injunxi, quae Sanctitati vestrae debeat secretius intimare. Amatoris autem vestri beati Petri Apostoli vobis claves transmisi, quae super aegros positae multis solent miraculis coruscare. Mirum videri debeat, utrumque uno eodemque tempore, uniusque & ejusdem Antiochenae Sedis Patriarcham a S. Gregorio haberi, Gregorium scilicet, & Anastasium: & illum quidem ex voluntate hominum, hunc vero ex Dei munere esse Patriarcham. *Subtiliter* (inquit Gussanvill. in not. ad hanc Epistolam) *distinguit inter Episcopos qui ex Deo sunt, & eos qui ex hominibus: & tamen hos & illos quasi legitimos habet. Quod non satis advertere videntur, qui ad summos juris apices de re qualibet decernentes, schismatibus & contentionibus viam parant zelo praecipiti, nec satis cauto.* Sed ad Anastasium redeo. Huic, postquam anno 593. Sedem Antiochenam recepit, lib. v. Indict. XIII. anno Chr. 595. Epistolam XXXIX. dedit S. Gregorius Papa, cujus initium: *Gloria in Excelsis Deo*: qua de ejus in Antiochenam Sedem restitutione gratulatur, testatus, se Epistolas ejusdem suscepisse, necnon quaedam munuscula: *Benedictionem*, inquiens, *vestram, qua debuimus, mente suscepimus, bene redolentem, bene sapientem: & omnipotenti Deo gratias agimus: quia & odora sunt, & sapora quae agitis, quae dicitis, quae datis.* Et subjungitur num. XLII. Epistola ad Sebastianum Episcopum, cui idem Anastasius Patriarcha Ecclesiam in una suarum civitatum regendam committere voluit, uti supra ad oram est adnotatum: Altera insuper num. XLIII. ad eundem Anastasium & ad Eulogium Alexandrinum, qua eos hortatur, ut

ut Johannem Jejunatorem, titulum Episcopi Œcumenici sibi arrogantem, insequantur. Quæ, fateor, Epistolæ non una eademque *Indictione* XIII. *anno* 595. dari potuerunt: sed prima quidem notata num. 39. ad ann. 593. vel 594. ineuntem, referri debet, quum ea gratulatoria sit de restitutione Anastasii in Sedem Antiochenam, quæ, ut supra ostensum est, mense Martio ann. 593. contigerat: reliquæ duæ ab Indict. XIII. & anno 595. ob ullam causam removeri nequeunt.

Lib. VI. Indictione XIV. anno 596. mense Augusto, Epistola LX. ad Eulogium Episcopum Alexandrinum, miratur, quod Epistolæ adversus Johannis Constantinopolitani superbiam non responderit: *Præterea ante aliquantum temporis, communi filio Sabiniano Diacono responsa Ecclesiæ in urbe Regia facienti, scripta nostra transmisimus, quæ vestræ Fraternitati dirigere debuisset. Quæ si suscepistis, miramur cur nobis ad ea minime respondistis. Et ideo, quia cavendum est, ne cujuslibet superbia, scandalum Ecclesiis introducat, necesse est, ut eadem scripta subtiliter relegentes, omni studio & tota intentione, quæ ad honorem vestrum & pacem Ecclesiæ pertinent, conservetis.*

Hactenus in vivis fuerat Johannnes Jejunator, cujus superbiam retundi, ob arreptum *OEcumenici* titulum scriptis ad Alexandrinum & Antiochenum Patriarchas literis hortatur S. Gregorius Pontifex. Quum autem is *mense Septembri die* 2. *anno* 595. decesserit, Cyriaco successore in Sede Constantinopolitana relicto, videtur missa ad (1) Eulogium *mense Augusto Epistola*, non ad Indictionem XIV. neque ad annum 596. pertinere, sed ad Indictionem & annum antecedentem. Alioquin S. Gregorius, Cyriaci successoris meminisset. Eadem ratione existimo *Epistolas* IV.

(1) Pagius ad ann. 596. n. 2. Baronius ideo (eam Epistolam) hoc anno (596.) consignavit, quod in Regesto divi Gregorii lib. V. Epist. XV. Indict. XIV. inter mensem Septembrem & Octobrem, referatur *Epistola ad Joh. Episcopum Constantinopolitanum* scripta. Inde enim deduxit, Joannem usque ad præsentem annum (596.) vitam produxisse, quum Indictio XIV. coepta fuerit Kalendis Septembris anni antecedentis (596.) verum inde tantum colligendum, Gregorium Papam, quando eam Epistolam misit, nuncium mortis Johannis nondum accepisse. Non audiendus etiam Auctor Chronici Alexandrini, qui Cyriaci Presbyteri Ecclesiæ Constantinopolitanæ & OEconomi, qui Joanni successit, initium consignat anno 594. nempe sub Indict. XII.

las IV. V. & VI. quæ lib. VII. *Indictione* XV. datæ dicuntur; ad Indictionem XIV. Kalendis Septembris anni Chr. 595. inchoatam spectare: Cyriaci enim Patriarchæ Constantinopolitani inauguratio, de qua in illis tribus Epistolis agitur, fieri non potuit, ut usque ad Indictionem sequentem, Kalendis Septembris sequentis an. 596. inchoatam, dilata sit, aut ad notitiam Gregorii Papæ post integrum fere annum pervenerit. Et in Epistola quidem VI. Sanctus Pontifex rectam Fidei confessionem a Cyriaco recens electo Constantinopolitano Patriarcha prolatam laudat; abstinendum autem ab *Uninersalis* titulo, eumdem monet: *In hoc itaque vos medullitus amplectimur* (inquiens) *in hoc Sacerdotes vos esse recognoscimus, si repulsa vanitate verborum, Sanctitatis locum cum sancta humilitate teneatis. Ecce enim in nefandi appellatione nominis scandalizati sumus, & non minimas querelas servamus in mente, & promimus in voce*. Et post pauca, quia Eudoxium Cyriacus hæreticis accensuerat, subjungit. „ Præterea quum „ recta a vobis fides veraciter & subtiliter sit prolata, „ inter eos quos per Sanctissimas generales Synodos dam- „ nandos esse censuistis, Eudoxium quemdam vos damnas- „ se reperimus, cujus nomen in Latina lingua neque in „ Synodis, neque in libris beatæ memoriæ Episcoporum „ Epiphanii, Augustini, & Philastrii, quos contra hæ- „ reticos præcipue disputasse novimus, positum reperi- „ mus. „ De eodem Eudoxio idem Gregorius Papa Epistola 34. Lib. VII. ad Eulogium Alexandrinum & Anastasium Antiochenum sic scripsit: „ Præterea idem no- „ ster (*Cyriacus*) omnia in suis Synodicis Catholice, „ Deo auctore, locutus est. Quemdam vero Eudoxium „ damnavit, quem neque in Synodis damnatum inveni- „ mus; neque a decessoribus ejus in suis Synodicis re- „ probatum. Et Canones (1) quidem Constantinopolita- „ ni Concilii, Eudoxianos damnant; sed quis fuerit eo- „ rum

(1) Constantinopolitanos Canones ad disciplinam spectantes, & præsertim tertium, non acceperat Romana Ecclesia, quod illo Canonem Nicænum sextum violari censeret. Eadem de causa Chalcedonenses Canones impugnaverat Leo I. quod nempe vigesimo octavo, primarum sedium termini a Nicænis Patribus constituti convellerentur.

„ rum auctor Eudoxius, minime dicunt. Romana autem „ Ecclesia eosdem Canones vel gesta Synodi illius hacte- „ nus non habet, nec accepit: in hoc autem eandem Sy- „ nodum accepit, quod est per eam contra Macedonium „ definitum. Reliquas vero hæreses, quæ illic memora- „ tæ sunt, ab aliis jam Patribus damnatas reprobat. De „ Eudoxianis vero nihil hactenus agnovit. In historia au- „ tem Sozomeni, de quodam Eudoxio, qui Constanti- „ nopolitanæ Ecclesiæ Episcopatum arripuisse dicitur, „ aliqua narrantur. Sed ipsam quoque historiam Sedes „ Apostolica suscipere recusat, quoniam multa mentitur, „ & Theodorum Mopsvestiæ nimium laudat, atque usque „ ad diem obitus sui, magnum Doctorem Ecclesiæ fuisse „ perhibet. Restat ergo, ut siquis illam historiam reci- „ pit, Synodo quæ piæ memoriæ Justiniani temporibus „ de tribus Capitulis facta est, contradicat. Qui vero „ huic contradicere non valet, illam historiam necesse „ est, ut repellat. In Latina vero lingua de hoc Eudo- „ xio nunc usque, neque in Philastrio, neque in beato „ Augustino, qui multa de hæresibus conscripserunt, ne- „ que in aliis Patribus aliquid invenimus. Caritas igitur „ vestra, siquis apud Græcos probatorum Patrum de eo „ sermonem fecit, suis mihi Epistolis innotescat. „ Id præstitit Eulogius, scilicet, Eudoxium a Basilio, Grego- rio Nazianzeno, atque Epiphanio damnatum ostendit, ut videre est lib. VIII. Ep. 30. in qua idem Pontifex ad eun- dem Eulogium: *Præterea* (inquit) *de Eudoxii hæretici persona, de cujus errore in Latina lingua nihil reperi, mihi a vestra beatitudine largissime gaudeo satisfactum. Virorum quippe fortissimorum, Basilii, Gregorii, atque Epiphanii testimonia protulistis, & manifeste peremtum cognoscimus eum, in quem heroës nostri tot jacula dederunt.* Non tamen sibi satisfactum queritur in eo, qnod Cyriacus Patriarcha titulo *OEcumenici*, æque ac Joannes ipsius decessor, seipsum ornaverit. Hinc Epist. v. Lib. VII. amicissime hortatur, ut sublata occasione scandali, quæ pacis & dilectionis sunt custodiat. *Dudum*, inquit, *dum in urbe Regia Responsa Sedis Apostolicæ facerem, bona vestræ*

 sun-

ſanctitatis agnovi. Et quia vobis animarum nunc cura commiſſa eſt, valde gaudeo. Et mox. *Sed oro, ut omnipotens Deus eandem quæ inter nos eſt caritatem, ex gratiæ ſuæ dono multiplicet, omnemque occaſionem ſcandali auferat.* Et Epiſtol. VI. ad Mauricium Auguſtum, de Cyriaci electione gratulatur, inquiens: „ Non enim parvæ potuit „ eſſe mercedis, quod Johanne Sanctæ memoriæ de hac „ luce ſubtracto, ad ordinandum ſacerdotem Pietas ve„ ſtra diu hæſitavit, tempus paulo longius diſtulit, cum „ metu omnipotentis Dei conſilium quæſivit; ut videli„ cet cauſa Dei cum magno debuiſſet timore diſponi. „ Unde & aptum valde exiſtere in paſtorali regimine fra„ trem atque conſacerdotem meum Cyriacum exiſtimo, „ quem ad eundem ordinem, pietatis veſtra conſilia lon„ ga genuerunt. Qui in adminiſtrandis dudum rebus Ec„ cleſiaſticis quam ſollicitus & quomodo fuerit exercita„ tus, cuncti novimus. Unde & ſuperna geſtum diſpen„ ſatione non ambigimus, ut qui bene minima geſſerat, „ congrue majora ſuſciperet, atque a cura rerum, ad ani„ marum regimina tranſiret. Pro qua re totis precibus „ deprecamur, ut bonum hoc omnipotens Deus ſerenita„ ti Dominorum piæque eorum ſoboli, & in præſenti ſæ„ culo atque in perpetua remuneratione retribuat, & præ„ dicto fratri & conſacerdoti meo, qui Dominico gregi „ prælatus eſt, animarum curam plena ſollicitudine ex„ hibere concedat, ut irreprehenſibiliter poſſit ſubjecto„ rum ſuorum & prava corrigere, & recta ad creſcen„ dum fovere: quatenus de eo Pietatis veſtræ judicium „ non ſolum ante homines, ſed etiam ante ſupernæ quo„ que majeſtatis oculos convaleſcat „. Modeſte quidem Gregorius Papa, dum per Georgium Presbyterum & Theodorum Diaconum Synodicam Cyriaci Patriarchæ accepit, de non uſurpando *OEcumenici* titulo illum perſtrinxerat; Anaſtaſius vero Antiochenus Præſul, & Mauricius Auguſtus, datis ad eundem Papam literis, non magni intereſſe ajebant *Univerſalis* vocabulum ab illo uſurpatum. ſic enim Gregorius Pontifex ad Anaſtaſium Antiochenum Epiſt. 27. Lib. VII. „ Deſideratam ſuaviſſimæ veſtræ Sancti-
„ tatis

„ tatis Epiſtolam, communi filio Sabiniano Diacono de-
„ ferente, ſuſcepi, in qua non linguæ, ſed animæ ver-
„ ba profluebant. *Et paulo poſt*. Quod vero dicitis, pro
„ nulla cauſa dare nos locum ſcandalo debere, hæc mihi
„ & piiſſimus Dominus filius veſter, pro cujus vita in-
„ ceſſanter orandum eſt, jam ſæpius ſcripſit: & quod ille
„ ex poteſtate, ſcio quia hoc vos ex amore dicitis. Nec
„ miratus ſum, vos in veſtris Epiſtolis Imperialia verba
„ poſuiſſe: quia habent inter ſe maximam cognationem,
„ amor & poteſtas. Nam utraque principaliter præſu-
„ munt, utraque per auctoritatem ſemper loquuntur. Et
„ quidem in ſuſcipienda fratris & conſacerdotis noſtri Sy-
„ nodica Epiſtola, dignum non fuit, ut pro cauſa profa-
„ ni vocabuli moras facerem, ne unitatem Sanctæ Eccle-
„ ſiæ perturbarem: ſed tamen de eodem ſuperſtitioſo &
„ ſuperbo vocabulo eum admonere ſtudui, dicens, quia
„ pacem nobiſcum habere non poſſet, niſi elationem
„ prædicti verbi corrigeret, quam primus apoſtata inve-
„ nit. Vos tamen eandem cauſam nullam eſſe dicere non
„ debetis: quia ſi hanc æquanimiter portamus, univer-
„ ſæ Eccleſiæ fidem corrumpimus. Scitis enim quanti
„ non ſolum hæretici, ſed etiam hæreſiarchæ de Con-
„ ſtantinopolitana Eccleſia ſunt egreſſi. Et ut de hono-
„ ris veſtri injuria taceam, ſi unus Epiſcopus vocatur
„ Univerſalis, univerſa Eccleſia corruit, ſi unus univer-
„ ſus cadit. Sed abſit hæc ſtultitia, abſit hæc levitas ab
„ auribus meis „. Et Epiſt. 33. ad Mauricium Augu-
ſtum, contendit, ſe temere indiſcretum nominatum fuiſ-
ſe, quod Cyriacum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, qui
Univerſalem ſe nominat, reprehenderit: Epiſtola ve-
ro 34. *ad Eulogium Alexandrinum & Anaſtaſium Antio-
chenum*, Romæ ſuſceptos ait & ad communionem admiſ-
ſos Cyriaci Reſponſales; ſuum vero Diaconum Cyriaco,
intolerabilis ſuperbiæ reo, communicare non debuiſſe.
„ Reſponſales ſiquidem (*inquit*) fratris & conſacerdotis
„ noſtri Cyriaci venientes, ejus ad me Synodicam detu-
„ lerunt Epiſtolam. Et quidem inter nos & ipſum, ſi-
„ cut veſtra beatitudo novit, propter appellationem pro-

„ sani nominis est gravis discordia; sed in causa fidei „ transmissos Responsales ejus existimavi esse suscipien- „ dos: ne culpa elationis, quæ in Constantinopolitana „ Ecclesia pene contra omnes Sacerdotes exorta est, dis- „ sensionem fidei & rixam Ecclesiasticæ faceret unitati. „ Eosdem vero Responsales, quia hoc omnino humiliter „ precabantur, Missarum solemnia mecum celebrare feci: „ quia sicut & serenissimo Domino Imperatori intimare „ studui, Responsales fratris & consacerdotis nostri Cy- „ riaci mihi communicare debuerunt, quia auctore Deo, „ in elationis errorem non cecidi. Meus vero Diaco- „ nus cum prædicto fratre nostro Cyriaco Missarum so- „ lemnia celebrare non debet, quia per profanum voca- „ bulum culpam superbiæ aut commisit, aut sequitur: „ ne, si, quod absit, procedit ei in tali elatione posi- „ to, vanitatem stulti nominis confirmare videamur. „ Eundem vero fratrem admonere studui, ut sese a tali „ elatione corrigat: quia, si hanc non correxerit, pa- „ cem nobiscum nullo modo habebit. „ Porro admo- nuit Cyriacum Gregorius Papa Epist. 31. Lib. VII. quæ in- cipit; „ Scripta beatitudinis vestræ suscepimus: *ubi ait*: „ Sed ut cognoscatis, quam erga vestram beatitudinem „ habeam voluntatem, dilectissimum filium meum Ana- „ tolium Diaconum ad piissimorum Dominorum vestigia „ transmisi, qui eorum pietati, ac vestræ fraternitati „ satisfaciat: quia nulli in hac causa nocere appeto, sed „ humilitatem Deo placitam & S. Ecclesiæ concordiam „ custodire. Et quia hostis omnipotentis Dei Antichristus „ juxta est, studiose cupio, ne proprium quid inveniat „ non solum in moribus, sed etiam in vocabulo Sacer- „ dotum. Ea ergo, quæ novo modo introducta sunt, „ ipso ordine quo illata sunt, auferantur: & pax nobis „ illibata in Domino permanebit „. Postremo, quum ad notitiam S. Gregorii pervenisset, quod Synodus quædam esset Constantinopoli habenda, ad quam Præsul Thessa- lonicensis aliique evocabantur, Epistolam 68. Lib. IX. In- dict. 1. anno 599. scripsit Pontifex *ad Eusebium Thessalo- nicensem, Urbicum Dyrrhachinum, Andream Nicopolita- num*:

num, *Joannem Corinthium*, *Johannem primæ Justinianæ*, *Joannem Cretensem*, *Joannem Larissæum*, *&* *Scodritanum*, *aliosque complures Episcopos*; præcipiens, ut neque Constantinopolitano Episcopo, OEcumenici titulum sibi arroganti, ullo modo consentiant; neque in Synodo, si de rebus aliis agatur, statuta vetera sinant convelli: *Siquis* (inquit) *quod non credimus*, *scripta præsentia aliqua in parte neglexerit*, *a B. Petri Apostolorum Principis pace*, *se noverit segregatum*.

Atque ita Sanctissimus Pontifex Gregorius, dum vixit, superbum *OEcumenici* titulum, non modo in Constantinopolitanis Episcopis Joanne, & Cyriaco insectatus est, sed etiam sibi ab Eulogio Alexandrino collatum respuit. Sic enim ad Eulogium scribit Epist. xxx. Lib. VIII. Ind. I. *Indicare quoque vestra beatitudo studuit*, *jam se quibusdam non scribere superba vocabula*, *quæ ex vanitatis radice prodierunt*; *&* *mihi loquitur*, *dicens*: Sicut jussistis: *quod verbum* jussionis, *peto a* (1) *meo auditu removete*, *quia scio qui sum*, *qui estis*. *Loco enim mihi fratres estis*, *moribus patres*. *Non ergo jussi*, *sed quæ utilia visa sunt*, *indicare curavi*. *Non tamen invenio vestram Beatitudinem hoc ipsum*, *quod memoriæ vestræ intuli*, *perfecte retinere voluisse*. *Nam dixi*, *nec mihi vos*, *nec cuiquam alteri*, *tale aliquid scribere debere*: *&* *ecce in Præfatione Epistolæ*, *quam ad me ipsum qui prohibui direxistis*, *superbæ appellationis verbum*, Universalem me Papam *dicentes*, *imprimere curastis*. *Quod*, *peto*, *dulcissima mihi sanctitas vestra ultra non faciat*; *quia vobis subtrahitur quod alteri plus quam ratio exigit*, *præbetur*. *Ego enim non verbis quæro prosperari*, *sed moribus*. *Nec honorem esse deputo*, *in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco*. *Meus namque honor est honor universalis Ecclesiæ*. *Meus honor est fratrum meorum solidus vigor*. *Tunc ego vere honoratus sum*, *quum singulis quibusque honor debitus non negatur*. *Si enim Universalem me Pa-*

(1) Eulogius Alexandrinus Epistolis S. Gregorii obtemperans, & ad Cyriacum Constantinopolitanum scribens, illum *OEcumenici* titulo nequaquam appellat. Contra, Anastasius Antiochenus, non magni interesse sentiebat, de eo titulo tot quæstiones movere.

Papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse quod me fatetur universum. Sed absit hoc. Recedant verba quæ vanitatem inflant, & caritatem vulnerant. Et quidem in Sancta Chalcedonensi Synodo, atque post a subsequentibus Patribus hoc decessoribus meis oblatum, vestra Sanctitas novit. Sed tamen nullus eorum uti hoc unquam vocabulo voluit: ut dum in hoc mundo honorem Sacerdotum diligeretur omnium, apud omnipotentem Deum custodirent suum.

Verum, præter *OEcumenici* titulum, nonnulla alia in Johanne Jejunatore reprehendit Gregorius Pontifex. Joannem enim Chalcedonensem Presbyterum, & Athanasium in monasterio S. Mile Monachum & Presbyterum injuste condemnatos, tamquam hæreticos, Gregorius Pontifex in Synodo Romana absolvit ac Orthodoxos declaravit. Et primum quidem Epist. 53. Lib. 3. Ind. XI. hoc est, anno Chr. 593. Responsionem de causa Johannis & Athanasii Presbyterorum ineptam, ac Johannis Episcopi Constantinopolitani Sanctitati nullatenus congruentem, *Scelesto cuidam juveni* tribuit, ad cujus consilia nimium ille flectebatur. „ Quamvis causæ consideratio (*inquit* ad Joh. „ *Episcopum Constantinopolitanum*) Me movet, ad scri„ bendum tamen & caritas impellit: quia & semel & bis „ sanctissimo fratri meo domno Joanni scripsi, sed non „ ejus Epistolas recepi. Alter enim mihi secularis qui„ dam sub ejus nomine loquebatur; quæ si Epistolæ ejus „ fuerunt, ego vigilans non fui, qui longe de eo ali„ ter credidi, quam inveni. De causa enim Reveren„ dissimi viri Johannis Presbyteri (1) scripseram, at„ que de quæstionibus Monachorum Isauriæ, quorum „ unus & in sacerdotio positus, in Ecclesia vestra fu„ stibus cæsus est; & rescripsit mihi, sicut ex nomine „ Epistolæ agnosco, sanctissima Fraternitas tua, quia ne„ scierit de qua causa scriberem. Ad quod rescriptum „ vehementer obstupui, mecum tacitus volvens, si ve„ rum dicit, quid esse deterius potest, quam ut agan„ tur talia contra servos Dei, & ipse nesciat qui præ„ sto

(1) Neque Lib. 1. neque 2. neque 3., extat S. Gregorii Epistola ad Joannem hac de re scripta,

„ sto est ? quæ enim potest esse Pastoris excusatio, si „ lupus oves comedit, & Pastor nescit ? Si autem scri- „ bit Sanctitas Vestra, & de qua causa scripserim, & „ quid vel contra Johannem Presbyterum, vel contra „ Athanasium Isauriæ Monachum atque Presbyterum ge- „ stum sit, & mihi (1) scripsit: nescio, contra hoc ego „ quid respondeam, quando per scripturam suam vates „ dicit: *Os quod mentitur, occidit animam*. Requiro, „ frater sanctissime, illa tanta abstinentia ad hoc per- „ venit, ut fratri suo ea quæ novit gesta, negando ve- „ lit abscondere ? numquid non melius fuerat in illud „ os carnes ad vescendum ingredi, quam de eo falsum „ sermonem ad illudendum proximum exire ? præcipue „ quum veritas dicat: *non quod intrat in os, coinqui- „ nat hominem; sed quæ exeunt de corde, illa sunt quæ „ coinquinant hominem*. Sed absit hoc, ne ego de san- „ ctissimo corde vestro tale aliquid credam. Illæ Epi- „ stolæ vestro nomine prænotatæ sunt, sed vestras eas „ fuisse non arbitror. Ego beatissimo viro domno Jo- „ hanni scripseram: sed credo quod mihi familiaris ve- „ ster ille juvenculus rescripsit, qui adhuc de Deo nihil „ didicit, qui viscera caritatis nescit, qui in scelestis re- „ bus ab omnibus accusatur, qui insidiari quotidie diver- „ sorum mortibus per occulta testamenta, nec Domi- „ num metuit, nec homines erubescit. Mihi crede, fra- „ ter sanctissime, si zelum veritatis perfecte habes, ip- „ sum prius corrige, ut ex his, qui vobis vicini sunt, „ etiam ii, qui vicini non sunt, exemplo melius emen- „ dentur. Illius linguam noli recipere: ille ad consi- „ lium Vestræ Sanctitatis debet dirigi, non autem San- „ ctitas Vestra ad verba illius inflecti. Si enim illum „ audit, scio quia pacem cum suis fratribus habere non „ poterit. Ego enim attestante mihi conscientia fateor, „ quia cum nullo homine scandalum volo, & quanta va- „ leo virtute declino. Et quamvis cum omnibus homi- „ nibus pacem habere summopere cupiam, vobiscum „ præcipue, quos vehementer amo, si tamen ipsi quos

„ novi,

(1) Al. & nihil scripsit.

„ novi, vos estis. Age ergo, frater sanctissime atque „ carissime, ut nos invicem recognoscamus, ne si anti- „ quus hostis duos per scandalum moverit, per nequis- „ simam victoriam multos necet. Ego enim ut aperte „ indicem, quia per elationem nil quæro, si ille juven- „ culus, de quo prælocutus sum, apud Fraternitatem „ tuam culmen pravæ actionis minime teneret, ipsa „ etiam quæ mihi de Canonibus suppetunt, interim ta- „ cere potuissem, & ab ipso initio venientes ad me „ personas ad eam fiducialiter transmisissem, sciens quod „ eas sanctitas tua cum caritate susciperet. Sed etiam „ nunc dico, aut easdem personas in suis ordinibus su- „ scipe, eisque quietem præbe: aut si hoc fortasse no- „ lueris, omni mihi altercatione postposita, de eorum „ causa, statuta Majorum & Canonum terminos custodi. „ Si vero neutrum feceris, nos quidem rixam inferre „ nolumus, sed tamen venientem a vobis non devita- „ mus. Quid autem de Episcopis qui verberibus timeri „ volunt, Canones dicant, bene Vestra Fraternitas no- „ vit. Pastores etenim facti sumus, non (1) persecuto- „ res. Et egregius Prædicator dicit: Argue, obsecra, „ increpa, in omni patientia & doctrina. Nova vero, „ atque inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exi- „ git fidem. Sed de his multa in Epistolis loqui non „ debeo, quia dilectissimum filium meum Sabinianum „ Diaconum pro responsis Ecclesiasticis faciendis ad Do- „ minorum vestigia transmisi, qui vobiscum cuncta sub- „ tilius loquetur. Si nobiscum litigare non vultis, pa- „ ratum eum ad omnia quæ justa sunt, invenietis. Quem „ Vestræ Beatitudini commendo, ut saltem ipse Dom- „ num illum Joannem inveniat, quem ego in urbe Re- „ gia scivi „. Eundem fortasse *Juvenculum*, aut alios familiares & adulatores designat Gregorius Lib. 5. Epist. 18. Indict. XIII. (hoc est, anno Chr. 595.) qui Joannem Jejunatorem ad hoc impulerant, ut sæpe in suis passim Epistolis *OEcumenicum Patriarcham* se inscriberet: sic enim ait, eum alloquens: *Sed hæc, scio, quia Vestræ Sancti-* *tati*

(1) Al. *non percussores*.

ſtati ab illis oriuntur, qui vobis deceptioſa familiaritate deſerviunt: contra quos peto, ut veſtra Fraternitas ſollerter invigilet, nec ſe eorum verbis fallendum præbeat. In Epiſtola autem 19. ad Sabinianum Diaconum, eod. lib. 5. Indict. 13. Joannem ipſum, ait, callide perſuaſiſſe Imperatori Mauricio, ad pacem cum illo ſervandam, ut nempe, *aut audiretur Imperator, & ille in ſua vanitate confirmatus eſſe videretur: aut non audiretur: & ejus animus contra Gregorium irritaretur*. In eadem Epiſt. 19. ad *Sabinianum*, mentio fit transmiſſorum Johannis Presbyteri ad Gregorium Papam geſtorum. *Ad hoc enim uſque Joannes Patriarcha pervenit* (inquit Gregorius Papa) *ut ſub occaſione Joannis Presbyteri geſta hac transmitteret, in quibus ſe pene per omnem verſum οἰκȣμενικὸν Patriarcham nominaret*. Atque hæc de Joannis adulatoribus.

Verum *Lib.* VI. *Indictione* XIV. de cauſa (1) Joannis, & Athanaſii Presbyterorum in Romana Synodo peracta, fuſius agitur. Nam Epiſtola 14. ad *Narſem Comitem*, Athanaſium Presbyterum in Manichæi dogma incidiſſe, Joannem vero ab hæreſi immunem declarat Pontifex, Pelagianum eſſe qui negat, mortuam, quum peccavit, Adæ animam: Epheſinæ Synodi recentiores Codices falſatos ſuſpicatur, requirendos monet vetuſtos. *Charitas veſtra* (inquit) *ſollicitudinem noſtræ opinionis habens, ſcribere ſtuduit; quid de illo Codice, qui contra Athanaſium Presbyterum transmiſſus eſt, ſenſit. Quem nos ex parte aliqua ſubtiliter percurrentes, in Manichæi invenimus dogma cecidiſſe. Sed his, qui loca aliqua eſſe hæretica, ſigno contra poſito oſtendit, ipſe quoque in Pelagianam hæreſim labitur: quia quædam loca Catholice dicta & omnino orthodoxa, velut hæretica annotavit. Hoc enim ubi ſcriptum eſt, quia quum peccavit Adam, ejus eſt anima mortua, qualiter mortuam dixerit, inferius oſten-*

(1) Indictio XIV. inchoatur Kalendis Septembris anni Chr. 595. definitque menſe Auguſto anni 596. Videntur autem hujus ſexti Libri Epiſtolæ 14. 15. & 16. anno 595. exeunte Septembri aut ineunte Octobri ſcriptæ, quando de Joannis Patriarchæ obitu nuncius ad Gregorium Papam non pervenerat: nam Epiſtola XVII. ad Theoctiſtum cognatum Imperatoris, in qua idem ipſum quod in antecedentibus 14. 15. 16. de Joanne Presbytero dicitur, ſcripta eſt *menſe Octobri, Indict.* XIV. hoc eſt, anno Chr. 595. quemadmodum legitur in Cod. Colbertino Vet. & in Turon.

ostendit : quia status sui beatitudinem amisit . Hoc quisquis negat , Catholicus non est . Deus enim dixerat : Qua hora comederitis , morte moriemini . *Quum ergo comedit de ligno vetito Adam , quia in corpore mortuus non est , novimus , quia post hoc filios genuit , atque annis multis vixit . Si itaque in anima mortuus non est , quod dici nefas est , ipse mentitus est , qui hunc prædixit , die qua peccasset , moriturum . Sed sciendum est , quia mors duobus accidit modis , aut absentia vivendi , aut a qualitate vivendi . En ergo quod comedendo vetitum , ejus anima dicitur mortua , non absentia vivendi , sed a qualitate vivendi , ut postmodum viveret in pœna , qui ad hoc creatus fuerat , ut beate viveret in lætitia .* Hunc ergo *locum , qui in eo Codice , qui mihi a fratre meo Johanne Episcopo transmissus est , annotavit hæreticum , Pelagianus est , quia sententia ista evidenter Pelagii est : quam Paulus Apostolus aperte in suis Epistolis destruit . Quæ loca Epistolarum ejus singula dicere prætermitto , quia scienti loquor . Pelagius vero , qui in Ephesina Synodo damnatus est , ea intentione hoc dixit , ut ostenderet nos a Christo vacue redemtos . Si enim nos per Adam in anima mortui non sumus , quod dici nefas est , vacue redemti sumus . Ephesinam autem Synodum perscrutantes , de Adelphio & Sava* (1) , *& cæteris aliis , qui illic dicuntur esse damnati , omnino nihil invenimus , & existimamus , quia , sicut Chalcedonensis Synodus in uno loco ab Ecclesia Constantinopolitana* (2) *falsata est , sic aliquid in Ephesina Synodo factum est . Caritas ergo vestra vetustos omnino Codices ejusdem Synodi requirat , & illic inde videat , siquid tale invenitur , mihique eundem Codicem quem invenerit transmittat , quem mox ut legero , retransmitto . Novis enim Codicibus passim non credat , ex qua re dubius factus sum , & nihil adhuc volui de hac causa prædicto fratri meo Johanni Episcopo rescribere . Romani autem Codices multo veriores sunt Græcis : quia nos vestra sicut non acumina , ita nec imposturas habemus .* Hoc ipsum in Epist. ad *Eulogium Alex.* & *Anastasium*

(1) Saba. (2) *Scil. in Canone 28. de privilegiis Episcopi Cpni.*

ſtaſium Antioch. Lib. VII. *Indict.* XV. anno 597. Gregorius Papa, poſt Joannis obitum, quum Cyriacus Conſtantinopolitanam Sedem obtineret, quoad Epheſinam Synodum ſcripſit. *Præterea* (inquiens) *ante triennium* (1) *cogente cauſa Monachorum Iſauriæ, qui hæretici accuſabantur, ſatisfaciens mihi quondam frater & conſacerdos meus Domnus Joannes, literas miſit, quibus nitebatur oſtendere, eos Epheſinæ Synodi definitionibus contradixiſſe; & velut ex eadem Synodo, certa nobis quibus ipſi obſiſterent, capitula deſtinavit. Inter alia autem ſcriptum illic continebatur de Adæ anima, quia in peccato mortua non fuerit, eo quod Diabolus in cor hominis non ingrediatur; & ſiquis hoc dixiſſet, anathema eſſet. Quæ quum mihi relecta fuiſſent, valde contriſtatus ſum. Si enim Adæ, qui primus peccavit, anima in peccato mortua non eſt, quomodo de ligno vetito, ei dictum eſt:* In quacumque die comederitis ex eo, morte moriemini? *Et certe comedit Adam & Eva de ligno vetito, & tamen in carne ſua ultra nongentos annos vixerunt. Conſtat itaque quia in carne non eſt mortuus. Si ergo in anima mortuus non eſt, quod dici nefas eſt, falſam ſententiam de illo protulit Deus, qui dixit, quia qua die comederet, moreretur. Sed abſit hic error, abſit a vera fide. Nos enim primum hominem qua die peccavit, anima mortuum dicimus, atque per hunc omne genus humanum in hac mortis & corruptionis pœna damnatum.* Et poſt pauca. *Hoc autem qui negat, in Pelagianam hæreſim cadit. Quia ergo perſcrutantes Epheſinam Synodum, nihil in ea tale invenimus contineri, de Ravennati quoque Eccleſia vetuſtum valde Codicem ejuſdem Synodi ad nos deferri fecimus, & Synodo quam habemus, eum ita concordare invenimus, ut in nullo diſcreparet, & nihil aliud contineret in definitione anathematis & reprobationis, niſi quod duodecim Capitula beatæ memoriæ Cyrilli reprobant. Hanc autem totam rationem multo latius ſubtiliuſque prædictis Reſponſalibus ejus in præſenti poſiti reddidimus, atque eis pleniſſime ſatis fecimus. Igitur ne vel hæc,*

(1) Ergo Epiſtola ad Narſem Comitem ſcripta fuit non anno 596. ſed 595.

hæc, vel aliqua similia illic surrepant, quæ Sanctam Ecclesiam scandalizent, necesse nobis fuit hæc ipsa sanctitati vestræ indicare. Et quamvis fratrem & Coëpiscopum nostrum Cyriacum noverimus orthodoxum: tamen propter alios cauti esse debemus, ut antequam ad publicum prodeant, eorum semina conculcentur.

Ephesinæ Synodi, ut omnes norunt, duæ fuere. Prima, Orthodoxa & Œcumenica, qua Nestorius una cum Pelagio & Cœlestio damnatus fuit. Altera, dicta Secunda, hæretica, & latrocinalis, in qua Dioscorus Alexandrinus, Eutychen cum hæresi nominis sui approbavit. In hac Secunda Synodo, nihil actum est de Pelagianis. In prima vero Œcumenica Synodo, Actione v. habetur Relatio ad Cœlestinum Papam, his verbis. *Perlectis in Sancta Synodo commentariis Actorum in depositione impiorum Pelagianorum & Cœlestianorum, Cœlestii, Pelagii, Juliani, Persidii, Flori, Marcellini, Orontii, & eadem cum illis sentientium, quæ a pietate tua de ipsis decreta & constituta sunt, judicavimus & nos solida firmaque permanere, & idem omnes tecum statuimus, eos pro depositis habentes.* Miror nullam a S. Gregorio factam fuisse hujus de Pelagianis Relationis mentionem. Nam id, quod de Adelphio & Saba, Epist. 14. dicit, non ad Pelagianos, sed ad Messalianos pertinet, qui & ipsi in Ephesina œcumenica Synodo damnati dicuntur. Propositio autem illa, quod Adæ anima in peccato mortua non fuerit, in Actis Ephesinæ Synodi nullibi reperitur: sed quia Joannes Jejunator perperam existimabat eum qui eam negaret, Pelagianum esse, ideo pejus etiam argumentabatur, eundem ipsum qui secus sentiret, in Ephesina Synodo una cum Pelagio damnatum fuisse: quum potius dicere debuisset, Pelagianum esse eum, qui non fuisse in peccato mortuam Adæ animam assereret. Christianus Lupus not. ad Canones Ephesinos cap. 4. de Joannis Patriarchæ Antiocheni ad Synodum Ephesinam adventu & Actis: dum has S. Gregorii Epistolas expendit, & Codicem Synodi Ephesinæ ait nihil aliud continere in definitione anathematis & reprobationis, nisi quod

quod XII. Capitula beatæ memoriæ Cyrilli reprobant: recte advertit, inquiens: *Ea igitur Acta erant eadem cum nostris hodiernis, in quibus Joannis Antiocheni Pseudo-Synodus nihil habet dogmatici, nisi dictorum Capiturum damnationem. Et hinc Cyriaco, Joannis Jejunatoris in Cathedra Constantinopolitana successori; mandat serio Gregorius, ut Ephesina illa pro Pelagio Acta proscribantur, & penitus abjiciantur. Addit in alia ad laudatum Anastasium Epistola* (Lib. 7. Indict. 2. Epist. 48.) *Dum de Sanctorum Conciliorum custodia tua Fraternitas loqueretur, Sanctam Ephesinam Synodum primam se custodire professa est: sed quia ex annotatione hæretici Codicis, qui ad me ex Regia urbe transmissus est, agnovi per hoc, quod quædam Catholica Capitula cum hæreticis fuerunt reprehensa, quia quidam illam Ephesinam primam Synodum in eadem urbe existimant, quæ quondam ab hæreticis traditur esse composita, omnino necesse est, ut charitas vestra, eandem Synodum apud Sanctam Alexandrinam, atque Antiochenam Ecclesiam requirat, & qualiter in veritate habeatur, inveniat. Vel, si placet, hinc dirigemus quæ ab antiquitate servata in scriniis habemus. Illa enim Synodus, quæ sub primæ Ephesinæ imagine facta est, quædam in se capitula asserit approbata quæ sunt Cœlestii atque Pelagii prædicamenta. Et quum Cœlestius atque Pelagius in ea Synodo sint damnati, quomodo poterant illa Capitula recipi, quorum damnabantur auctores?* Quomodo S. Augustinus inter veram Sardicensem Synodum & conventiculum Philippopolitanum nescііt distinguere, ideoque utrumque conventum putavit esse Arianorum: ita Joannes Jejunator orthodoxam Ephesinam cum schismatica (Joannis Antiocheni) Synodo confudit: ideoque Pelagianorum decreta credidit esse Catholicorum. Quæ tamen decreta neque a schismatica Joannis Synodo fuerunt probata.

Redeo ad Epist. 14. ad Narsetem Comitem. *De Joanne vero Presbytero cognoscite* (inquit S. Gregorius.) *quia illius causa per Synodum decisa est, in qua aperte cognovi, quia ejus adversarii eum facere hæreticum volue-*

luerunt, & diu conati sunt, sed minime potuerunt. De eodem Joanne Presbytero exstant tres aliæ Sancti Pontificis Literæ Indict. XIV. lib. VI. (ut dicitur) scriptæ. *Prima* nempe num. XV. ad *Joannem Episcopom Constantinopolitanum. Valde autem mirati sumus, cur hi, qui in causa fidei judices contra Joannem Chalcedonensis Ecclesiæ Presbyterum a vobis fuerant deputati, negligentes veritatem, opinioni crediderint, & credere districte profitenti noluerint; maxime dum accusatores ipsius, Marcianistarum quam memorabant hæresim, unde eum reum moliebantur efficere, interrogati quæ esset, nescire se, manifesta professione responderint. Ex qua re evidenter agnoscitur, quia personam ipsius sine Dei respectu, non juste, sed contra animas suas sola gravare voluntate tantummodo voluerint. Nos itaque facto Concilio, sicut gestorum apud nos habitorum tenor ostendit, cuncta quæ erant necessaria perscrutantes ac tractantes, quoniam in nullo antedictum Presbyterum reum invenire potuimus; præcipue quia libellus, quem delegatis a vobis judicibus obtulit, rectæ fidei per omnia sinceritati concordat; eapropter eorundem judicum reprobantes sententiam, nostra eum definitione catholicum, & ab omni hæretico crimine liberum esse, Christi Dei Redemtoris nostri gratia revelante, denunciavimas. Quem quoniam ad vestram transmisimus sanctitatem, oportet, ut eum, sicut se cunctis exhibet, benigne suscipiat, & caritatem illi sacerdotalem impendat, atque a cuncta eum inquietudine tueatur, nec quemquam se in ejus molestia occupare permittat: sed sicut alios ab oppressione defenditis, ita huic vestra subtrahere solatia non debeatis.* Altera S. Gregorii Epistola ad *Mauricium Augustum* num. XVI. *Tertia* ad *Theoctistum cognatum Imperatoris*, n. XVII. Joannes Presbyter ab imposito sibi hæreseos crimine prorsus innocens declaratur, iisdem fere verbis ac Epist. XV. ad *Johannem Patriarcham.*

Athanasius vero Monachus ac Presbyter, postquam a Sancto Gregorio absolutus fuit, liberam ad suum Monasterium regrediendi licentiam ab eodem Pontifice, post Joannis Patriarchæ mortem, obtinuit, successori ejus

ejus Cyriaco etiam commendatus: quemadmodum constat ex *Epist.* LXVI. cui titulus, *Gregorius Athanasio Presbytero de Isauria*, quæ exstat Lib. VII. Indict. XIV. „ Sicut de eis, quos ab unitate Ecclesiæ, hæreticæ pravitatis error abscidit, affligimur & dolemus: ita his, „ quos intra sinum suum Catholicæ fidei professio continet, congaudemus. Et ut pastorali sollicitudine illorum nos oportet impietatibus obviare; sic piis horum professionibus congruit favorem impendere, & „ sincera esse quæ sapiunt, declarare. Atque ideo dum „ tibi Athanasio Presbytero monasterii Sancti Mile, cui „ est vocabulum Tamnaco, quod in Lycaonia est provincia constitutum, contraria integræ fidei fuisset orta suspicio; ut professionis tuæ potuisset integritas apparere, ad Apostolicam Sedem, cui præsidemus, elegisti recurrere, asserens etiam te corporaliter verberatum aliqua injuste ac violenter fecisse. Et quamquam ea, quæ vi impulsionis fiunt, Canonum minime censura recipiat, & jure habentur infirma; quia „ ipse ea dissolvit, qui injustum fateri fierique compellit: sed magis illa suscipienda est & amplectenda confessio, quæ ex spontanea voluntate monstratur procedere, sicut apud nos fecisse dignosceris. Nequid tamen nobis ambiguum potuisset existere, Sanctissimo „ Johanni quondam fratri & Coëpiscopo nostro Constantinopolitanæ Civitatis Antistiti, de te prævidimus scribendum, ut suis nos quid actum esset Epistolis informaret. Qui sæpe a nobis admonitus, rescribens innotuit, Codicem apud te fuisse inventum, in „ quo plurima continebantur hæretica: & ob hoc se adversus dilectionem tuam fuisse commotum. Quem quia „ ad nos studuit pro satisfactione transmittere, priores „ ejus partes sollicita lectione percurrimus. Et quoniam „ manifesta in eo hæreticæ pravitatis venena reperimus, „ ne denuo debuisset legi, vetuimus. Sed quia hunc te „ simpliciter testatus es legisse, & ad amputandam ambiguæ suspicionis materiam, libellum nobis manu tua „ porrexisti perscriptum, in quo fidem tuam exponens,

„ omnes

„ omnes generaliter hæreses, vel quidquid adversus Ca-
„ tholicæ fidei, vel professionis integritatem est, aper-
„ tissime condemnasti: & cuncta quæ sanctæ quatuor u-
„ niversales Synodi recipiunt, te semper recepisse, &
„ quæ condemnant, condemnasse, condemnareque pro-
„ fessus es: eam quoque Synodum, quæ Justiniani Im-
„ peratoris temporibus de tribus Capitulis facta est, &
„ suscipere & custodire promisisti, & prohibitus a no-
„ bis, Codicem ipsum legere, in quo pestiferæ fraudis
„ virus innexum est, libentissime consensisti: reprobans
„ etiam atque condemnans ea omnia quæ contra Catho-
„ licæ fidei integritatem in eo dicta vel latenter inser-
„ ta sunt, nec eum te legere denuo promisisti: Hac
„ ratione permoti, postquam etiam ex probati a te li-
„ belli pagina, fides tua nobis Catholica, Deo custodien-
„ te, perclaruit, ab omni te hæreticæ perversitatis macu-
„ la juxta professionem tuam liberum esse decernimus,
„ atque Catholicum, & sinceræ fidei in omnibus profes-
„ sorem atque sequacem, Christi Jesu Salvatoris gratia,
„ claruisse pronunciamus: liberam quoque tribuimus li-
„ centiam ad tuum Monasterium, in tuo te loco vel or-
„ dine nihilominus, remeare. De hoc quoque & dile-
„ ctissimo fratri nostro Constantinopolitanæ Civitatis An-
„ tistiti, qui in supradicti Sancti Joannis loco ordinatus
„ est, nostra volumus scripta transmitti. Sed quia con-
„ suetudo non est, ut prius quam ad nos ejus Synodi-
„ ca deferatur, debeamus scribere; idcirco distulimus.
„ Sed postquam ea nobis delata fuerit, ei hæc, dum
„ opportunum fuerit, indicabimus „. Id præstitit San-
ctus Gregorius lib. VII. Indict. XV. Epist. V. ad Cyriacum Patriarcham Constantinop. postquam ejus Synodicam accepit: sic scribens. *Præterea Joannem Chalcedonensem Presbyterum, & Athanasium Lycaoniæ, Sanctitati Vestræ commendo, ut nullus vobis contra eos falsidica locutione surrepat: quia eorum fidem subtiliter discussi, eosque rectos in suis confessionibus, quæ & scripto datæ sunt, inveni*. Missa hæc Cyriaci ad Papam Gregorium Synodica per Gregorium Presbyterum & Theodorum Diaconum:

num : qui quum Constantinopolim rediissent ; post discessum suum, narrantibus S. R. E. Diaconis, inventi sunt a S. Gregorio dixisse, *descendentem ad inferos Jesum Christum. omnes qui illic confiterentur eum Deum, salvasse, atque a pœnis debitis liberasse*. Quamobrem Sanctus Pontifex dedit ad eos Epistolam XV. Lib. VII. Indict. XV. quæ incipit : *Memor bonitatis vestræ atque caritatis, memetipsum valde reprehendo, quod vos ad remeandum citius relaxavi* : qua docet, quod *descendens ad inferos Dominus, illos solummodo ab inferni claustris eripuit, quos viventes in carne per suam gratiam in fide & bona operatione servavit. Quod enim per Evangelium dicit*: Quum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum, *omnia videlicet electa. Nam trahi ad Deum post mortem non potuit, qui se a Deo male vivendo separavit*.

Hæc igitur ex Epistolis S. Gregorii Papæ colliguntur, quæ famam sanctitatis & doctrinæ Joannis Jejunatoris minuere videntur. Primum & maximum, quod is *OEcumenicum Patriarcham* in suis Epistolis se inscribere, etiam monitus, non destiterit. Secundum, quod Pelagianum esse eum asseruit, qui affirmat mortuam, quum peccavit, Adæ animam. Tertium, quod scelesto cuidam Juvenculo nimium tribuere consuevit, ad cujus consilia is flectebatur. Quartum, quod deputati ab ipso Judices, innocentem Joannem Presbyterum Chalcedonensis Ecclesiæ, tamquam reum (1) Marciani-

(1) Gussanvill. in not. ad lib. VI. Indict. XIV. Epist. XV. *Quænam illa fuerit hæresis* (Marcianistarum nempe) *apud nullum auctorem legi. Legendum forte Marcionistarum*. Ita vir alter doctus nostro ævo, Marcianistarum hæresim fuisse in causa Joannis Presbyteri Imaginariam, sicuti imaginaria Jansenistica; & quemadmodem Judices illi, qui Joannem damnaverunt hæreseos, interrogati, quæ esset, nescire se responderunt : ita nonnullos, quæ sit Jansenistica, nescientes, ejus tamen alios temere reprehendere, in hanc S. Gregorii Epistolam scriptum reliquit. Verum quis nescit Marcianistas fuisse Messalianos, Euchetas, Enthusiastas, Adelphianos, a Marciano, Adelphio, Lampetio dictos, qui in Synodo Ephesina damnati sunt, Decreto edito, cujus initium : *Venientes ad nos pientissimi & religiosissimi Episcopi Valerianus & Amphilochius, proposuerunt in communi considerandum de Messalianistis &c.* Hunc ego virum (cujus nomen, honoris causa, occultum velim :) ad Timotheum Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyterum remitto, qui in lib. de receptione hæreticorum, apud Cotelerium Tom. 3. Ecclesiæ Græcæ Monument. pag. 400.

περὶ

ſtarum hæreſeos, condemnarint, quem ipſe Gregorius Papa in Synodo examinatum, liberum ab omni hæreſi judicavit. Quintum, quod Athanaſium Monachum & Presbyterum in Eccleſia Conſtantinopolitana fuſtibus cædi permiſit. Sextum denique, quod ejus Reſponſales Georgius Presbyter, & Theodorus Diaconus dixerint, deſcendentem ad inferos Chriſtum Dominum, omnes qui illic eum eſſe Deum confeſſi ſunt, ſalvaſſe, atque a pœnis debitis liberaſſe.

Eam ob cauſam, ac præſertim ob arreptum *OEcumenici titulum*, eumque, (repugnantibus licet Romanis Pontificibus Pelagio II. & Gregorio Magno,) conſtanter uſque ad obitum retentum, apud pleroſque Scriptores Latinos Joannes Jejunator magnam nomini ſuo infamiam comparavit. Huic, ut Euſtathius ſcribit, Eutychius adhuc vivens, elogio ſuo ſuffragari noluit, quum ægrotans, ab Imperatore de ſucceſſore requireretur, utpote qui nihil prævideret boni de homine, qui ex jugi & omnibus noto jejunio, popularem captans auram, eam ob rem intumuiſſet. Hujuſmodi etiam ductus hypocriſi, quum ad Epiſcopatum quæreretur, fugam ſimulans, non niſi coactus, eum ſuſcipere videri voluit; ut ipſi poſtea S. Gregorius Papa exprobravit; quæ pluribus expreſſa atque exaggerata apud Eminentiſſimum Baronium alioſque reperies: quin etiam Nicolaus Comnenus Papadopoli, dum Photianorum Jejunia in Prænot. Myſtagog. pag. 12. expendit, quamvis Græcæ Eccle-

περὶ Μαρκιανιστῶν, *De Marcianiſtis*, Græce & Latine ſic ſcribit: Μαρκιανισταὶ, καὶ Μεσσαλιανοὶ, *&c. Marcianiſtæ, Meſſaliani, Euchitæ, Enthuſiaſtæ, Choreutæ, Lampetiani, Adelphiani, & Euſtathiani: ita nuncupati, propterea quod variis nominibus ea hæreſis efferatur: Vocati autem fuerunt Marcianiſtæ, a Marciano Trapezita, qui vixit temporibus Juſtiniani & Juſtini junioris*. Cætera ibi legenda, ubi illius hæreſeos capita xix. recenſentur, a pag. 401. ad pag. 405. Quod igitur Judices, qui Joannem Presbyterum tamquam Marcianiſtam damnaverant, interrogati, quænam eſſet hæreſis Marcianiſtica, neſcire ſe reſponderint; hoc, inquam, mirum non eſt; quum talis tantuſque vir, de quo loquor, editis ſapientia plenis voluminibus clariſſimus, ſe etiam neſcire, quænam eſſet hæreſis illa, oſtendit. Quemadmodum autem non imaginaria, ſed veriſſima fuit Marcianiſtica hæreſis; ita de Janſeniſtica quoque ſentiendum eſt; tametſi non omnes, qui per calumniam Janſeniſtæ ab æmulis vocantur, veri ſint Janſeniſtæ. Hoc poſtremum viro doctiſſimo concedimus: illud primum, cum ſummis ſanctiſſimiſque Pontificibus, qui illam hæreſim damnarunt, omnino negamus.

clesiæ Patribus, Græcus & ipse, favens, continere se non potuit, quin Joannem hunc appellaret *primum Photianismi semen*; inquiens: *Et decuit hercle Photianos supra omnes terrarum orbis homines, supra omnes Christo hactenus inimicas sectas Jejunia celebrare, quippe ejus Joannis posteros, qui sibi a Jejunio nomen adscivit, quique primus OEcumenicum se dixit tanta protervia, ut æquissimas mitissimi Pontificis Gregorii Dialogi iras meruerit*. Primum enim omnium Byzantinorum Præsulum fuisse hunc Joannem, qui *OEcumenicum* se se inscriberet, tradit Eusebius Renaudotius de Perpetuitate Fidei Paris. 1709. pag. 13. & ante Renaudotium, Allatius pag. 228. contra Hottingerum, & Morinus de Pœnitentia pag. 615. edit. Venet. & alii. Idem quippe titulus decessoribus quidem Joannis oblatus legitur in Actis Conciliorum, Joanni nempe Cappadoci anno 518. & Mennæ anno 536. quemadmodum etiam Sancto Leoni Romano Pontifici a Patribus Synodi Chalcedonensis: verum nullus ante hunc Joannem, aut Episcopus Constantinopolitanus, aut Romanus Pontifex eo se se titulo in Epistolis suis appellavit, uti de suis decessoribus Sanctus Gregorius Papa disertim testatur, & nos supra de Byzantinis Episcopis ostendimus. Hinc Bollandiani Patres ad diem secundam Septembris, inter Prætermissos, *Joannem Jejunatorem* ponunt, his verbis. *Sancti Patris nostri Joannis Jejunatoris Patriarchæ Constantinopolitani, hac die memoriam celebrat Typicum Sancti Sabæ, ut vocant, cui suffragantur multi tam impressi, quam manuscripti Fasti Græci in Museo nostro asservati: quibus adde sacras Moschorum Tabulas. Joannes Molanus eum etiam annunciat in Additionibus ad Usuardum, Græcos sequutus. Verum tametsi Patriarcha ille popularem sanctitatis famam fuerit adeptus (quam Baronius aliique Scriptores Latini explodunt:) quum tamen S. Gregorius Magnus Papa indicet, eum monitis suis pertinaciter restitisse, ac in superba tituli* Œcumenici *usurpatione perstitisse usque ad mortem, ex laudati Gregorii verbis concludi posse videatur, illum e sacris Fastis excludimus, secundum dicta*

de hoc argumento in Historia Chronologica Patriarcharum Constantinopolitanorum ante Tomum primum mensis Augusti, Parergo VI. *pag.*70. *& sequentibus*. Joannes Diaconus in vita S. Gregorii Papæ, obstinatum Joannis Jejunatoris animum aperte declarat, his verbis: *Ceterum Joannes Constantinopolitanus hypocrita, qui ab Universalis nominis ambitione converti multis tergiversationibus recusabat, juxta ejusdem Patris prophetiam, judicia Domini super se vigilare cognoscens, post non multi temporis spatium, subita morte defungitur, & cujus ambitiosam superbiam totus capere mundus vix poterat, in unius sepulcri angustia facile collocatur*. Postremis hisce Joannis Diaconi verbis utitur S. Leo IX. Papa in Epist. ad Michaëlem Cerularium, additque, Joannem Jejunatorem a S. Gregorio Papa fuisse *excommunicatum*. *Successit quoque huic* (idest Eutychio) *Joannes, cujus superbiam quamvis universus mundus capere nequiverit, angustus tamen cespes* (i. e. tumulus) *post non multum temporis compressit. Hic nimiæ vanitatis novum nomen primus sibi usurpavit, ubi se a cunctis œcumenicum Patriarcham, idest, Universalem, & dici, & scribi debere decrevit. Pro qua utique præsumptione a Beatis Pontificibus Pelagio, & Gregorio digna perculsus est excommunicatione*. Et in alia ad eundem Michaëlem Cerularium Epistola. *Ecce ille Joannes vester, cujus vesanæ adinventionis adhuc hæredes permanetis, qui secundum Psalmistam, per vos adhuc vocat nomina sua in terris suis, quum interiit, non sumsit omnia, neque descendit cum eo gloria ad infernum: quia quum in honore esset, non intellexit. Ipse a Beatissimis Pontificibus Pelagio & Gregorio, successoribusque eorum, pro hac insolentia anathematizatus, in sua pertinacia irrevocabilis periit, jamque per quadraginta & quadringentos annos suæ contumaciæ sequaces præcipitare non cessavit*. Verum quidem est, quod S. Gregorius Sabiniano Diacono, suo apud Byzantium Apocrisiario, præcepit, ut cum Joanne non communicaret; falsum tamen est, quod Joannem ipsum S. Gregorius excommunicavit, idest, sacris obeundis inter-

interdixit. Quinimo, salva Catholica fide, rixam illam de *OEcumenici* vocabulo inter ipsum Gregorium & Johannem atque Cyriacum ejus successorem intercessisse, disertim affirmat in Epist. ad Eulogium & Anastasium, inquiens: *Et quidem inter nos & ipsum, sicut Vestra Beatitudo novit, propter appellationem profani nominis est gravis discordia; sed in causa fidei transmissos Responsales ejus existimavi esse suscipiendos: ne culpa elationis, quæ in Constantinopolitana Ecclesia pene contra omnes Sacerdotes exorta est, dissensionem fidei, & rixam Ecclesiasticæ faceret unitati. Eosdem vero Responsales, quia hoc omnino humiliter precabantur, Missarum solemnia mecum celebrare feci, quia, sicut & Serenissimo Domno Imperatori intimare studui, Responsales fratris & consacerdotis nostri Cyriaci mihi communicare debuerunt, quia, auctore Deo, in elationis errorem non cecidi: meus vero Diaconus cum prædicto fratre nostro Cyriaco Missarum solemnia celebrare non debet: quia per profanum vocabulum culpam superbiæ aut commisit, aut sequitur;* pacem secum nullo modo eum habiturum minatus, si hanc elationem non correxerit. Quamobrem Bollandianos Patres, prædictis S. Leonis IX. Papæ verbis inductos, dum pro certo affirmant, *Joannem in excommunicatione sibi inflicta a duobus Pontificibus, penes quos ligandi & solvendi potestatem esse, noverat, secure usque ad mortem perseverasse*; a veritate longius aberrasse constat, tum ex laudato ipsius S. Gregorii testimonio, tum auctoritate Eminentissimi Cardinalis Orsi, qui lib. 44. historiæ Ecclesiasticæ §. LVII. postquam tres *OEcumenici* vocabuli significationes exposuisset, mentemque Joannis ab hæretico sensu remotam quidem fuisse, sed gravissima eundem ob novum ac superbum ambiguæque significationis titulum usurpatum, reprehensione dignum dixisset; concludit, eundem Joannem neque ut hæreticum, neque ut excommunicatum a S. Gregorio fuisse habitum. Verba ejus hæc sunt. „ Ma non è vero, che Giovanni, „ dicono i suoi difensori, facesse uso di quel titolo in „ questo senso: (cioè, che Giovanni coll' usare il tito- „ lo

„ lo di Patriarca Ecumenico, si arrogava d'esser lui so-
„ lo Vescovo nella Chiesa:) Ne sono anch' io persua-
„ so, nè credo, che fosse alieno dal crederlo eziandio
„ S. Gregorio, perche altrimenti tenuto avrebbe Gio-
„ vanni per eretico, nè lo avrebbe tollerato nella sua
„ communione, com' è certo, che in essa lo tollerò,
„ e glie ne fece godere fino alla morte „. Sed & ipse S. Gregorius Lib. v. Epist. 64. Indict. xiv. anno scilicet 596. scripta, post Joannis mortem, quando vere laudari possunt homines, dicit, se alias scripsisse de re, de qua in ea Epistola agitur, *Sanctissimo Joanni quondam fratri & Coëpiscopo nostro Constantinopolitanæ Civitatis Antistiti*. Et paullo post: *De hoc quoque & dilecto fratri nostro Constantinopolitanæ Civitatis Antistiti, qui in supradicti Sancti Joannis loco ordinatus est, nostra volumus scripta transmittere*. Et in Concilio Nicæno secundo, œcumenico, Act. iv. lectum est Capitulum, ἐκ τοῦ βίου τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ νηστευτοῦ, ἐπισκόπου γενομένου τῆς αὐτῆς πόλεως. *De vita Sancti Patris nostri Joannis Jejunatoris, qui fuit Episcopus ejusdem urbis*. Isidorus denique Hispalensis, Gregorio fere suppar, de eo sic loquitur cap. 26. de Scriptor. Eccles. *Johannes sanctæ memoriæ Constantinopolitanus Episcopus, natione Cappadox, vir inæstimabilis abstinentiæ, & eleemosynis largissimus, ut zelo avaritiæ adversus eum Imperator Mauricius permotus, urbe pellendos pauperes ediceret*. Idque ipsum repetit in libro de viris illustribus. Qui certe *sanctitatis* tituli, etsi tamquam honorarii Episcoporum haberi possunt, qui tum viventibus, tum mortuis promiscue tribuuntur, (uti Bollandiani censent:) at in excommunicatione sibi a Romanis Pontificibus inflicta usque ad mortem perseverantibus convenire nequeunt. Præterea Anastasius Patriarcha Antiochenus, Gregorii Papæ amicissimus, & in Martyrol. Rom. ad 21. Aprilis inter Sanctos collocatus, una cum Mauricio Imperatore, scriptis ad eundem Papam literis, *non magni interesse ajebant, œcumenici titulum a Constantinopolitano Patriarcha usurpatum*: uti supra ex lib. 7. Epist. 27. osten-

ostensum est. Idque tandem post multa sæcula sive permittentibus, sive dissimulantibus Romanis Pontificibus, obtinuit, ut Catholici etiam Constantinopolitani Præsules eo titulo impune uterentur.

Qualem autem de sanctitate hujus Joannis opinionem habuerit Constantinopolitana Civitas post ejus obitum, eruitur ex Theophylacto Simocatta, qui ineunte septimo sæculo floruit, & lib. 7. historiarum cap. 6. inter res a Mauricio Imperatore gestas hæc refert. „ Ante quatuor hosce annos (rursum enim ad antiquiora „ revolvitur narratio) Joannes Ecclesiæ Byzantinæ Præ„ sul, hujus lucis usuram reddidit, qui, quod volupta„ tes egregie pessumdaret, & vitiosas animi motiones „ compesceret, ventrique assiduum bellum faceret, *νηστευτής*, *Jejunator*, a Byzantiis cognomentum tulit. Fer„ tur quoque a Mauricio complura talenta mutuatus, „ syngrapham illi dedisse, & rem familiarem pignori „ opposuisse. Postquam die suo est perfunctus, Mauri„ cius in ejus facultates inquirens, paupertatem confe„ ctatum invenit; ac magnopere singularem Hierarchæ „ sanctimoniam admiratus, syngrapham paulo ante con„ scriptam gratuito conscidit. Nihil siquidem aliud in„ venisse ajunt, præter lectum ligneum, & laneum stra„ gulum nullius pretii, ac deformem penulam: vili e„ nim vestitu delectabatur vir frugalitate vitæ conspi„ cuus. Atque ista, ista inquam, grandi pecuniæ & In„ dicis lapillis Mauricius anteponens, in Palatium trans„ fert, iisque glorians, vernis Christianorum Jejuniis „ (in Quadragesima) aureos gemmatosque lectulos & „ stragula serica valere jubens, ligneo Antistitis cubili „ totam noctem incubat, quum se divinam quandam „ gratiam inde percepturum arbitraretur.

Decessit Joannes (1) die 2. Septembris anno Chr. 595. ad quam diem Typicon S. Sabæ memoriam ejus celebrat: Τȣ̃ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννȣ τȣ̃ νηστευτȣ̃, πατριάρχȣ Κων-

(1) Apud Card. Orsi histor. Eccles. lib. 44. num. LVII. pag. 175. Maimburg. lib. 2. pag. 101. & seq. perperam asserit memoriam Sancti Joannis Jejunatoris in Menologio coli a Græcis ad diem 25. Augusti. „ Che la Chiesa ha sempre onorato co„ me un Santo „ e nel suo Menologio ne fà memoria a' 25. di Agosto.

Κωνςαντινȣπ. *Sancti Patris nostri Joannis Jejunatoris, Patriarchæ Constantinopolitani*. Menologium Basilianum sub Basilio Porphyrogenito exaratum, ad eandem diem. „ Memoria S. P. N. Joannis, Patriarchæ Constantinopo- „ litani Jejunatoris. Sanctus Pater noster Joannes, co- „ gnomento Jejunator, natus est Constantinopoli: vixit „ autem temporibus Justini, Tiberii, & Mauricii Im- „ peratorum. Hic primum quidem statuariam artem „ exercuit: χαράκτης δὲ ὢν τὴν τέχνην (1): deinde ob „ multas & egregias ipsius virtutes, Patriarcha ejusdem „ magnæ urbis renunciatus est. Fuit autem pauperum „ amator, misericors, & miserator: sed & multa mi- „ racula patravit. Nam precibus suis barbaras gentes ex „ Macedonia fugavit, urbemque gravissima peste libera- „ vit, & multos infirmos curavit, obsessosque a Dæ- „ monibus sanavit. Orationes denique animæ utilissi- „ mas, instar magni Joannis Chrysostomi, conscripsit. „ Quum vero populum suum sancte pieque rexisset, sa- „ cramque Ecclesiam annis tredecim, mensibus quinque „ optime gubernasset, atque ad summam senectutem „ pervenisset, in pace beatam sanctamque animam suam „ Domino tradidit, & sepultus fuit; ornatam virtuti- „ bus vitam suam & reliqua a se præclare gesta in exem- „ plum cunctis relinquens „. Pingitur, Pontificali habitu indutus, expansis manibus, cum nimbo circa caput, stans ante Templum Sanctorum Apostolorum: sic enim & in synaxarii quod in Menæis magnis excusum est, fine legitur: ἐκήδευσαν δὲ αὐτὸν ἔνδον τȣ̃ θυσιαςηρίȣ τῶν ἁγίων Ἀποςόλων ὡς ἄξιον. *Sepelierunt autem eum tamquam dignum intra Altare Sanctorum Apostolorum*. Ad eandem quippe Septembris diem secundam, una cum S. Mamante Martyre, officio peculiari colitur a Græcis. Fasti Moschorum in synaxario eadem die: *Item S. P. N. Joannis Jejunatoris, Constantinopolitani, qui antea aureos*

(1) Χαράκτης, *arte* statuarius, vel juxta Moschum *nummorum fabricator*, vel *sigillorum artifex aut cælator*, ut Raderus hanc vocem ex Menæis interpretatur. Nicephorus Callistus lib. 18. cap. 34. *Vir ex idiotarum quidem ille & opificii non inhonesti ordine progressus*. In libro Basilicorum, & in Ecloga Alphabetica, χαράκτης pro *Monetario* accipitur.

reos nummos fabricabat. In Tabula prima Ephemeridum Ruthenicarum, quæ exſtat in Biblioth. Vat. & a nobis edita Tom. V. *Kalendar. Eccleſiæ Univerſæ* pag. 220. *Joan Poſtnik*, *Joannes Jejunator*: non *Potnica*, uti perperam habet Papebrochius pag. 43. ubi addit: *Vita utinam aliqua extaret*.

Fabricius Tom. x. Biblioth. Græc. pag. 164. *Vitam ejus* (Joannis Jejunatoris) *ſcripſit Nicephorus CP. Patriarcha, quæ manuſcripta habetur, in codice* 276. *Regis Galliæ, teſte Cangio in notis ad Zonaram pag.* 62. *citaturque in Concilio Nicæno Secundo, Actione Quarta. Additque ad oram: Photino Presbytero Conſtantinopolitano male a Caveo tribuitur*. Verum idem ipſe Fabricius Tom. VIII. Bibl. Græc. dum Indicem texit *ſcriptorum in Actis Synodi ſecundæ Nicænæ laudatorum*, pag. 790. ſeipſum emendat, ſic ſcribens: *Photinus Presbyter Conſtantinopolitanus in Joannis* Νηςευτȣ̃ *Epiſcopi Conſtantinopolitani Vita*. Et jure quidem meritoque: Nam Act. IV. Synodi Nicænæ ſecundæ (edit. Venet. pag. 922. Græce & Latine ſic legitur. φωτεινȣ̃ τȣ̃ θεοφιλεςάτȣ πρεσβυτέρȣ ϰ̀ ἐκκλησιεκδίκȣ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας κωνςαντινȣπόλεως: *Photini Deo amabilis Presbyteri, & Defenſoris Sanctiſſimæ magnæ Eccleſiæ Conſtantinopoleos*. ἐκ τȣ̃ βίȣ τȣ̃ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννȣ τȣ̃ νηςευτȣ̃, ἐπισκόπȣ γενομένȣ τῆς αὐτῆς πόλεως. *De vita Sancti Patris noſtri Joannis Jejunatoris qui fuit Epiſcopus ejuſdem urbis*. Vitæ autem illius ſcriptorem fuiſſe & *Photinum*, & Joannis ipſius Jejunatoris æqualem, conſtat ex iis quæ in eadem vita leguntur: ſic enim incipit. „ Adhuc nec hoc lateat miraculum, nec indulgeamus „ egregio Patri hoc dudum maxime celare acceleranti. „ Nam nox quidem erat, & deambulabamus cum velocitate multa, utpote in terram ultra poſitam, Mauricium (A) Imperatorem adituri: Mauricium, qui dudum quidem juſtiſſimus, & mitiſſimus fuit; nunc autem „ & Martyr: hoc enim profundiſſimus ei draco & tyran-

(A) Mauricio charus fuit dum vixit Ioannes Iejunator: Filium enim ejus *Theodoſium, annos quatuor cum dimidio* natum, menſis Martii die 26. die Paſchatis, Indict. VIII. anno Chr. 590. idem Joannes coronavit. Vide Theophanem & Auctorem Chronici Alexandrini.

„ nus etiam nolendo donavit. Quum ergo festini am-
„ bularemus, mulier quædam speciosa valde tam veste,
„ quam vultu & anima, quæ dives admodum fuerat, sed
„ non putabatur, propter calamitatem quæ inerat ei,
„ procul apparuit mihi mixta cum multitudine fratrum
„ nostrorum pauperum, quæ (1) persecutionem ab his
„ passa, qui super isto erant ordinati, nequaquam rece-
„ debat, sed cum lacrymis verecundata propter natu-
„ ram, necessitatis tamen causa impudenter inferebat
„ molestiam. His visis, ordinem, in quo fueram depu-
„ tatus, relinquo, & apprehendo mulierem: & quidnam
„ vellet, interrogabam. At illa: virum, inquit, habeo,
„ Dæmonium habet: & tertius annus est iste ex quo de-
„ nis millibus, ut ita dicam, venerabilibus locis & re-
„ ligiosis hominibus hunc miserum obtuli, & nihil obti-
„ nere amplius valui. Ad extremum ego nunc ab eremo
„ veni: nam ille ipse, qui in ea præ omnibus fere san-
„ ctis miracula facientibus, in patrandis miraculis testi-
„ monium habebat, ad curationem (2) exhortans: va-
„ de, inquit, ad Joannem Patriarcham magnum, in-
„ deque feres cum benedictione summi sacerdotis Dei om-
„ mnipotentis, Imaginem Virginis Matris Dei: & ibis,
„ & portabis Imaginem in domum, in qua habitasti in
„ terra tua. Ecce enim mittes de cetero virum tuum,
„ & locabis eum in atriis domus tuæ: & non videbit ci-
„ vitatem Regis magnam, ad quam nunc proficisceris:
„ & exaltabis & pones similitudinem, & fiet sanctifica-
„ tio domui tuæ: & erit, ut omnis quicumque habita-
„ verit in ea, benedictione benedicatur: & ecce fuga
„ fugiet & alienatus erit spiritus, & ultra non appropin-
„ quabit ei, eo quod Dominus prope sit, & in sæcula
„ gloria ejus. Amen. His dictis, adduco eam ad Patriar-
„ cham die sequenti, qui (3) sexta feria consueverat in
„ Dei genitricis templo juxta ingressum facto celebrare:
„ &

(1) Rejecta ab his.
(2) Ad curationem & ipse nihil proficiens.
(3) Dum sexta feria de more in Dei genitricis propinquum Templum esset ingressurus.

„ & refero negotii (1) circumſtantiam, nunc quidem „ valde juveniliter ſimul & rhetorice, nunc autem ſum„ miſſe ac dolenter: & gaudebam, ſuadere ſperans pari„ ter & laudari, eo quod ita pias aſſererem propoſitio„ nes. Adhuc (2) autem mihi mæſto & docenti: quo„ niam Eremita, ò Domine, dixit a Deo motus, quod „ merito vos Domine expulſurus ſis: interdicit ſermo„ nem meum, & furore fervens: etiam Domine, etiam „ Domine, vocem extollens eremita clamabat: etiam, „ ut ego Dominus ejiciam Dæmonem; ut dicam, tibi „ dico immundo, exi a figmento, & vade huc atque „ illuc, & ad inviſibile: talia jubes ut garriam homo „ ſordidus & peccator: ſi eſtis mira operantes, meum „ ejicite ſpiritum. Orationum eges multarum, frater „ Photine, per orationes ſanctorum. Sic præter ſpem „ inhonoratus, recedebam erubeſcens „. Reliqua. Ex quibus apparet, vitæ hujuſce ſcriptorem, *Photinum* eſſe, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Presbyterum & Defenſorem, non *Nicephorum Conſtantinopolitanum Patriarcham*; tum quia *Photinus* diſertim appellatur, tum quia Nicephorus Patriarcha, Johanne Jejunatore fuit ætate longe poſterior: ab anno enim 806. ad 815. in Byzantino throno ſedit, ubi Joannes Jejunator (uti ſupra dictum eſt) Patriarchatum Conſtantinopolitanum ab anno 582. ad 595. obtinuit, notus nomine Νηςευτȣ̃ ſive Jejunatoris: in Synodo autem Nicæna ſecunda, *Sancti Patris noſtri* titulo decoratus: Ejus proinde memoria a doctiſſimis Latinorum eſt vindicata, cultumque ita, uti a Græcis in Menæis, Anthologio, & Horologio ad diem 2. Septembris peragitur, ſacra Congregatio correctioni Librorum Eccleſiaſticorum Orientalium deputata, poſt longum examen, ſine ulla contradictione permiſit.

Inter ſcripta Jejunatoris quæ exſtant, principem locum obtinet *Libellus Pœnitentialis*, ſive, ut ab Allatio lib. 3. de conſenſu utriuſque Eccleſiæ cap. 17. §. 10. inſcribitur, *Praxis Græcis præſcripta in Confeſſione pera-*

 gen-

(1) Caſum adverſum.
(2) Adhuc autem mihi docenti & cum libertate dicenti.

genda, Ἀκολουθία καὶ τάξις ἐπὶ ἐξομολογουμένων, συνταγεῖσα ὑπὸ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ, *Series & ordo servandus in sese confitentibus, compositus a Sancto Patre nostro Joanne Nesteuta*. Incipit. εὐλογεῖ ὁ ἱερεὺς καὶ ἄρχεται τὸ, τρισάγιον, τὸ, παναγία τριάς. τὸ, πάτερ ἡμῶν &c. *Benedicit Sacerdos. Tum dicit. Trisagion. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Venite adoremus. Præterea* Psal. VI. *Domine, ne in furore tuo arguas me*. Et Psalmum XXIV.. *Ad te Domine levavi animam meam*. Et Psal. XXXI *Beati quorum remissæ sunt. Gloria, & nunc. Alleluia, ter*. Et rursus recitat Psal. XXXVII. *Domine, ne in furore tuo*. Et Psalm. LXIX. *Deus in auxilium meum*. Et Psal. L. *Subdit Troparium*: τὴν ταπεινήν μου ψυχὴν *Humilem animam meam. Et Nunc, Deiparæ continuo*. Tum hanc quæ sequitur Orationem legit. κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πάντων πατὴρ καὶ δεσπότης, καὶ πάντα ἐπιβλέπων. *Domine Deus noster, omnium Pater & dominator, & omnia conspiciens, & iis, qui ad te per pœnitentiam propriorum peccatorum convertuntur, eorum remissionem, humane admodum, elargiens; qui Davidis post delictum per confessionem misertus es*. Cætera apud eund. Allatium ex Codicibus Mss. Bibliothecæ Barberinæ signatis n. LXXIX. CCXLV. & CCCII. in Lib. 3. de consens. cap. 17. a p. 1313. ad 1325. Idem Ordo in Cod. Mss. Vat. 828. pag. 342. & apud Joannem Morinum ad calcem Tractatus de Sacramento Pœnitentiæ, ubi antiquos Pœnitentiales exscribit, ex Codice Bibliothecæ Altæmpsianæ pag. 77. edit. Paris. 1651. hoc titulo prænotatur, Ἀκολουθία καὶ τάξις ἐπὶ ἐξομολογουμένων συνταγεῖσα ὑπὸ τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ νηστευτοῦ. Incipitque. λαμβάνει (1) ὁ ἱερεὺς τὸν μέλλοντα ἐξομολογήσασθαι, καὶ ἱστᾷ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ψάλλει μετ᾽ αὐτοῦ τὸ τρισάγιον, καὶ ψαλμὸν ἕκτον κύριε μὴ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, καὶ ψαλμὸν κδ. πρός σε κύριε ἦρα τὴν ψυχήν μου. καὶ ψαλμὸν ν'. ἐλέησόν με ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. καὶ δοξάζει. εἶτα λέγει ψαλμὸν λά, μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι. καὶ ψαλμὸν ξθ'. ὁ θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου.

(1) In Cod. Vat. 828. λαμβάνειν δεῖ τὸν ἐξομολογούμενον &c. Assumat oportet, Sacerdos eum qui est peccata confessurus, &c.

μου πρόσχες. καὶ ψαλμὸν ρα΄. κύριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, ϗ ἡ κραυγή μου. δόξα. ϗ λέγει τροπάριον ἤχου δ΄. τὴν ταπεινήν μου ψυχὴν ἐπισκέπτου. Ἄλλο διαπλέον τὸ πέλαγος. τῇ θεοτόκῳ ἐκτενῶς προσδράμωμεν. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιλέγει ϗ τὴν ὑποτεταγμένην εὐχήν. κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πάντων πατὴρ ϗ δεσπότης &c. „ Assumit Sacerdos peccata confessurum, & „ sistit eum coram Altari, cantatque cum eo Trisagium, „ & Psalmum XXIV. *Ad te Domine levavi animam meam*. „ Et Psalmum L. *Miserere mei Deus secundum magnam* „ *misericordiam tuam*. Et dicit, *Gloria*. Postea recitat „ Psal. XXXI. *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates*: „ Et Psal. LXIX. *Deus in adjutorum meum intende*. Et „ Psal. CI. *Domine exaudi orationem meam, & clamor* „ *meus*. *Gloria*. Et dicit Troparium tono quarto. *Hu-* „ *milem animam meam visita*. Aliud *navigans pelagus*. „ *Ad Dei genitricem sedulo nunc confugiamus*. Postea „ sequentem recitat orationem „. Domine Deus noster „ omnium pater & Dominus &c. Μετὰ ταῦτα παρασκευάζει αὐτὸν ἀσκεπῆ τῇ κεφαλῇ, τρεῖς γονυκλισίας ποιεῖν &c. „ Po- „ stea ipsum disponit & monet, ut aperto capite, tres „ genuflexiones faciat, faciens & ipse similiter „. Et „ postquam surrexit, sic eum instituit & monet. οὐκ ἐγώ σου, τέκνον μνευματικὸν, τὴν ἐξομολόγησιν προηγουμένως δέχομαι &c. „ Spiritualis fili, ego confessionem tuam pri- „ mario & præcipue non recipio, nec tibi Absolutio- „ nem concedo, sed per me Deus (illius enim est opus „ ejusmodi) peccatorum tuorum confessionem suscipit, „ & per nostram vocem, horum remissionem dispensat & „ largitur „. Cætera usque ad Lectionem ex Ezechiele, „ & ex Evangelio Lucæ „. Tum vero uterque Codex, Allatianus nempe, & Vaticanus seu Altæmpsianus subjungunt. ποιήσας οὖν τρισάγιον &c. „ Quum igitur Trisagion „ perfecerit, & iterum Troparia Toni quarti, *Humi-* „ *lem animam meam*. Aliud. Enavigans pelagus. *Ad Dei* „ *genitricem sedulo nunc confugiamus*. Postea quum ter „ dixit, *Domine propitius esto*, similiter &, *Domine par-* „ *ce*, & *Kyrie eleison* quadragies, & inclinationes simi- „ liter quadragies, ἀμφότεροι ἀπολύονται, ambo di-

„ mit-

„ mittuntur. Allatianus, ϰ̀ ἀπολύει, *& dimittit Pœniten-* „ *tem*, hucuſque „. At vero Vaticanus & Altæmpſianus apud Morinum pag. 83. Græce & Latine longe plura exhibent. Sic enim incipiunt. μετὰ δὲ τὸ τελειῶσαι τὴν προγραφεῖσαν Ἀκολουθίαν, συγκαθίσας αὐτῷ λέγει. τί τέκνον ἰσχύεις φυλάξαι; „ Supraſcripta officii conſequentia pe- „ racta, ipſi aſſidens, dicit: Fili, quid vales obſerva- „ re? Pœnæ enim imponuntur ſecundum vires & volun- „ tatem eas ſuſcipientis, & non ſecundum peccatorum „ proportionem: Contingit enim eum qui pauca pecca- „ vit, quum animo eſt bono & prompto, pœnas ſive „ epitimia magna libenter accipere, ut non modo pec- „ catorum remiſſionem referat, ſed etiam coronam: „ iſtum vero, qui multa peccavit, quum animo eſt re- „ miſſo & ſegni, caſtigatione affici parum ſevera, ne „ pœnæ gravitate abſorbeatur, & animo languens, om- „ nia deſerat „: Reliqua circa modum & differentias imponendi pœnas iis, qui peccata ſua Sacerdoti confitentur apud eund. Morinum a pag. 83. ad p. 90. quibus Je- „ junator hæc addit. ;„ Non ſum neſcius, (1) me pro- „ pter iſtam œconomiam & diſpenſationem nimium hu- „ manæ infirmitati compatientem, a Deo communi om- „ nium judice condemnandum fore. Sed tamen melius „ mihi eſt in ejuſmodi ſic judicari, quam ut inhuma- „ nus & auſterus laudari. *Et poſt pauca*. Hæ ſunt defini- „ tiones epitimiorum leviſſimorum quidem, & nimia re- „ laxatione facillimorum a me traditorum. Iſtius diſcre- „ tionis & moderationis auxilium dedit nobis magnus Ba- „ ſilius, dicens: Hæc omnia ſcribimus, ut Pœnitentiæ „ fructus probemus: non enim omnino iſta tempore ju- „ dicamus; ſed attendimus ad modum & formam Pœ- „ nitentiæ. Cui autem Dei clementia poteſtatem credi- „ dit ſolvendi & ligandi, auctoritatem quoque habet, „ ſi

(1) Joannem Jejunatorem indulgentem nimis eſſe, Nicolaus Patriarcha CP. apud Harmenopulum affirmat, ſic ſcribens: „ Scriptum illud Canonicum Jejunato- „ ris, quod nimiam lenitatem adhibeat, compluresꝗ perdidit. at qui quod bonum „ eſt norunt, corrigentur „. Aliorum Græcorum teſtimonia, quibus Joannes, licet ſeverus admodum, tamen multum remiſiſſe videtur a priorum rigore, producit Morinus Lib. VI. de Poenitentia cap. XXIII. §. 4. Sed hac de re infra dicam.

„ si humanitate uti velit, videns in Peccatore Confessionis & Pœnitentiæ excessum, minuendi pœnarum tempus; nec ideo erit condemnationi obnoxius, historia sacra nobis notum faciente eos qui majore cum labore peccata confitentur, celerius Dei misericordiam consequi. Si vero aliqui a propriis moribus difficillime avelli possint, & voluptatibus malunt quam Deo servire, vitamque secundum Evangelium non suscipiunt, nullus est nobis cum ipsis sermo communis. Nos enim edocti sumus audire, in populo inobediente & contradicente, servando serva tuam ipsius animam: Non igitur consentiemus unacum alienis peccatis perire, sed grave Dei judicium reformidantes, & tremendam illam diem præ oculis habentes, cum illis perire ne velimus. Optimo Deo nostro gloria sit in secula seculorum. Amen „. Hactenus liber Pœnitentialis ex Codd. Vaticano & Altæmpsiano: quibus consentire arbitror Codices Bibliothecæ Regiæ Parisiensis, videlicet, *Methodus confitendi peccata* Cod. 364. 1259. 1321. 1374. *Canon Pœnitentialis* Cod. 1318. 1330. 1342. 1375.

Idem ipse Liber *Pœnitentialis*, pro suo cujusque scriptoris arbitratu, videtur nunc integre unacum Proœmio exhibitus, nunc in Epitomen redactus: adeo ut vix discerni possit, quodnam sit genuinum Joannis Jejunatoris opus: Plura siquidem exstant in eandem rem syntagmata, quæ Johannis Jejunatoris nomen præferunt. Ac primo Codex Græcus, ex Bibliotheca D. Caroli Demontchal Archiepiscopi Tholosani a Morino exscriptus, hoc prænotatus titulo. Ἰωάννου μοναχοῦ, πατριάρχου κωνσταντινουπόλεως τοῦ νηστευτοῦ, λόγος πρὸς τὸν μέλλοντα ἐξαγορεῦσαι ἑαυτοῦ πνευματικὸν πατέρα, *Joannis Monachi, Patriarchæ Constantinopolitani, Jejunatoris dicti, sermo ad eum qui peccatorum confessionem Patri suo Spirituali est editurus.* Incipit. ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς, ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ παῖς, ὁ διὰ ἁμαρτωλῶν σωτηρίαν γενόμενος ἄνθρωπος, εἰδὼς ἡμῶν τὸ ὀλισθηρὸν καὶ τῆς φύσεως τὸ ἐνόλισθον &c. *Dominus noster Jesus Christus, Unigenitus Dei filius, qui propter peccatorum salutem homo factus est, cognoscens naturæ nostræ lubri-*

bricum, lapsibus variis obnoxium, & quod mens hominis a juventute sua perpetuo & sollicite inclinat in res malas; nullo modo eorum curam deseruit, sed legem eis ad auxilium dedit, Angelos custodes præposuit, Prophetas, Apostolos, Episcopos, Presbyteros, Doctores misit ad eos Spirituales doctrinas edocendos, Monachos insuper ad exhortandum, ad confessiones apud ipsos cum Pœnitentia edendum, ut nullam obtrectator & hostis noster adversum nos noxæ inferendæ occasionem inveniat, neve nos post casum in desperationem salutis, laqueis & tendiculis suis inducat & irretiat, sed intra salutis portum Deus dirigat. Pergit per familiarem instructionem docens, qua ratione non modo confitens Confessionem pie & integre edat, sed etiam sacerdos confessiones excipiat, Pœnitentiam imponat & reconciliationem præstet. Ne sermonis autem amplitudine Lectori tædio sit, multa prætermittit Joannes, præsertim quæ spectant peccatorum enarrationem. describere contentus catalogum, crimina quæ confitenda sunt, nomine tenus complectentem, ab iis verbis quæ Morinus pag. 93. Græce & Latine exhibet. ὀφείλει δὲ ὁ ἐξαγορευόμενος ποιεῖν μετανοίας ἐν τῇ εἰσόδῳ τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, καὶ λέγειν ἐκ τρίτου, ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ κύριε ὁ θεὸς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς πάντα τὰ ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας μου &c. *Debet autem qui confitetur, tres Pœnitentias (idest* genuflexiones,) *facere in introitu Sancti Altaris, terque dicere, Confiteor tibi Pater, Domine Deus cæli & terræ, omnia, quæ in abscondito cordis mei sunt. His dictis, eum erigit* (Sacerdos) *& utroque stante*, Sacerdos *qui confessionem excipit, eum interrogare debet cum omni hilaritate, ipsumque, si fieri potest, deosculari, manusque ejus qui confitetur, præsertim si viderit eum animo dejectum, & intolerabilem aliquam tristitiam & pudorem ipsi dominantem, voce mansueta & serena sic alloquitur*. περὶ πίστεως, περὶ ἱεροσυλίας, περὶ αἱρέσεως, περὶ βλασφημίας &c. *De fide, de sacrilegio, de hæresi, de blasphemia, & reliqua*. Tum vero generales Pœnitentiæ imponendæ regulæ traduntur, videnturque compendio, quæ Pœnitentialis præcedens liber fuse explicavit,

vit; contrahi: ſic enim habet pag. 94. καὶ μετὰ τὸ ἐρωτῆσαι αὐτὸν ἢ αὐτὴν ταῦτα, ἀποσκεπάζει αὐτὸν, ἐὰν ἐςι καὶ ὁ τὸ διάδημα φορῶν, εἰ δὲ γυνὴ, οὔ. εὐχή. ὁ Θεὸς, ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ὁ διὰ τοῦ προφήτου σου Ναθὰν μετανοήσαντι τῷ Δαβὶδ. *Poſtquam autem eum, vel eam interrogavit, tum detegit eum, etiamſi diadema gerat, non autem, ſi mulier.* Oratio. *Deus Salvator noſter, qui per Prophetam tuum Nathan, David de propriis peccatis pœnitentiam agenti veniam tribuiſti* &c. Alia oratio. *Ipſe igitur ſervator noſter & Dominus Jeſus Chriſtus dimittat tibi omnia quæ coram ipſo meæ exiguitati confeſſus es* &c. Alia oratio. *Domine Deus noſter qui Petro & meretrici per lacrymas remiſſionem peccatorum donaſti &c.* Oratio alia ad ſolvendum Confitentem, poſtquam Pœnitentiæ tempus implevit. *Here Domine Deus noſter, qui portis clauſis, diſcipulis tuis adfuiſti, donanſque illis pacem, dixiſti: Quorum remiſeritis peccata, remittentur eis* &c. *Poſtquam eum erexit a terra, & caput tegere juſſit, cum ipſo conſidere debet, & interrogare, quodnam mandatum ſervare poteſt. Non enim Pœnitentiam imponens, quam libuerit pœnitentiam illi dare debet; neque quod decet & peccata poſtulant, ſed quod ſervare eligit, pœnitentiam ſuſcipiens.* Reliqua, cum iis conferenda, quæ in Pœnitentiali apud eundem Morinum ſupra p. 83. traduntur. Porro de auctore hujus operis, hæc eſt ejuſdem Morini pag. 91. ſententia. „ An Johannes Patriarcha iſtius Ser„ monis ſit revera autor, an vero aliquis eum ex ipſius „ Pœnitentiali expreſſerit, difficile dictu eſt. Quum vero „ Codicis titulus Patriarcham Joannem Jejunatorem præ„ ferat, nullumque contrarii indicium nobis præſto ſit, „ illius autor ſit nobis Joannes Patriarcha. Longe aber„ rare non poſſumus, quum certum plane ſit, aut ipſum „ eſſe illius autorem, aut e ſuo expreſſum „ Hactenus Codex Græcus Archiepiſcopi Tholoſani.

Codex Vaticanus Archetypus, unde Morinus *Joannis Monachi Canonarium* a pag. 101. ad 117. exſcripſit, hunc præfert titulum apud eundem Motinum: exſtat autem in Cod. Vat. 430. a fol. 155. ad fol. 174. & Cod. Vat. 640.

a fol. 208. ad fol. 223. & in Cod. 283. Bibl. Cæsar. apud Lambecium Lib. 5. pag. 236. a fol. 144. ad 159. & Lib. 4. pag. 196. Cod. 184. Ἰωάννȣ μοναχȣ̃ ϗ διακόνȣ, μαθητȣ̃ τȣ̃ μεγάλȣ βασιλείȣ, ȣ̃τινος ἡ ἐπωνυμία, τέκνον ὑπακοῆς, κανονάριον, διαγορεύον περὶ πάντων λεπτομερῶς παθῶν, ϗ τῶν τȣ́τοις προσφόρων ἐπιτιμίων, περί τε τῆς ἁγίας κοινωνίας, βρωμάτων τε, καὶ πομάτων, ϗ εὐχῶν λίαν συμπαθέςατον: *Joannis Monachi & Diaconi, discipuli magni Basilii, cui cognomentum est, Filius obedientiæ, Canonarium, sigillatim explicans pravos animi affectus, morbosque, & Pænitentias his convenientes, necnon quæ de Communione, cibo, potu, & oratione, observanda sunt, clementer admodum definiens*, Incipit. τῆς θείας ϗ παναγάθȣ τȣ̃ ὑπεραγάθȣ ϗ ἀληθινȣ̃ χριςȣ̃ θεȣ̃ ϗ σωτῆρος ἡμῶν μακαρίας χρηςότητος, πάντοτε ϗ πανταχȣ̃ ϗ κατὰ πάντα εὐεργετȣ́σης ἡμᾶς δι' οἰκείαν ἀγαθότητα ϗ τὰ ἡμῶν ἅπαντα ἐκπληρȣ́σης θελήματα, χρὴ καὶ ἡμᾶς τὰ ὄντα, κἂν μικρὸν ἑαυτȣ̀ς ἐπιγινώσκειν, βȣλομένȣς διὰ τῆς οἰκείας προσοχῆς, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο ἴσχυσε συμφέρειν, μᾶλλον δὲ ἐὰν προαιρȣ́μεθα κἂν γȣ̃ν τῆς αὐτȣ̃ μεγαλωσύνης ἀνακηρύττειν τὰ ἔνδοξα, ϗ τῶν αὐτȣ̃ εἰς ἡμᾶς μεγίςων εὐεργετημάτων ἀνακαλύπτειν τὰ ἐξαίρετα. *Quum divina & optima, beataque Christi veri Dei, omnia bona superantis, & servatoris nostri benignitas, semper & ubique & secundum omnia per nativam bonitatem beneficiis nos cumulet, & omnes voluntates nostras compleat; oportet nos quoque, licet quæ vera sunt & rebus intima parum cognoscamus, sponte tamen velle proprio studio & attentione, quamquam nihil aliud proficere valeat, prædicare gloriosa majestatis ejus encomia, & demonstrare maxima & eximia ejus in nos benefacta*. Sequitur Prologus apud eund. Morinum a p. 102. usque ad p. 105. ubi hæc adnotatio legitur. ἐνταῦθα τέρμα τȣ̃ καλȣ̃ προοιμίȣ, *Hic finis est pulcri Proœmii*. Tum vero prosequitur. Ἄρξομαι τῇ τȣ̃ ἀγαθȣ̃ θεȣ̃ συνεργείᾳ ϗ ἐνεργείᾳ τὰς ποσότητας ϗ ποιότητας, καὶ διαφορὰς ἤδη ἁμαρτημάτων τῶν τε κατὰ φύσιν, ϗ παρὰ φύσιν λεπτομερῶς ὡς οἶμαι κατὰ τὴν ἀπὸ τῶν ἑτέρων ἐξαγγελιῶν ἅπαντα διαγράφειν ἐπίγνωσιν &c. *Deo bono cooperante viresque immittente, jam incipiam particulatim describere*

quan-

quantitates, qualitates, & differentias peccatorum, tam quæ sunt secundum naturam, quam quæ contra naturam, omnia, ut opinor, juxta cognitionem, quam ex aliis Confessionum formulis depromsimus. Nec hoc solum præstabimus, sed etiam qua ratione confessorum (1) *unusquisque ista inquirere & scrutari debet: & iterum quomodo qui plectuntur, debent pœnas in Confessionibus a Confessoribus impositas suscipere. Antea autem, & in primis peccatorum species & quantitates describemus, quales sunt & quotæ: & sic postea differentias minorum, mediorum & magnorum, hæc desiderantibus, edisseremus.* Cætera usque ad pag. 117. Idem Joannis opus in Codice Vaticano 1114. p. 80. sic inscribitur: τȣ̃ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννȣ Ἀρχιεπισκόπȣ κωνςαντινȣπόλεως, τȣ̃ νηςευτȣ̃, ȣ̃τινος ἐπώνυμον τέκνον ὑπακοῆς, διάφοροι διαφοραὶ περὶ ἐξομολογȣμένων, διάφοροι διαφοραὶ περὶ ἐξαγορεύσεως τῶν ἐξομολογȣμένων κρύφια ἁμαρτήματα, ϗ τῶν τȣ́τȣς ἀναδεχομένων. *Sancti Patris nostri Joannis Archiepiscopi Cpoleos, Jejunatoris, cognomento, Filius obedientiæ, variæ differentiæ confitentium: variæ differentiæ de confessione eorum, qui occulta peccata confitentur, & eorum, qui confitentes hujusmodi excipiunt.* τȣ̃ αὐτȣ̃ πρόλογος. τῆς θείας ϗ παναγάθȣ. *Ejusdem Prologus*, τῆς θείας ϗ παναγάθȣ, ut supra ex Morino: qui in Adnotatione ad hunc Tractatum Pœnitentialem, de Auctore hæc habet. „ Quis fuerit Johannes ille Monachus, „ non aliunde nobis cognitum est, quam ex istius libel„ li titulo. Non est tamen probabile, fuisse S. Basilii di„ scipulum; imo aliquot post S. Basilium seculis vixisse, „ certum videtur; non longe enim post Procemium libel„ li sui, Joannis Scalam citat. Deinde Pœnitentiæ agen„ dæ ordo quem describit, alius plane est ab eo, quem „ nobis in Canonibus suis exponit S. Basilius, arguitque „ evidenter pœnitendi disciplinam statam, & jam inve„ teratam. Vix autem hoc contingere potuit, nisi mul„ tis post S. Basilium annis. Ideo si S. Basilii discipu„ lus dicendus est, id de affectu & imitatione, non de „ documentis ab eo acceptis intelligendum. Quis senior

 „ fue-

(1) Eorum qui hæc excipiunt idest, Sacerdotum.

„ fuerit, aut Johannes Jejunator Patriarcha, aut Joan„nes iste Monachus, nobis est incompertum, quum po„sterioris sæculum nobis plane sit incognitum. Quid„quid sit, opus est industrium, & methodice elabora„tum. Sæpius pœnas peccatis indicit multo severiores, „quam Jejunator. Ex utroque tamen facile colligitur, „unam & eandem illis fuisse Pœnitentiæ administrandæ „methodum. Sed Joannes iste Monachus potissimum si„bi proposuit explicationem methodi, qua singulorum „peccatorum confessio integra fieri potest, & quibus pœ„nis singula peccata punire oportet, quibusque modis „pœnæ illæ sunt exercendæ. Ideo quæcumque ad hæc „spectant, late & industrie exequitur. Verum paucis ri„tum Confessionis edendæ, precesque tum dicendas per„stringit, paucioribus multo quæ ad Reconciliationem „pertinent attingit. At Johannes Jejunator quamlibet „Pœnitentiæ partem evidenter & distincte describit, „ita ut non facile dici possit, quam potissimum descri„bendam sibi proposuerit.

Hæc Morinus. Verum tam Codex Vaticanus 1114. quam Cæsareus 184. & 283. apud Lambecium lib. IV. Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonen. pag. 196. & lib. 5. p. 236. hujus ipsius operis, quod apud Morinum *Joanni Monacho, Filio obedientiæ*, attribuitur, Auctorem faciunt *Johannem Jejunatorem Archiepiscopum Constantinopolitanum*, cui & *Filii obedientiæ* titulum adscribunt: ita ut unus & idem sit qui *Jejunator Patriarcha Constantinopolitanus*, & qui *Joannes Monachus* appellatur. Titulus enim in utroque Codice est hic: Τȣ̃ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννȣ Ἀρχιεπισκόπȣ Κωνςαντινȣπ. τȣ̃ νηςευτȣ̃, ȣ̃ τινος ἐπώνυμον τέκνον ὑπακοῆς, διάφοροι διαφορὰ τῶν ἐξομολογȣμένων: incipitque: τῆς θείας κὴ παναγάθȣ τȣ̃ ὑπεραγάθȣ &c. ut supra apud Morinum. Non sum nescius, præter Morinum, alios etiam doctos viros, Allatium nempe contra Hottingerum pag. 229. & Fabricium Tom. V. Bibl. Græc. pag. 165., distinguere Joannem Jejunatorem Patriarcham, a Joanne Monacho, cui cognomen, τέκνον ὑπακοῆς. His quippe præivit *Nicon Monachus* in Græ-

co

to Pandecte Canonum, qui Arabice conversus, in Bibliothecam Vaticanam a nobis illatus fuit: & in Epistola ad Lucam Abbatem, demonstrare nititur, *Nomocanonem illum*, seu *Canonarium* a nobis supra ex Morino & ex Codicibus Vaticano & Cæsareo descriptum, cujus Joannes Jejunator Patriarcha auctor dicitur, non esse ipsius, sed alterius cujusdam Joannis Monachi, & Diaconi, discipuli Sancti Basilii, cognomento τέκνον ὑπακοῆς. Verba Niconis apud Lambecium ex Codice Cæsareo XLV. n. LIX. a fol. 210. Lib. VIII. Biblioth. Cæsar. Vindob. pag. 449. hæc sunt. Ἀπόδειξις, ὅτι τὸ λεγόμενον τοῦ νηστευτοῦ Νομοκάνονον, οὐκ ἔστι τοῦ νηστευτοῦ, ἀλλὰ γέροντός τινος, γενομένον πρὸς τὸν ἑαυτοῦ μαθητήν. ἔγραψας μοι, πνευματικὲ ἀδελφὲ κύρι Λουκᾶ, ἵνα σοι γράψω εἴδησίν τινα περὶ τοῦ λεγομένου Νομοκανόνου τοῦ νηστευτοῦ, καὶ ἔσω εἰδώς, ὅτι πολλὰ περὶ τούτου ἐξερευνήσας, οὐκ ἠδυνήθην εὑρεῖν ἐν ἀληθείᾳ, τίνος ἐστίν. οὐ γὰρ συμφωνοῦσιν ἀλλήλοις τὰ ἀντίγραφα. ἀλλὰ τινὰ μὲν τοιάνδε φέρουσιν τὴν ἐπιγραφὴν Νομοκάνονον Ἰωάννου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ νηστευτοῦ. ἄλλα, Κανονικὸν Ἰωάννου μοναχοῦ, καὶ διακόνου, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Βασιλείου, οὗ ἐπωνυμία τέκνον ὑπακοῆς. ἐν ἑτέροις δὲ πάλιν δείκνυταί τις χαρακτὴρ, ὅτι γέροντός ἐστι τινος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ μαθητήν. κ. τ. λ. *Demonstratio, quod qui Jejunatoris Nomocanon dicitur, non est Jejunatoris, sed senis cujusdam ad ejusdem discipulum. Scripsisti mihi, spiritalis frater Domne Luca, ut aliquam tibi notitiam scriberem de eo Nomocanone, qui Jejunatoris dicitur. Scito itaque, quod quum multa de hoc perscrutatus fuissem, reperire non potui, cujusnam vere is esset. Non enim sibi consentiunt exemplaria. Alia enim hanc præferunt inscriptionem: Nomocanon Joannis Patriarchæ Constantinopoleos Jejunatoris. Alia vero: Canonicon Joannis Monachi & Diaconi discipuli S. Basilii, cognomento Filii obedientiæ. In aliis autem significatur, quod sit cujusdam senis ad ejusdem discipulum.* Cætera apud Lambecium legenda.

Hæc Nicon: qui ex diversitate inscriptionum, quas a librariis Pœnitentiali Libro appositas viderat, modo nempe sub nomine *Joannis Jejunatoris Patriarchæ Constan-*

ſtantinopolitani, modo ſub titulo, *Joannis Monachi & Diaconi, diſcipuli S. Baſilii*, modo denique ſub nomine *Senis cujuſdam ad ſuum diſcipulum*; ex harum, inquam, Inſcriptionum diverſitate, & ex eo, quod in vita Joannis Jejunatoris non legerat, eum quicquam hujuſmodi ſcripſiſſe, arguit, primo quidem, hoc opus Jejunatori abjudicandum eſſe; deinde neque attribuendum Joanni *Monacho & Diacono & diſcipulo S. Baſilii*, eo quod Jejunator ſub Juſtiniano Magno Imperatore vixit, Baſilius autem ſub Valente: poſtremo concludit, non alium hujus ſyntagmatis auctorem eſſe, niſi *Senem quemdam*, qui illud ad ſuum diſcipulum compoſuerit. Sed in primis advertendum eſt, *Niconem*, cujus verba Lambecius (ſuppreſſo licet nomine) profert, ſæculo duodecimo vixiſſe: deinde infirmum prorſus eſſe argumentum, quo demonſtrare nititur, Joannem Monachum & Diaconum non eſſe ejus operis auctorem, eo videlicet quod is S. Baſilii diſcipulus dicitur; Jejunator autem Joannes Patriarcha ſub Juſtiniano claruit, adeoque Baſilio Magno poſterior fuit, qui Valentis temporibus extiterat. Debuerat potius Nicon, ad oſtendendum, quod Joannes Monachus, etiamſi S. Baſilii diſcipulus dicitur, non tamen Baſilii Magni temporibus vixit, debuerat, inquam, non quidem Joannis Jejunatoris, qui nihil commune cum Joanne Monacho & Diacono habuerit, ætatem adducere, ſed eo ſolum argumento uti, quod nempe *Joannis Climaci Scala* ab ipſo laudatur; Joannes enim Climacus Baſilio Magno longe fuit poſterior. Cæterum, quod ait Nicon, Joannem Jejunatorem Patriarcham ſub Juſtiniano vixiſſe, falſum eſt: obiit enim Juſtinianus anno 566. Joannes autem Jejunator electus eſt Patriarcha Conſtantinopolitanus anno 582. & anno 595. obiit. Adde Inſcriptionum diverſitatem nihil officere, quominus unus idemque auctor, nunc a librariis ſub eo nomine, quo adhuc privatus opus edidit, deſignetur; nunc vero ſub titulo, quem in dignitate conſtitutus obtinuit. Joannes quippe Jejunator, dum adhuc Monachus & Diaconus eſſet, *Pœnitentiale* ſcripſit: cum vero ad Byzantinum

Pa-

Patriarchatum evectus fuit, eundem ipsum Librum recognovit auxitque: atque hinc factum puto, ut unius ejusdemque operis diversa ad nos devenerint exempla. Ad ultimum, tametsi Nicon Monachus in Syriæ & Palæstinæ angulo de *Pœnitentiali Joannis* illhæc animi anceps scribebat; alii tamen Græci auctores ad Joannem Jejunatorem Patriarcham illud opus sine hæsitatione referunt: Constantinus nempe Harmenopulus, & Matthæus Blastares, Canonistæ doctissimi, quorum testimonia a Morino pag. 98. & 99. referuntur.

Apud Lambecium lib. 8. pag. 472. ex Codice Cæsareo LI. num. XI. a fol. 265. ad fol. 270. laudatur *Matthæi Hieromonachi* (Blastaris nimirum) *Synopsis Nomocanonis S. Joannis Nesteutæ sive Jejunatoris, Patriarchæ Constantinopolitani: quæ inscribitur atque incipit hoc modo:* Κανονικὸν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ νηστευτοῦ. ἤμειψε πρὸς σύνοψιν Ματθαῖος ταῦτα. προλόγος. Ἀλλὰ γὰρ κατὰ τὸν Νηστευτὴν θεῖον Ἰωάννην, τὴν θεραπείαν τῶν ἡμῖν συμβαινόντων θεωρητέον παθῶν, καλῶς ἔχειν δοκιμάσαντα, ὡς οἷόν τε ταύτην ἐπιτεμεῖν &c. περὶ τῶν ἑκουσίως ἀρνησαμένων τὸν Χριστόν. ὁ τοίνυν ἀλογίστως ἠρνημένος ἑκοντὶ τὸν Χριστόν, &c. Et lib. IV. pag. 197. Cod. CLXXXIV. num. V. a fol. 46. ad 173. *Simeonis Hieromonachi*, τοῦ σχολαρίου, *syntagma Canonum Pœnitentialium ex Canonibus SS. Apostolorum, & variis sanctis Conciliis, variorumque sanctorum Patrum, præcipue autem S. Basilii Magni, & Joannis Jejunatoris Patriarchæ Constantinopolitani scriptis collectorum, & facilioris inventionis causa dispositorum ordine Alphabetico.* Titulus & initium. Κανόνες ἐκτεθέντες παρὰ τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πάνυ εὐφήμων Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἁγίων ἑπτὰ καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, ἔτι μὴν καὶ τῶν κατὰ καιρὸν γενομένων τοπικῶν συνόδων, καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου, τοῦ μεγάλου, Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἑτέρων ἁγίων &c. Finis autem Tituli cum principio primi Canonis. Συμεὼν Ἱερομόναχος ὁ Σχολάριος ἐκτέθεικε ἕνα ἕκαστον Κανόνα τῶν αὐτῶν ἁγίων εἰς τὴν ἰσότητα τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων πρὸς τὸ ἀνεμποδίστως καὶ ἀνεμποδίστως εὑρίσκειν εὐθὺς τοὺς τῶν ψυχῶν οἰκονόμους. Ἀρχὴ τοῦ Ἄλφα.

περὶ

περὶ τῶν ἀρνηθέντων τὸν Χριςὸν ἑκουσίως, ἢ διὰ φόβον, ἢ διὰ τιμωρίας ἀνθρώπων. Ἀποςόλων Κανὼν ξβ′. εἴτις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον &c. Et Lib. v. pag. 155. Cod. CCLI. Anonymi cujuſdam Auctoris *Loci Communes* Aſcetici de *Charactere veri Chriſtianiſmi*, ſive *de Interpretationibus divinorum Præceptorum Domini*; ubi inter Auctores, ex quorùm ſcriptis loci illi Communes collecti ſunt, recenſetur *Joannes Neſteuta* ſive *Jejunator*, *Patriarcha Conſtantinopolitanus*. Demum Lib. IV. pag. 196. Cod. 184. fol. 40. Auctoris Græci Anonymi Judicium de Joannis Jejunatoris Patriarchæ Conſtantinopolitani Libris Pœnitentialibus: cujus titulus & principium. *περὶ δι ὧν αἰτιῶν συγκαταβατικώτερος τῶν ἁγίων πάντων ἐςὶν Ἰωάννης ὁ νηςεύτης. ὁ μὲν νηςεύτης Ἰωάννης συγκαταβατικώτερος τῶν ἄλλων ἐν τοῖς ἐγκληματικοῖς δεικνύμενος ὢν* &c. Ubi monetur, Joannem Jejunatorem in pœnis infligendis indulgentem nimis eſſe, & *συγκαταβατικώτερον*. In quam ſententiam (quod ſcilicet Joannes Jejunator, licet in ſeipſum ſeverus admodum, tamen quoad alios aliquantulum remiſerit a priorum rigore:) hæc Græcorum teſtimonia producit Morinus lib. 6. de Pœnitentia cap. 23. §. 4. „ Nicephorus Chartophylax in Epiſtola ad Theodoſium „ Monachum Corinthi incluſum, qui ſcribebat circa „ annum Chriſti octingenteſimum, ita de illo judicat: „ *Quod autem ad editos (Canones) a Joanne Jejunatore, conſuetudinem recipimus juxta uniuſcujuſque vires, correctionum moderandarum: eo excepto, quod dicimus, quæ ſecundum Canonum diſciplinam viſa ſunt a Joanne Jejunatore dicta eſſe, ſiquis cordatus conſideraverit, ex Patrum ſententia dependere*. Jejunatorem „ multo acrius carpit Concilium Conſtantinopolitanum „ imperante Alexio Comneno celebratum, quorumdam „ Monachorum Interrogationibus reſpondens quæſt. 11. „ *An oporteat, ut vult Canonicum Jejunatoris, canonice ſe gerere*. Reſpondent Patres. *Hoc jus Canonicum Jejunatoris nimia indulgentia uſum multos perdidit. Qui itaque in boni cognitione exiſtunt, & ab eo excidunt, corrigantur*. Alexius autem Comnenus Augu-

„ ſtus

„ ſtus ſalutatus eſt anno Chr. 1081. Sæpe quoque Harmenopulus qui eodem ſæculo (1) aut paulo poſt ſcribebat, nimiæ indulgentiæ Jejunatorem accuſat. Leo Allatius (2) Corcyræus lib. 3. de conſenſu Eccleſiæ Orientalis cum Occidentali cap. 9. idem de Joanne teſtatur, nonnullaque alia paucis verbis de ſuis Græcis aperit, quæ legiſſe Lectorem non pœnitebit „ Confeſſiones fidelium illi tantum audiunt, quibus ab Epiſcopo facultas facta eſt. Non genu flectentes, ſed ſedentes cum reverentia, & capite aperto peccata confitentur. Pœnæ Pœnitentibus impoſitæ, mitiores multo nunc ſunt, quam erant antea. A Joanne enim Neſteuta antiquus ille pœnarum rigor remiſſus eſt, licet id alii inter eos non probent „. Tot igitur, ac tantæ Græcorum Scriptorum auctoritates extra omnem dubitationem ponunt, Joanni Jejunatori Patriarchæ Conſtantinopolitano adſcribendum eſſe opus, de quo hactenus diſſeruimus.

Sunt & alia Opuſcula ejuſdem Jejunatoris, quæ videntur ex laudato Pœnitentiali deſumta. Videlicet I. Cod. Vat. 1114. fol. 95. pag. 2. τȣ̃ ἀυτȣ̃ πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννȣ τȣ̃ Νηϛέυτȣ̃ παραγγελίαι διάφοροι τοῖς πιϛοῖς: Ejuſdem Sancti Patris Joannis Jejunatoris, Admonitiones diverſæ ad Fideles. τὰς νηϛείας, ἃς παρέλαβες παρ᾽ ἐμȣ̃, τέκνον μȣ ἐν κυρίῳ, μᾶλλον δὲ ἀπὸ τῶν ἁγίων πατέρων, ὀφείλεις τῇ δ΄. καὶ τῷ ϛ΄. μηδενὸς γέυεσθαι μήτε οἴνȣ, μήτε ὀψίȣ.

II. Cod. Vatic. 430. pag: 174. Cod. Vat. 640. p. 223. ἐπιτίμια. Initium. ἡ πορνεία ἐν μὲν τοῖς κατὰ κόσμον, ἔτη κέκτηται τρία. ἐν δὲ τοῖς παρθένοις, πορνείας ἐπιτίμιον ȣ̓κ ἔϛι διότι μοιχέυει ἐξ ἀυτȣ̃. In utroque Codice hæc Epitimia (ſeu pœnæ peccatis nonnullis imponendæ) ſubjunguntur *Canonario Joannis Monachi & Diaconi* (de quo ſupra dictum eſt) ſunt autem numero LI. quorum I. ἡ πορνεία. II. ἡ ἐπιορκία. III. ἡ τὸ βρέφος κοιμωμένη. IV. ὁ φόνος. V. αἱ διὰ φαρμάκων ἀναιρȣ̃σαι τὰ ἔμβρυα &c. Quinquageſimum primum & poſtremum, ἡ ἀναχωρήσασα, ἢ τῆς μονῆς διαφυγȣ̃σα.

(1) Conſtantinus Harmenopulus circa ann. Chr. 1380. vel 1383. obiit. Fabric. Tom. XI. Biblioth. Græc. pag. 45.

(2) Fallitur Morinus. *Chius* fuit, non *Corcyræus*.

γοῦσα. Sequuntur in ambobus Codicibus. I. Ἀπομαρτύριον πνευματικοῦ πατρὸς εἰς ἱερέα, καὶ εἰς διάκονον. Init. Θείοις νόμοις καὶ ἱεροῖς κανόσιν ἑπόμενοι, τοῖς οὕτωσὶν ἀριδήλως διακελεύουσι, τοῦ μὴ δεῖν τινὰ ἱερᾶσθαι, ἄτερ τῆς τοῦ σφῶν πατρὸς μαρτυρίας &c. II. Σειμειωματικὸν ἀπὸ Ἀρχιερέως γενόμενον. Init. μηνὶ σεπτεμβρίῳ ἡμέρᾳ ιδʹ. ινδ. ιδ. προκαθιζομένης οὖν τῆς ἐμῆς ταπεινότητος ἐν τῷ κάστρῳ ἢ χωρίῳ τῷ δεῖνι. συνεφεπομένων δὲ ἡμῖν καὶ τῶν ὑφ᾽ ἡμᾶς ἐκκλησιαστικῶν ἐντιμοτάτων ἱερέων καὶ διακόνων, τοῦ κυροῦ ἱερέως τοῦ δεῖνος καὶ τοῦ δεῖνος, λαϊκῶν δὲ ἀξιοπιστῶν ἀνδρῶν κυροῦ Γεωργίου τοῦ δεῖνος, κυροῦ δημητρίου, κυροῦ Θεοδώρου καὶ ἑτέρων, καὶ συνεδριαζομένων τῶν ἐποίκων τοῦ κάστρου, ἢ τοῦ χωρίου τοῦ δεῖνος, ἐν τῇ ἐμῇ ταπεινότητι ἐξεῖπον ἡμῖν μετὰ φόβου θεοῦ καὶ πάσης ἀληθείας, ὡς ὅτι ἡ δεῖνα ὑπόθεσις, ἔχει οὕτως &c. III. Κανονικὸν ἐπὶ ὑποθέσεως φονέων. Init. ὁ δεῖνα ἀπὸ χωρίου ἢ κάστρου τοῦ δεῖνος προσελθὼν τῷ θείῳ καὶ ἱερῷ ἐκδικείῳ, τοίαν δε τὴν ἐξομολόγησιν ἐποιήσατο. εἴρηκεν ὡς πρὸ χρόνου ἑνὸς ἱππάζετο ἄλογον, καὶ ἀπῆλθε ποτίσων αὐτό. ἐν δὲ τὸ ὑποστρέφειν, ἀπήρξατο τρέχειν ὁ ἵππος ἀκράτως, ὡς μὴ δύνασθαι τοῦτο κατέχειν αὐτόν. &c. IV. Ἐκλογὴ ἐπιτιμίων πάντων τῶν παθῶν. Init. Ἀνὴρ ἔχων γυναῖκα εἰ πέσοι εἰς ὕπανδρον. εἴτε καὶ γυνὴ ἔχουσα ἄνδρα πέσοι εἰς ὑπογύναιον. ἐπιτιμιῶνται ἔτη ὀκτώ. καὶ εἴτι παραγγέλη ὁ πατήρ. Γονεὺς ἐὰν φονεύσῃ, ἔτη ιβ. Sunt n. XXIII. quor. postremum, αἱ διὰ φαρμακῶν ἀναιροῦσαι τὰ ἔμβρυα, τὸ τοῦ φονέως ἔχουσιν ἐπιτίμιον. διότι πολλάκις καὶ ἑαυτὰς ἀπέκτηναν. ἔχει δὲ ὁ κανὼν, ἔτη δέκα. ᾠκονόμηται δὲ ἕως τῶν ἑπτά. V. Preces Absolutoriæ. εὐχὴ συγχωρητικὴ ἣν λέγει ὁ ἱερεὺς εἰς τὸν μέλλοντα ἐξομολογεῖσθαι. Prima. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, υἱὲ καὶ λόγε τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ποιμὴν (1) καὶ ἀμνὲ, ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου. ὁ τὸ δάνειον τοῖς δυσὶ χρεοφειλέταις χαρισάμενος &c. Secunda. εὐχὴ ἑτέρα. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τῷ πέτρῳ καὶ τῇ πόρνῃ (2) διὰ δακρύων ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δωρησάμενος &c. Tertia. εὐχὴ συμπαθείας εἰς ἐξαγορευομένους. ὁ θεὸς ὁ ἅγιος, ἡ τοῦ ἐλέους πηγὴ ἡ ἀέναος, τὸ τῆς ἀγαθότητος ἀμέτρητον πέλαγος &c.

III.

(1) Apud Morin. pag. 81. lit. c. pag. 118. lit. d.
(2) Apud Morin pag. 94. lit. c. & pag. 121. lit. c.

III. Cod. Vat. 717. pag. 232. Cod. Vat. 790. p. 249. Cod. Vat. 1184. pag. 213. Ἐκ τῦ Κανονικῦ. Initium. Ἀλλὰ κατὰ τὸν νηϛευτὴν Θεῖον Ἰωάννην, τὴν θεραπείαν τῶν ἡμῖν συμβαινόντων θεωρητέον παθῶν. Pœnæ diverſæ pro diverſis peccatis: ſubjunctæ Collectioni Canonum Alphabeticæ Matthæi Blaſtaris, Cod. 1184. a fol. 213. ad fol. 217. pag. 2.

IV. Ex Harmenopulo in epitome Canonum, ſect. v. Tit. 2. in Scholio poſt quartum Dionyſii Alexandrini Canonem. ὁ δὲ νηϛευτὴς Ἰωάννης ὅτω φησίν. ὁ μολυνθεὶς καθ' ὕπνους τῷ τῆς ἐκρύσεως πάθει, ἡμέραν μίαν τῆς κοινωνίας ἐκβάλλεται, τὸν ν'. ᾄσας ψαλμὸν, καὶ μετανοίας ποιήσας μθ. &c. *Joannes autem Jejunator ſic ait. Pollutus in ſomno per fluxus paſſionem, uno die a Communione expellatur, quum quinquageſimum Pſalmum cecinerit, & Pœnitentias* (Proſtrationes) 49. *peregerit &c.* Apud Morinum pag. 98. & ſeqq. Ex eadem Sectione Tit. 3. in Scholio poſt Canonem 59. S. Baſilii: τὸν πόρνον ὁ νηϛευτὴς ἐπὶ διετίαν καταδικάζει &c. *Scortatorem Jejunator ad biennium condemnat &c.* Et paulo poſt, eodem Titulo ad Can. 75. S. Baſilii, quo Inceſtus cum ſorore, novem Pœnitentiæ annis plectitur, tribus in fletu, tribus in ſubſtratione, & tribus in conſiſtentia, hoc addit Scholion. τὸν δὲ τοιῦτον ὁ νηϛευτὴς ἐπὶ τριετίαν καταδικάζει &c. *Talem Jejunator ad triennium condemnat, cum jejunio, & ſiccorum eſu, & 500. pœnitentiis quotidianis &c.* Poſtea eodem Titulo, poſt Canonem Baſilii 62. de pœderaſte. τὸν τοιῦτον ὁ νηϛευτὴς ἐπὶ τριετίαν καταδικάζει μετὰ σ'. μετανοιῶν καθ' ἑκάϛην ἡμέραν. *Talem Jejunator ad triennium condemnat, cum ducentis pœnitentiis ſingulis diebus.* Itidem poſt Canonem 57. τὺς φονεῖς ὁ νηϛευτὴς, τὺς μὲν ἑκυσίυς, ἐπὶ πενταετίαν καταδικάζει. τὺς δὲ ἀκυσίυς ἐπὶ τριετίαν. *Homicidas Jejunator, voluntarios quidem in quinquennium condemnat; non voluntarios autem ad triennium.* Iterum eod. Titulo poſt S. Baſilii Canonem 65. ὁ δὲ νηϛευτὴς τὺς γόητας, καὶ τὺς φαρμακὺς ἐπὶ τριετίαν καταδικάζει &c. *Jejunator autem Magos, & Veneficos ad triennium condemnat cum pœnitentiis quotidianis* 250., *cum-*

cumque jejunio & rigida vivendi ratione. Similiter & mulieres, quæ ligaturas faciunt, & quæ ariolantur. Ibidem post Canonem sequentem de τυμβωρύχῳ sive sepulcri violatore: τοιοῦτον ὁ νηστευτὴς ἐπὶ ἔτος ἓν καταδικάζει μετὰ μετανοιῶν ἑκάστης ἡμέρας σʹ. *Hunc Jejunator ad annum unum damnat cum ducentis pœnitentiis quotidianis.* Et postremis Tituli verbis, de murorum effractore. τὸν τοιοῦτον ὁ νηστευτὴς ἐπὶ τριετίαν καταδικάζει &c. *Talem Jejunator ad triennium damnat.* Ejusdem Jejunatoris & hæc sunt. *Siquid immundi ceciderit in puteum, vel in vinum, vel in oleum; qui hoc degustat, ad triduum a carne caseoque abstineat, septemque diebus non communicet. Qui post sacram participationem vomuerit, 40. dies a communione sacra abstineat, Psalmum 50. quotidie canens, & 50. pœnitentias agens, quocumque tandem modo id acciderit.* Sectione 6. non longe a principio. ἡ ἀκουσίως ἀποβαλοῦσα τὸ βρέφος &c. *Quæ præter animi sententiam ejecit sive excussit infantem, ad annum unum apud Jejunatorem damnatur. Quæ vero super infantem sopitum corruit, eumque suffocavit, ad triennium &c.*

V. Ex Matthæo Blastare in Collectione Canonum manuscripta (quæ exstat Cod. Vatic. 1184. a fol. 1. ad fol. 213.) in litera A., cap. 14. ex Joanne Jejunatore hæc refert idem Morinus pag. 49. ὁ δὲ νηστευτὴς Ἰωάννης εἰ παιδίον φησὶν ὑπό τινος μολυνθείη &c. *Joannes autem Jejunator, si puer, inquit, ab aliquo pollutus fuerit, si in femora tantum fluxum exceperit, convenienti pœnitentia castigatus, ad sacerdotium promoveatur. Si autem in posteriora, sacro ordine nullo modo dignus censeatur &c.* Idem Blastares in litera K, cap. 28. ex eod. Jejunatore refert, φησὶ γὰρ ὁ νηστευτὴς Ἰωάννης, ὁ μαλακίας πάθει ἁλοὺς πρὸ τῆς ἱερωσύνης κληρικὸς, μὴ θαῤῥῶν ὡς παρὰ τοῦτο μόνον τῆς ἱερωσύνης εἰρχθήσεται &c. Inquit enim Joannes Jejunator. *Clericus qui antequam sacris initiaretur, mollitiei vitio deprehensus est, non persuadeat sibi quod ea solum de causa a sacerdotio prohibeatur. Prius sufficienti pœnitentia castigatus, sacerdotio dignus habeatur &c.*

VI. Ad calcem Commentariorum Theodori Balsamonis

monis in Canones Patrum, hoc fragmentum Latine tantum ex *Nomocanone Joannis Nesteutæ* habetur. *Oportet eum, qui Confessiones suscipit, videre & adolescentiam & vires senectutis, & imbecillitatem, & loci differentiam, & modi, per quem malum factum est, & an capto consilio ac præmeditato, an casu factum est, & an ex vino, vel ex satietate, vel non sic, sed vel metu, vel immoderata potestate, vel paupertate, & quæ sunt his similia &c.*

Præter Libros Pœnitentiales a nobis hactenus recensitos, Joanni Jejunatori tribuuntur opuscula, quæ sequuntur. I. περὶ μετανοίας ϗ ἐγκρατείας ϗ παρθενίας. *Sermo de pœnitentia, continentia, & virginitate*. Incipit. ὁ μακάριος Ἀπόστολος Παῦλος, ὁ τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος. Prodiit inter opera S. Joannis Chrysostomi apud Savilium Græce Tom. VII. pag. 641. & Græco-Latine apud Ducæum Tom. I. pag. 807. In quibusdam tamen Codicibus Chrysostomo tribuitur, ut in Coisliniano, quem memorat Montfauconius pag. 132.

II. Περὶ ψευδοπροφητῶν ϗ ψευδοδιδασκάλων, ϗ ἀθέων αἱρετικῶν, καὶ σημείων τῆς συντελείας. *De Pseudoprophetis & falsis Doctoribus, & atheis hæreticis, & de signis consummationis*. Incipit. ὀδυνηρὸς ὁ λόγος καθότι ϗ ἔσχατος. Dictus paulo ante discessum auctoris ex hac vita. Chrysostomo tribuitur in quibusdam Codicibus, ut in Cæsareo, ex quo Græce edidit Savilius Tom. VII. p. 221. Græce & Latine Ducæus Tom. VI. pag. 396. Petrus Waltelius perperam de more tribuit Joanni Hierosolymitano p. 563. Sed Gerardus Vossius, qui una cum Ephræmo Syro Latine versum edidit, adscribit Joanni Nesteutæ. Vossio consentiunt Petavius & Caveus.

Desiderantur (Fabricio notante Tom. X. Biblioth. Græcæ pag. 167.) hujus Joannis *Liber Epistolarum ad diversos*, Trithemio cap. 224. de Script. Eccles. memoratus. nec non *Libellus de Baptismo ad Leandrum Episcopum Hispalensem*, de quo Isidorus cap. 26. de Script. *Joannes sanctæ memoriæ alius Constantinopolitanus Episcopus, natione Cappadox, vir fuit inæstimabilis abstinentiæ,*

nentiæ, & eleemosynis in tantum largissimus, ut zelo avaritiæ adversus eum Imperator Mauricius permotus, Urbe pellendos pauperes ediceret. Hic Græco eloquio edidit de Sacramento Baptismatis rescriptum ad beatæ recordationis Dominum meum prædecessorem Leandrum Antistitem, in quo nihil proprium ponit, sed tantummodo antiquorum Patrum replicat de trina mersione sententias.

Callistus Patriarcha Constantinopolitanus, qui ab anno Chr. 1355. ad 1362. sedit, scripsit Græce *Encomium Joannis Jejunatoris*, quod reperitur inter Mss. Codices Græcos Regiæ Parisiensis Bibliothecæ Cod. 276. ut habet Labbeus par. 1. pag. 74. *Novæ Bibliothecæ Mss. Græcorum, & Gallicorum, Paris. in 4. anno 1653.*

CAPUT XV.

Cyriacus Patriarcha Constantinopolitanus.

AUgustales Imperatorum Byzantinorum Constitutiones, qui post Justinianum usque ad Basilii Macedonis tempora imperarunt, recensui Tom. 2. hujus Bibliothecæ cap. x. a pag. 241. ad 248. Nunc de Patriarchis agendum est, qui post annum 595. quo Joannes Jejunator decessit, usque ad hæreseos Monotheliticæ exortum, Constantinopolitanam rexerunt Ecclesiam.

Joannem Jejunatorem die 2. Septembris anno 595. defunctum, excepit *Cyriacus* Anno Incarnationis secundum Alexandrinos 587. Kalendis Septemb. anni Chr. 595. inchoato, uti docent Theophanis Tabulæ. Chronicon Alexandrinum uno anno Cyriaci inaugurationem prævertit: sic enim habet: *Indictione* XII. *Post Consulatum Mauricii Tiberii Augusti X. Sanctissimæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Patriarcha Cyriacus, Presbyter, & OEconomus ejusdem Ecclesiæ, præfuit annis* XII. Tempus enim *Postconsulatum Mauricii decimum*, & *Indictio* XII. respondent anno Chr. 594. Verum ex Epistolis S. Gregorii Magni liquet, Cyriaci decessorem Joannem non nisi mense Septembri anni exeuntis 595. obiisse: quia Sanctus

ctus Gregorius inter mensem Septembrem & Octobrem *Indict.* xiv. ad eundem Joannem scripsit, ut in Regesto Gregorii Lib. v. Epist. 15. refertur: adeoque in vivis fuerit Joannes, saltem post Augustum anni 595. quando Gregorio ignota adhuc erat Joannis mors, quum hanc Epistolam ad eum direxit. Baronius ad ann. 596. num. 3. de inchoato Cyriaci Episcopatu: *Hoc ergo* (Joanne, inquit) *sublato de medio, substitutus est in locum ejus Cyriacus OEconomus, optimi nominis vir, nonnihil antea reluctatus*. Undenam id colligit? nimirum ex Lib. vii. Epist. vi. ad Mauricium Imperatorem dat. *Indict.* xv. quæ Kalendis Septembris anni Chr. 596. inchoata est: in qua de Cyriaci electione gratulatur, inquiens. *Omnipotens Deus, qui Pietatem vestram pacis Ecclesiasticæ fecit esse custodem, ipsa vos fide servat, quam vos in Sacerdotali unitate servatis: quumque supernæ pietatis jugo cor humiliter subditis, cœlesti gratia agitur, ut hostes vestros pede fortitudinis prematis. Non enim parvæ potuit esse mercedis, quod Johanne sanctæ memoriæ de hac luce subtracto, ad ordinandum Sacerdotem pietas vestra diu hæsitavit, tempus paulo longius distulit, cum metu omnipotentis Domini consilium quæsivit, ut videlicet causa Dei cum magno debuisset timore disponi. Unde & aptum valde existere in Pastorali regimine fratrem & consacerdotem meum Cyriacum existimo, quem ad eundem Ordinem pietatis vestræ consilia longa genuerunt*. Non igitur Cyriacus ipse reluctatus, sed Mauricius Imperator *diu hæsitavit, tempus paulo longius distulit*: Unde idem Baronius: *facile inducimur, ut credamus* (inquit) *hujus anni* (596.) *primo exordio, vel fortasse præteriti anni extremo tempore, ipsum Joannem esse defunctum*: imo, *ipsum Cyriacum fuisse ordinatum*.

Porro Cyriacus simul ac Regiæ Civitatis Episcopalem thronum conscendit, mox ad promerendum Catholicam communionem a Romano Pontifice, duos Legatos Romam misit, Georgium Presbyterum & Theodorum Diaconum: quibus & cum Fidei professione literas dedit ad ipsum Gregorium. Constant hæc ex redditis

ab

ab ipso Pontifice ad eum literis (Lib. VIII. Epist. IV.) quibus reciprocam misit Catholicæ fidei regulam. Reddidit & alias (Epist. V.) ad eundem Cyriacum, quibus Johannem Presbyterum Chalcedonensem & Athanasium Lycaoniæ commendat; alias quoque (Epist. VI.) ad Mauricium Augustum de ipsius Cyriaci electione, cui Augusto & Georgium Presbyterum & Theodorum Diaconum pro imminentia ait hiemalis temporis in hac urbe (Romana videlicet) moras perpeti se non permisisse: quod argumento est, illos fuisse a S. Gregorio exeunte Octobri aut ineunte Novembri anni 596. dimissos. Epistolam denique VII. ad Petrum Domitianum & Elpidium Episcopos dedit, illos reprehendens quod in Cyriaci ordinatione clamassent, *Hæc dies quam fecit Dominus*; simulque adhortans, ut assiduis precibus insistere debeant, ut omnipotens Deus in prædicto fratre & consacerdote nostro (*Cyriaco*) bene cœpta custodiat, & semper ad meliora perducat.

Quia vero Cyriacus in Synodica sua ad Gregorium, *OEcumenici* se titulo nuncupaverat; idcirco Pontifex, ne quovis modo ipse auctor dissidii dici posset, Synodicam quidem Cyriaci una cum ejus Responsalibus benigne suscepit, eosque sacris etiam Missarum solemniis interesse permisit; noluit tamen assentiri, ut Apostolicæ Sedis Apocrisiarius, qui Constantinopoli degebat, eidem Cyriaco Missarum solemnia celebranti assisteret, nisi Œcumenici titulum is ante depósuisset: *Responsales siquidem fratris & consacerdotis nostri Cyriaci venientis* (inquit Epist. 34. Indict. XV. ad Eulogium Alexandrinum & Anastasium Antiochenum) *ejus ad me Synodicam detulerunt Epistolam. Et quidem inter nos & ipsum, sicút Vestra Beatitudo novit, propter appellationem profani nominis est gravis discordia, sed in causa fidei transmissos Responsales ejus existimavi esse suscipiendos: ne culpa elationis, quæ in Constantinopolitana Ecclesia pene contra omnes sacerdotes exorta est, dissensionem fidei & rixam Ecclesiasticæ faceret unitati. Eosdem vero Responsales, quia hoc omnino humiliter precabantur, Missarum*

sole-

solemnia mecum celebrare feci, quia sicut & Serenissimo Domno Imperatori intimare studui, Responsales fratris & consacerdotis nostri Cyriaci mihi communicare debuerunt, quia, auctore Deo, in elationis errorem non cecidi; meus vero Diaconus cum prædicto fratre nostro Cyriaco Missarum solemnia celebrare non debet: quia per profanum vocabulum culpam superbiæ aut commisit, aut sequitur: ne, si, quod absit, procedit ei in tali elatione posito, vanitatem stulti nominis confirmare videamur. Eundem vero fratrem admonere studui, ut sese a tali elatione corrigat, quia si hanc non correxerit, pacem nobiscum nullo modo habebit: Quod constat ex Epist. 31. Indictione xv. Lib. vii. ad eundem Cyriacum data.

Ex illo *OEcumenici titulo*, qui primo intuitu (uti nonnulli ajebant) magis frivolus & vanus, quam noxius videri poterat, orituras postmodum perniciosas sequelas, affirmat S. Gregorius in Epist. 27. lib. vii. Indict. xv. ad Anastasium Antiochenum; *Quod vero dicitis, pro nulla causa dare nos locum scandalo debere, hæc mihi & piissimus Dominus filius vester, pro cujus vita incessanter orandum est, jam sæpius scripsit*. Et post pauca. *Et quidem in suscipienda fratris & consacerdotis nostri Cyriaci Synodica Epistola, dignum non fuit, ut pro causa profani vocabuli moras facerem, ne unitatem Sanctæ Ecclesiæ perturbarem; sed tamen de eodem superstitioso & superbo vocabulo eum admonere studui, dicens, quia pacem nobiscum habere non posset; nisi elationem prædicti verbi corrigeret, quam primus apostata invenit. Vos tamen eandem causam nullam esse, dicere non debetis, quia, si hanc æquanimiter portamus, universæ Ecclesiæ fidem corrumpimus: scitis enim, quanti non solum hæretici, sed etiam hæresiarchæ, de Constantinopolitana Ecclesia sunt egressi*. Idem ipsum S. Gregorius ad Mauricium Augustum rescripsit Epist. 33. Lib. vii. Indict. xv.

Quamdiu Mauricius Imperium tenuit, Cyriacus profanum illud vocabulum non dimisit. Quum enim Gregorius Pontifex Bonifacium Apocrisiarium suum Con-

 stanti-

stantinopolim mitteret, simul ad Cyriacum dedit literas Lib. XIII. Indict. VI. num. 40. anno scilicet Christi 603. scriptas, quibus & Bonifacium ipsum Cyriaco impense commendat, & Cyriacum hortatur, ut pacis studio a superbo Universalis titulo abstineat. *Quanta sit pacis virtus* (inquit) *carissime frater, ex voce Dominica diligentius intuentes, quæ ait: Pacem meam relinquo vobis: pacem meam do vobis: ita in ejus nos decet dilectione persistere, ut locum præbere discordiæ nullo modo debeamus. Sed quia in radice ipsius aliter vivere non valemus, nisi mente & actu humilitatem, quam ipse auctor pacis docuit, teneamus; cum ea caritate, qua dignum est, suademus, ut profanam elationem, quæ animabus semper adversa est, cordis pede calcantes, perversi superbique vocabuli scandalum Ecclesiæ auferre de medio festinetis, ne a pacis nostræ societate divisi inveniri possitis.*

Eadem Indict. VI. Lib. XIII. exstat S. Gregorii Papæ Epistola num. 31. *Ad Phocam Augustum*, simul ac accepit de ejus evectione ad Imperium nuncium. Nam in Appendice (1) ad Epistolas S. Gregorii §. XII. sic legitur. *De Phoca coronato, & Mauricio interfecto cum filiis suis. In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, per Indictionem sextam, die* XXIII. *mensis Novembris, temporibus Domini & Beatissimi Papæ Gregorii, coronatus est Phocas & Leontia Augusta, Septimo in Palatio, quod dicitur Secundianas: & occisus est Mauricius Imperator cum omnibus filiis suis masculis, idest, Theodosio jam coronato, Tiberio, Petro, Paulo, & Justiniano, simul & Petro fratre suprascripti Mauricii Augusti. Sed & aliqui procerum, qui ei cohærebant, idest, Constantius Patricius & Curator, & Placidas, sed & Georgius Notarius Principis. Venit autem Icona suprascriptorum Phocæ, & Leontiæ Augustorum Romam* VII. *Kalend. Maji, & acclamatum est eis in Lateranis in Basilica Julii ab omni Clero vel Senatu: Exaudi Christe: Phocæ Augusto, & Leontiæ Augustæ vita. Tunc jussit ipsam Iconam Dominus Beatissimus & Apostolicus Gregorius Papa reponi*

(1) In edit. Parif. ann. 1705. Tom. I. pag. 130.

ni in Oratorio Sancti Cæsarii Martyris intra Palatium. Accepto ergo Romæ nuncio de Phocæ inauguratione VII. Kal. Maji Ind. VI. anno Chr. 603. rescripsit ad eum S. Gregorius: *Gloria in excelsis Deo, qui juxta quod scriptum est, mutat tempora, & transfert regna*. Et post pauca. *In omnipotentis quippe Dei incomprehensibili dispensatione alternatim vitæ mortalis sunt moderamina: at aliquando quum injustorum multorum peccata refrænanda sunt, unus erigitur, per cujus duritiam tribulationis jugo subjectorum colla deprimantur: quod in nostra diutius afflictione probavimus. Aliquando vero, quum misericors Deus mœrentium multorum corda, sua decrevit consolatione refovere, unum ad regiminis culmen provehit, per cujus misericordiæ viscera in cunctorum mentibus exultationis suæ gratiam infundit. De qua exultationis abundantia roborari nos citius credimus, qui benignitatem vestræ pietatis ad Imperiale fastigium pervenisse gaudemus. Lætentur cœli, & exultet terra, & de vestris benignis actibus, universæ Reipublicæ populus, nunc usque vehementer afflictus, hilarescat. Comprimantur jugo dominationis vestræ, superbæ mentes hostium. Releventur vestra misericordia, contriti ac depressi animi subjectorum. Virtus cœlestis gratiæ, inimicis terribiles vos faciat, pietas subditis benignos. Quiescat felicissimis temporibus vestris universa Respublica, prolata sub causarum imagine præda pacis. Cessent testamentorum insidiæ, donationum gratiæ violenter exactæ. Redeat cunctis in rebus propriis secura possessio, ut sine timore habere se gaudeant, quæ non sunt eis fraudibus acquisita. Reformetur in singulis sub jugo Imperii vestri libertas sua. Dat. mense Junii, Indict.* VI. Quia vero Phocas questus erat cum S. Gregorio, quod nullum invenerit Constantinopoli de more residere Apostolicæ Sedis Apocrisiarium: ideo rescribens Gregorius Epist. 38. Indict. XIII. se excusat, quod ob temporis iniquitatem nullus post Anatolii mortem inventus esset, qui ejusmodi provinciam subiret. Mittit ergo Bonifacium, simulque miserandum Romanæ Ecclesiæ ob Langobardorum incursiones statum

exponit. *Considerare cum gaudiis & magnis actionibus gratiarum libet, quantas omnipotenti Domino laudes debemus, quod remoto jugo tristitiæ, ad libertatis tempora, sub Imperiali benignitatis vestræ pietate pervenimus. Nam quod permanere in Palatio, juxta antiquam consuetudinem, Apostolicæ Sedis Diaconum Vestra Serenitas non invenit, non hoc meæ negligentiæ, sed gravissimæ necessitatis fuit: quia dum ministri omnes hujus nostræ Ecclesiæ tam contrita asperaque tempora cum formidine declinarent atque refugerent, nulli eorum poterat imponi, ut ad urbem Regiam in Palatio permansurus accederet. Sed postquam vestram clementiam, omnipotentis Dei gratia disponente, ad culmen Imperii pervenisse cognoverunt, ipsi quoque suadente lætitia ad vestra vestigia venire festinant, qui prius illuc accedere valde timuerant. Sed quia eorum quidam ita senectute sunt debiles, ac laborem ferre vix possint, quidam vero Ecclesiasticis curis vehementer implicantur, & lator præsentium* (Bonifacius) *qui primus omnium Defensorum fuit, bene mihi ex longa assiduitate compertus est, vita, fide ac moribus approbatus, hunc aptum pietatis vestræ vestigiis esse judicavi. Unde eum, auctore Deo, Diaconum feci, & sub celeritate transmittere studui, qui cuncta quæ in his partibus aguntur, invento opportuno tempore valeat clementiæ vestræ suggerere. Cui rogo, ut Serenitas Vestra pias aures inclinare dignetur; ut tanto nobis valeat celerius misereri, quanto afflictionem nostram verius ex ejus relatione cognoverit. Qualiter enim quotidianis gladiis, & quantis Langobardorum incursionibus, ecce jam per triginta quinque annorum longitudinem premimur, nullis explere suggestionis vocibus valemus. Sed in omnipotente Domino confidimus, quia ea quæ cœpit consolationis suæ nobis bona perficiet: & qui suscitavit in Republica pios dominos, etiam extinguet crudeles inimicos.* Eadem fere ad Leontiam Augustam Epist. 39. Indict. VI. *Quæ lingua loqui, quis animus cogitare sufficiat, quantas de serenitate vestri Imperii omnipotenti Deo gratias debemus, quod tam dura longi temporis pondera cervicibus nostris amota*

ta

ta sunt , & Imperialis culminis lene jugum rediit quod libeat portare subjectis ? Et post pauca . *Det nobis in vestra pietate Pulcheriæ Augustæ clementiam , quæ pro zelo Catholicæ fidei in sancta Synodo , Helena nova vocata est .* Et mox . *Rogare forsitan debui , ut Ecclesiam B. Petri Apostoli , quæ nunc usque gravibus insidiis laboravit , haberet vestra tranquillitas specialiter commendatam . Sed qui scio quia omnipotentem Deum diligitis , non debeo petere quod sponte ex benignitate pietatis vestræ exhibetis .* Hæc Sanctus Pontifex , suggerenda potius Phocæ , quam ab eo speranda . Non enim ita accipienda sunt, quasi de Mauricio iniquius , de Phoca adulatorie scripserit . Nam Mauricium quidem , dum imperavit , pro Pastorali munere arguere non destitit , tum propter controversiam cum Joanne Constantinopolitano *OEcumenici* titulum usurpante , tum propter Maximi Salernitani Episcopi ordinationem , tum propter denegatam contra S. Pontificis consilium Langobardis pacem : demum quia Exarchi in Italiam , ut reliquias illic Imperii adversus Langobardos tutarentur , missi , per socordiam & avaritiam majora , quam hostes ipsi , damna Italis attulerant, adjacentesque Italiæ insulas exactionibus nimiis oppresserant . Igitur magis æqua sperans tempora , ad Phocam scribebat : *Releventur vestra misericordia , contriti ac depressi animi subjectorum .* Et : *Deo gratias debemus , quod tum dura longi temporis pondera , cervicibus nostris amota sunt* : *Quippe* (uti vir doctus in not. ad Epist. 31. lib. 13. observat) *in ipsis Imperii primordiis clementiam in subditos ac liberalitatem summam ostendebat Phocas ; ficte quidem , nimirum , ut exacerbatos ex decessoris sui tum avaritia , tum immanitate , sibi conciliaret animos . At non divinabat S. Gregorius , mores ejus brevi mutatum iri in pejus , & Phocam postmodum obscœnis se libidinibus mancipaturum , ac optimorum virorum cruore satiaturum . Imo etiamsi futurum id prævideret , de præsenti rerum statu , non de futuro , suis in epistolis loqui debuit : idque Phocæ insinuare , non quod esset , sed quod esse deberet .* Cæterum quod S. Gregorius de Mauricio

Epist.

Epist. 40. & 41. Indict. 13. lib. v. questus fuerat, quod pacem cum Langobardis inire respuisset, & quod Corsi & Sardi inique ac nimium exactionibus gravarentur: hoc ipsum sub Phoca adhuc fieri dolet Epist. 2. ad Vitalem Defensorem Sardiniæ Lib. 14. Indict. VII. sic scribens: *Quoniam vero possessores, nos, Sardiniæ petiverunt; ut quia diversis oneribus affliguntur, Constantinopolim pro eorum debeas remedio proficisci, licentiam tibi eundi concedimus, sed & dilectissimo filio nostro Bonifacio scripsimus, ut suum tibi pro remedio illius provinciæ studeat adhibere solatium*. Ad Theodelindam autem Reginam Epist. 12. lib. 14. Ind. VII. pro facta ab Agilulpho cum Romanis pace gratias agit, rogatque ut ejusdem Regis animum, ad pacem de futuro per omnia provocet.

Ad Mauricium vero quod spectat, Theophylactus lib. 8. cap. 13. ait: *Prædicatur Mauricius eloquentiæ fuisse cupidissimus; quique in artibus liberalibus desudassent, eos honoribus insignibus cumulasse. Ædificasse etiam Tarsi Templum Paulo Cilici, qui toto pene orbe salutariter Evangelium Christi Jesu Unigeniti Filii Dei disseminavit. Insuper tertiam partem vectigalium subditis remisisse, & Byzantiis ad aquæductus renovandos triginta talenta donavisse*. Quibus ex verbis liquet, Mauricium subditos tributis non oppressisse. Illum tamen avaritiæ vitio laborasse dicit Zonaras, eo quod milites a Chagano captos redimere noluisset: quod tamen *partim ex tenacitate, partim militum odio* factum subjungit. Gregorius Turonensis lib. 8. cap. 30. & 38. narrat, misisse Mauricium Legatos ad Childebertum Francorum Regem cum pecuniis, ut eum ad bellum adversus Langobardos suscipiendum sollicitaret: qui quum ad Italiam invadendam parasset exercitum, discordia Ducum, re infecta, in Galliam reversus est. Constituerat Mauricius, quum in morbum incidit, inter suos filios, Imperii provincias distribuere. Theophylactus lib. 6. cap. XI. *Quum Imperii sui anno quintodecimo* (Chr. anno 596. aut 597.) *in morbum difficilem esset lapsus, de Imperio constituit, & in literas constituta redegit. Theodosium filiorum natu maxi-*

maximum, Constantinopolis dominum fecit cum administratione Orientis. Tiberio Romam veterem cum Italia & Insulis in mari Tyrrheno decrevit. Cæteras Romanæ ditionis provincias inter reliquos filios distribuit; iisque ætate adhuc immaturis Domitianum cognatum suum, nobilis Ecclesiæ Melitinensis Antistitem, virum rebus agendis dexterum, consilio dexteriorem, tutorem designavit. Quamobrem Imperator majoris momenti negotia ei expedienda ob eximiam prudentiam committebat. Colitur Domitianus in Græcor. Menæis die x. Januarii, quo ad Deum migravit, teste Theophane ann. Incarnationis secundum Alexandrinos 594. Kalendis Septembris anni Chr. 601. inchoato: *Januario mense Domitianus Melitenes Episcopus, Imperatoris consanguineus, diem extremum obiit, & a Cyriaco Patriarcha ad SS. Apostolorum sepultus est, Senatu universo funebribus honoribus memoriam ejus prosequente.* S. Gregorius Papa lib. 2. Ind. xi. Epist. 63. ad Domitianum scripta, ejus eruditionem, prudentiam, & zelum laudat.

Vivebat hoc tempore Sanctus *Theodorus*, cognomento *Siceota*, ex Monacho Episcopus Anastasiopolis in Galatia, cujus vitam descripsit Eleusius qui & Georgius ejusdem discipulus, qui testatur, se duodecim annorum spatio apud illum vixisse. Exstat autem apud Surium ad 22. Aprilis, & apud Bollandianos Tom. 3. April. a pag. 32. Ibi cap. 7. num. 52. narratur, Imperium Mauricio a S. Theodoro prædictum. *Eo tempore, piæ memoriæ Tiberius Imperio potiebatur: qui quum Mauricium sibi a secretis Comitem fecisset, misit eum adversus Persas: quumque vicisset illos, in Urbem ab Imperatore revocatus est. Hic igitur quum per Galatiam iter faceret, auditis quæ de Christi servo dicebantur, ad eum qui tunc in spelunca quiescebat, cum fratre Petro & sociis accessit: & ad pedes ejus prostratus orabat, ut pro se Deum precaretur, ut iter suum ad Imperatorem fortunaret. Beatus autem vir quum, ut surgeret, præcepisset, & pro illo Deum obsecravit, &, Deo sibi patefaciente, dixit ei: Fili, si Sancti Martyris Georgii memor extiteris,*

ris, haud ita multo post cognosces, qua in gloria Imperii collocaberis: quod quum evenerit, memento, ut pauperes alas atque sustentes. Et quum Mauricius hæsitaret, qua in Imperii gloria se collocatum iri diceret, seduxit eum, & remotis sociis, aperte significavit, ipsum futurum Imperatorem. Mauricius igitur cum sociis, accepta benedictione, lætus discessit, & Constantinopolim pervenit; defunctoque Tiberio, ut vir sanctus prædixerat, Imperium obtinuit: & ejus verborum memor, Epistolam ad eum misit, rogans, ut Deum pro se precaretur, ut Imperium in pace tueri posset, & ab hostibus defendere: addiditque, ut peteret, si quid a se vellet. Sanctus autem Theodorus beatum Philumenum misit, & rescripsit Imperatori, ut in usus pauperum aliquid frumenti monasterio tribueret. Addixit igitur Imperator monasterio singulis annis tritici modios sexcentos, & poculum illi pro munere misit. Et cap. 9. n. 69. narratur, quod quum S. Theodorus adhuc esset Anastasiopoleos in Galatia Episcopus, quumque despectui & odio se haberi videret (nam veneno potatus, excessisset ex hac vita, nisi Maria Dei genitrix succurrisset:) Sedi nuncium remittere constituit. „ Vos „ me fratres, *inquit*, invitum, ut scitis, & abstractum, „ hoc jugum subire coëgistis. Et quamvis me ad illud „ ferendum minime aptum excusarem, vos tamen audi- „ re me noluistis, sed vestræ cupiditati maluistis indul- „ gere. Undecimus igitur jam annus est, ex quo ego „ vos affligo, & affligor a vobis. Quamobrem obsecro „ vos, ut Pastorem vobis paretis, qui & vobis place- „ re, & res vestras curare possit. Ego enim posthac Epi- „ scopus vester non ero, sed ut abjectus Monachus, ad „ mansionem revertar meam, ubi in omni mea vita Deo „ servire constitui. Hæc locutus, & assumpto monaste- „ rii sui Archidiacono Joanne, ad Ancyranorum Metro- „ polim se contulit. *Et post pauca num.* 70. Quum igi- „ tu ad Metropolitanum Ancyranorum Archiepiscopum „ Paulum pervenisset, rogabat, ut sibi successor dare- „ tur. At ille tam bono viro dari non posse respondebat. „ quumque magna inter eos contentio esset exorta, con- „ venit

„ venit inter illos, ut ea res ad beatiſſimum Conſtanti-
„ nopolis Patriarcham Cyriacum rejiceretur, & quod il-
„ le conſtituiſſet, ratum foret. Beatus igitur Theodo-
„ rus, piæ memoriæ Imperatori Mauricio, & beatiſſimo
„ Patriarchæ Cyriaco ſupplicavit, ut decernerent, ſibi
„ dandum eſſe ſucceſſorem. Metropolita vero recuſatio-
„ ni ejus, rationes ſuas opponebat. Sed beatiſſimus Cy-
„ riacus Patriarcha, ita etiam jubente Imperatore, Me-
„ tropolitano reſpondit, ut Beati Theodori preces ad-
„ mitteret, & inſignia ei propter vitæ ſanctitatem & in-
„ nocentiam relinqueret Epiſcopatus. Mandato igitur
„ parens Metropolitanus, ab Epiſcopatus onere B. Theo-
„ dorum liberavit, & Epiſcopatus reliquit inſignia. *Et capit.* 10. *numer.* 72. „ eo tempore pius Imperator Mau-
„ ricius, & Beatus Patriarcha Cyriacus, & Princi-
„ pes, literis ſuis Sanctum Chriſti ſervum Conſtantino-
„ polim accerſierunt, ut eis benediceret. Quamobrem
„ quum eo ſe contuliſſet, & beatiſſimum Patriarcham
„ Cyriacum, & Imperatorem, atque Senatum conſalu-
„ taſſet, eiſque benedixiſſet, apud eos commoratus eſt.
„ Magno autem eum ſtudio & honore Imperator, & Au-
„ guſta, & omnes familiares complexi ſunt; & Mona-
„ ſteriis ejus immunitates tributæ, illudque conceſſum,
„ ut nulli alii Epiſcopatui ſubjecta eſſent, ſed Sanctiſſi-
„ mæ tantum & magnæ Eccleſiæ Apoſtolicæ Regiæ ip-
„ ſius civitatis: ita providente Deo, & Sancto Marty-
„ re Georgio opitulante, propter benevolentiam in
„ eos qui in illis degebant & ſacrificabant. *Et eodem capit.* 10. *numer.* 86. de Mauricii filio a lepra ſanato. *Contigit, ut unus ex filiis Mauricii Imperatoris lepræ morbo laboraret: cui quum medici nullam poſſent opem ferre, Imperator virum Sanctum accerſendum curavit. Qui in Palatium, ubi puer jacebat, ingreſſus, & pro illo preces ad Deum fundens, aquam benedixit: quumque illum aſperſiſſet, reliquum aquæ dedit, ut rurſum conſpergeretur: Et Sancti viri precibus puer ſanus effectus eſt. Imperatoris autem & Auguſtæ precibus adductus, inter ipſos conſiſtens, Deum pro illis obſecravit: &*

quum benedixisset eis, discessit in patriam, ad Monasteriumque pervenit. Demum cap. 13. de Mauricii Imperatoris obitu n. 103. *Antequam Mauricius Inperator occideretur, quum in Dei genitricis Monasterio vir sanctus præfinitum Psalmorum numerum legeret, in Sanctuario recens exædificato lucerna, quæ semper ardet, extincta est. Quapropter uni ex fratribus annuit, ut eam accenderet. Sed quum statim rursus exstincta esset, frater rediit, & cum precibus eam iterum accendit. Repenteque rursus extincta, vir Sanctus illum reprehendens, tamquam inepte id fecisset; ipse accessit, & manu sua illam accendit. Sed quum illic adhuc staret, similiter rursum extincta est. Tunc fratribus omnibus congregatis, severe locutus est ad hunc modum. Signum hoc, fratres, non simpliciter, mihi credite, nec temere contigit. Vos ergo diligenter explorate quid egeritis, & in conspectu Dei peccatum vestrum confitemini. Licet enim vos illud celare conemini, Deus ipse patefaciet. Quum autem fratres sibi nullius esse culpæ conscios respondissent: ad obsecrandum Deum accessit, ut sibi rem indicaret. Quumque re divinitus patefacta, tristis esset, & cum gemitu diceret: Vere tu, Isaia, naturam hominis expendisti, quum diceres: omnis homo fœnum, & omnis gloria ejus tamquam flos fœni: aruit fœnum, & flos ejus decidit: & quum hæc loqueretur, fratres rogabant eum, ut rem omnibus patefaceret. Quibus quum præcepisset, ut rem nemini indicarent, prædixit eis, quo mortis genere Mauricius Imperator esset interiturus. Fratribus merito id illi eventurum respondendentibus ob ea quæ improbe gessisset; sic ipse quidem: filii: (inquit S. Theodorus) morietur, sed post eum multo deteriora contingent, quæ hæc ætas non expectat. Paucis igitur post diebus, interfectus est Mauricius Imperator. Et Imperio potitus est Phocas,*

Cedrenus ad ann. 19. Mauricii. „ Eodem anno Monachus quidam, cujus vitæ exercitatio illustris erat, strictum gladium tenens, a foro usque ad æneam portam procurrit, omnibus prædicens, Imperatorem „ gla-

„ gladio occisum iri . „ Idem (1) ad ann.20. Mauricii . „ Eodem anno *Mauricius* in se descendens, ac memoria „ repetens, Deum nihil clam esse, eumque pro meritis „ cuique suis bona aut mala tribuere; tum secum cogi- „ tans, quam graviter abs se peccatum esset, quo tempo- „ re captivos redimere noluit : præstare existimavit, „ ut in hoc potius, quam in futuro sæculo pœnas Deo „ dependeret. Itaque deprecationes literis consignatas „ ad omnes Patriarchas & Monachos, in omnia mona- „ steria, etiam Hierosolyma, misit, ut a Deo pete- „ rent, ut ipsi non in altero, sed in hoc sæculo pœnas „ imponeret. *Et mox*. Ceterum Mauricius, quum pro „ eo preces passim fierent, quadam nocte in somnis ima- „ ginatus est, se adstare coram imagine Servatoris, „ in porta Palatii ærea, multamque secum turbam ca- „ ptivorum, ipsum accusantium : tum vocem de sacra „ Imagine exiisse, quæ Mauricium sisti juberet, ita se „ a ministris correptum, inque porphyretico ibi umbi- „ lico constitutum, a divina voce interrogatum fuisse: „ Ubinam sibi rependi vellet? se autem dixisse: Domi- „ ne humanissime, judex juste, hic malo, quam in alte- „ ra vita. Statimque mandatum fuisse, ut cum uxore „ sua & liberis, totaque familia, Phocæ militi dedatur, „ *Et mox*. Postridie Magistrianus, quem ad hoc able- „ gaverat Mauricius, venit, a Sanctis hoc responsum fe- „ rens: Probat Deus resipiscentiam tuam, & animam sa- „ lute donat, teque cum tota familia inter Sanctos re- „ ponit: sed Imperium cum dedecore & periculis amit- „ tes. His auditis, Mauricius Deum magnopere prædi- „ cavit„ Auctor Chronici Paschalis seu Alexandrini, ad an. Mauricii xx. Ind. v. & vi. „ Hoc an. (*Chr.* 602.) Men- „ se Februario, solemnia nuptiarum Theodosii, filii „ Mauricii, per VII. dies peracta sunt, ab IX. scilicet „ die ad xv. ejus. mensis Februarii. „ Theophanes „ men- „ se Novembri, Indict. v. Mauricius Theodosium *filium*

 suum,

(1) Eadem apud Theophanem, Chronicon Alexandrinum, seu Paschale, & Zonaram.

„ *ſuum*, filiæ Germani Patricii matrimonio junxit, Cy-
„ riaco Patriarcha Conſtantinopolitano nuptiales coronas
„ imponente. „ Subdit Chronicon Paſchale. „ Sexto
„ deinde Julii menſis die, ejuſdem v. Indictionis, pro-
„ poſito edicto ſcriptum eſt reliqua parte anni, nempe
„ uſque ad Januarium ſextæ Indictionis ſic: *Et Conſulatu*
„ *ejuſdem piiſſimi Domini noſtri ſecundo*. Et Novembri
„ menſe ejuſdem (*Sextæ*) Indictionis (*inchoatæ Kalen-*
„ *dis Septembris anni* 602.) Phocas miles unacum exer-
„ citu contra Mauricium ſeditionem movit. Et Mauri-
„ cius Tiberius (1) cum uxore Conſtantina, & novem
„ liberis, ſex maribus, nempe, Theodoſio, Tiberio,
„ Petro, Paulo, Juſtino, & Juſtiniano, & tribus virgi-
„ nibus, Anaſtaſia, Theoctiſte, & Cleopatra, xxii. men-
„ ſis Dii, qui Romanis eſt November, noctu, illuceſcen-
„ te jam xxiii. die, qui fuit feria ſexta, fugit. Phocas
„ autem xxiii. ejuſdem menſis, feria ſexta, a Cyriaco
„ Patriarcha Conſtantinop., in æde veneranda S. Joannis,
„ quæ eſt in Hebdomo, inauguratus, xxv. die dicti men-
„ ſis, die Dominico ab Hebdomo per Auream & Troade-
„ ſias porticus, mediamque urbem totam, uſque ad Pala-
„ tium, nemine reſiſtente, ſed cunctis applaudentibus, cur-
„ ru vectus Conſtantinopolim ingreſſus eſt. *Theophanes*.
„ Itaque Praſini ad Rhegium uſque progreſſi, fauſtis saluta-
„ tionibus tyrannum Phocam excipientes, ad Hebdomum
„ accedere ſuadent. Phocas ſubinde Theodorum a Secre-
„ tis delegat, qui in magnam Eccleſiam ingreſſus, au-
„ diente populo ex tabella recitavit, ac juſſit, Patriar-
„ cham, populi factiones, & Senatum ad Hebdomum
„ con-

(1) Theophylactus Lib. 8. cap. 9. In hoc rerum ſtatu Mauricius medio noctis veſtem auguſtalem exuens, & privatam induens, dromone, ut vocatur, conſcenſo, & grandi pecunia illata, unacum uxore liberiſque, & Conſtantino fugam inivit: cui vulgus, ut tyranno, tota nocte maledicere non ceſſavit, cantilenis etiam in eum per contumeliam compoſitis. Scommatis etiam in Cyriacum hierarcham, ſive Patriarcham, ut Romanis appellare mos eſt inſultabant. Mauricius ægre ad ædem S. Autonomi vivus evadit: qui locus Conſtantinopoli circiter 150. ſtadiis abeſt. Præterea articulorum doloribus corripitur. *Et paulo ſupra*. Tum vulgus coitione facta, probris Imperatorem lacerat, exquiſitiſque contumeliis in eum debacchatur, & Marcianiſtis aggregat, quæ eſt hæreſis, cum quadam fatua religione ſtolida & deridicula.

„ convenire. Quo demum facto, quum universi ad Hebdomum se contulissent, Cyriacus Patriarcha sponsionem a tyranno exegit, qua se rectam fidem retenturum, Ecclesiamque a turbis immunem conservaturum promitteret. Ita tyrannus sceptrorum dominus salutatur. Porro Tyranni inauguratio ad Joh. Baptistæ templum peracta est, duos vero dies ibi moratus, tertio tandem Imperatorio curru vectus in Regiam penetravit. Quinto insuper ab adventu die Leontiam uxorem Imperiali redimivit corona, & Augustam renunciavit. *Pergit Chronicon*. Comprehensus est autem Mauricius Tiberius cum uxore, & octo liberis versus Sanctum Autonomum juxta Prænetum. Et XXVII. ejusdem mensis (*Novembris*) die, feria tertia, interfectus est juxta Chalcedonem idem Mauricius Tiberius, unacum Petro, Justino, & Justiniano: Petrus etiam Curopalata, Mauricii frater, qui pariter captus fuerat. *Theophanes*. Alexander in Cosmam Venetorum Tribunum manu violenter illata, audacius impulit. Et contumeliis prosecutus est. Quod gravius ferentes Veneti: discede, exclamant: disce modeste agere: nondum Mauricius periit. Tyrannus (*Phocas*) vocibus istis auditis, de Mauricio quantocyus e medio tollendo consilium init: summissosque Chalcedonem milites, ad Eutropii portum descendere, ibique Mauricianæ familiæ stragem edere imperat. Sub Imperatoris igitur ipsius oculos, liberi ejus masculi quinque (1) necantur: Imperatoris quippe supplicium a filiorum nece tyrannus auspicabatur. Mauricius eam calamitatem forti animo sustinens, Deum rerum omnium præsidem frequentius invocans, philosophabatur, crebroque repetebat: Justus es Domine, & recta judicia tua. Filiis itaque mors illata, sepulcralem honorem patre auspicante: qui videlicet in summis ærumnis, summæ virtutis speciem exhibuit. Quum enim nutrix unum ex Imperatoris filiis suffurata, proprium ejus loco substi-

„ tuis-

(1) Igitur in Chronico Paschali, desiderantur *Tiberius & Paulus*, Mauricii liberi: qui unacum *Petro, Justino, & Justiniano* sunt occisi.

„ tuisset, non est hoc passus Mauricius, sed suum requisivit. Ex jugulati pueri corpusculo lac emanasse, quidam ferunt: quod spectatoribus omnibus acerbissimas „ lacrymas excussit „. Reliquus ex Mauricii sex liberis masculis erat eorum maximus Theodosius, de quo hæc Theophylactus Lib. 8. cap. 9. postquam Mauricius arrepta fuga cum filiis ad ædem S. Autonomi sese receperat: *Mittitur a Mauricio ad Chosroëm Theodosius, qui & auxilium supplex roget, & Regem commonefaciat, quantum durissimis temporibus suis præsidium ab eo auxiliumque senserit, tantorumque beneficiorum remunerationem aliquam postulet, quandoquidem cum universa domo in extremum præcipitatus sit discrimen. Ostendit porro annulum, cohortando, ne ullo modo redeat, nisi eundem rursus conspexerit. Sic Theodosius Nicæam defertur, quem Constantinus Lardys comitatur.* Et cap. 11. postquam tyrannus Phocas Mauricium cum filiis interficere constituit: „ Is (*Mauricius*) actorum suorum pœnitens, & „ periculum supra caput sapienter considerans, Theodosio filio, qui jam Nicæam pervenerat, Annulum transmittit, atque ad se celeriter reverti jubet. Theodosius patris imperata faciens, ad calamitatem transfugit, libenterque reversus, ad mactationem adest. Tyrannus emissis militibus, e regione principis urbium, ubi Chalcedon condita visitur, in portu Eutropii, Mauricio vitam eripit, prius eo spectante maribus ejusdem filiis jugulatis. *Et cap.* 13. Tyrannus (ut ad intermissa nos referamus) impietate ebrius, ad alias cædes perpetrandas furit. In primis Petro Mauricii germano ejusdemque Duci cervices præcidit. Tollitur e medio etiam Comentiolus, quem Europæ Ducem fuisse, toties ostendimus. Præterea Philippici hypostrategus (1) Georgius. Item Præsentinus Petri a consiliis, quem Romani Domesticum vocant. Theodosius Mauricii filius rediens, in ædem Martyris Au- „ tono-

(1) De hoc Georgio vide quæ Eleusius alias Georgius in vita S. Theodori Siceotæ narrat apud Baron. ann, 603. a num. 21.

„ tonomi confugit. Quo audito, Tyrannus Alexandrum „ ad adolescentem obtruncandum mittit. Obtruncatur. „ Insuper (*Constantinum*) Lardyn in locum διάδρομον „ perducit: ibique eum gladio mactat. Rumor autem a „ quibusdam disseminatus est, Alexandrum a Germano „ impendentis sibi periculi admonitum, Theodosio pe- „ percisse, aliumque in ejus locum, ei similem necavis- „ se, eumque ipsum Theodosium hoc inopinato discrimi- „ ne elapsum, varia Orientis loca peragrasse: postea in „ Colchidem venisse: deinde in solitudines barbarorum „ transgressum, incommoda valetudine laborasse, ac de- „ cessisse. Hic rumor omnes Imperii regiones pervaga- „ tus est: cujus auctor barbarus nescio quis fuit. Nos qui- „ dem quantum potuimus, in hujus rei inquisitione la- „ borantes, etiam illum occisum esse invenimus. Fri- „ volo sane argumento ineptiunt, qui eum evasisse, per- „ suadere aliis volunt. Ajunt enim, ex interemptis tan- „ tummodo ejus caput non apparuisse. „ *Theophanes* ad ann. Incarn. 595. Ind. VI. Chr. 603. „ Theodosium Mau- „ ricii filium fuga evasisse, & periculo superstitem vi- „ xisse, rumor est. Hanc vero famam Persarum Rex „ Cosroës variis mendaciis in id confictis pro libito au- „ xit; Theodosium penes se habere simulans, seque sub- „ inde procurare, ut paternum reciperet Imperium: „ quum revera ipse de usurpando Romanorum Imperio „ cogitaret: quemadmodum seipsum variis demum mo- „ dis prodidit, bella maxime ex improviso in Roma- „ nos inferendo, eorumque ditiones fœde diripiendo. Quod & Theophylactus lib. 7. cap. ult. innuit. „ Chosroës „ belli causam & invitamentum sibi, Phocæ tyrannidem „ sumens, illud orbi exitiosum classicum cecinit, quod „ Romanorum Persarumque fortunas afflixit. Visus est „ enim plane Chosroës tueri & asserere velle sanctam „ Mauricii memoriam „. Cedrenus ad ann. mundi 6095. Chr. 595. juxta Alexandrinos, h. e. Chr. 603. Fama ob- „ tinet Theodosium Mauricii filium, ad Chosroëm lega- „ tum, missis a Phoca ministris Nicææ captum, jussum- „ que necari, quum ad locum cui nomen est Leucactæ, „ per-

„ pervenisset ; Theodosium porro petivisse , ut prius „ quam necaretur , divinis impertiri posset mysteriis: „ Quod postquam impetraverit , actis Deo gratiis , la„ pidem a terra sustulisse , eoque ter pectus suum per„ cussisse , ita orantem : Domine Jesu Christe , tu scis , „ me nulli hominum injuriam fecisse : nunc ergo mihi „ eveniat , ut tua jubet potentia. Hæc fato , caput fuis„ se amputatum . Alii eum a patre cum literis ad Chos„ roëm Persarum Regem missum , intercidisse ajunt . „ Sed Theophylacto major fides est adhibenda , quam ceteris recentioribus historicis.

Hactenus de maribus Mauricii filiis . Nunc de ejus conjuge & filiabus . Chronicon Paschale seu Alexandrinum Indict. VI. hoc est , anno Chr. 603. „ Hoc anno „ Constantina Ex-Imperatrix conjecta est in monasterium. „ Philippicus Patricius & Comes Excubitorum , & Ger„ manus Patricius , Theodosii Mauricii filii socer , in „ Clericos attonsi sunt „ . Theophanes ad ann. Incarnat. secundum Alexandrinos 595. qui anno Christi 603. desinit. „ Imperatricem Constantinam cum filiabus tribus, „ in domo privata , cui Leonis nomen , Tyrannus in„ clusit „ . Quæ verba Theophanes ex Theophylacto lib.8. cap. ult. ineunte excerpsit . Idem Theophanes ad ann. Incarn. 598. (imo 597. Chr. 605.) Phocæ 4. „ Hoc an„ no Scholasticus Eunuchus , vir in Palatio clarus , Con„ stantina Imperatrice cum filiabus tribus , mediæ no„ ctis silentio , educta , Germani Patricii Imperium am„ bientis consilio , ad magnam Ecclesiam confugit . Ma„ gna itaque per Urbem seditio exoritur . Prasini ete„ nim ad Cochliam collecti , diris & execrationibus Con„ stantinam insectabantur : quamvis Germanus ad sup„ petias sibi ferendas eos adducturus , ad Prasinorum „ Tribunos auri talentum dono misisset ; oblatum tamen „ factionis principes respuerunt . Quare mulierculas il„ las Templo educendas Tyrannus jussit. At Patriarcha „ Cyriacus Tyranno se opposuit , mulierculas ab Eccle„ sia tyrannice avelli minime passus . Juramentis autem „ a Phoca interpositis , securus redditus , nil indignum

„ latu-

„ laturas; facris feptis extrahuntur, & in monafterio
„ includuntur, Germanus autem depofita coma, ad Pres-
„ byterorum Ordinem adlectus eft. Philippicus etiam
„ crinibus attonfis, facerdotii dignitatem affequutus,
„ Chryfopoli in monafterio a fe extructo moram egit „.
Eadem habet Cedrenus ad ann. 4. Phocæ (ideft Chri-
fti 605.) „ Anno quarto, Conftantina Augufta cum tri-
„ bus filiabus in Templum profugit. Eo mittit Phocas,
„ qui extrahant mulieres. Sed Cyriacus Patriarcha id
„ non eft paffus; juramento tamen a Phoca accepto, eas
„ in monafterium includit „. Pergit Theophanes ad an-
num 5. Phocæ, Incarn. 599. (imo, 598. Chr. 606.) „ cæ-
„ terum mulier quædam, cognomento Petronia tabel-
„ larii famuli vices gerens Conftantinæ ad Germanum,
„ utrinque dicta refponfaque referebat. Quum autem ru-
„ mor increbefceret, Theodofium Mauricii filium inter
„ vivos adhuc fupereffe, magnam novandarum fpem re-
„ rum eo nuncio Germanus & Conftantina animis fove-
„ bant. Nefaria vero Petronia quæ gerebantur, Tyran-
„ no facit manifefta. Quare Conftantinam fuppliciis exa-
„ minandam Præfecto Theopempto Tyrannus commifit.
„ Illa tormentorum vi compulfa, Romanum Patricium
„ dictorum ad invicem collatorum confcium, ac parti-
„ cipem fatetur. Is pariter examinatus, alios infuper
„ ad infidias Tyranno parandas adjutores fibi fuiffe de-
„ nunciat. Comprehenfus eft etiam Theodorus Orientis
„ Præfectus, quem Tyrannus taureis cæfum neci tradi-
„ dit. Ad hæc Elpidium manibus & pedibus truncatum
„ igne abfumit. Romano caput abfcidit. Conftantinam
„ autem cum tribus filiabus ad Eutropii portus aggerem,
„ ubi Mauricius trucidatus, gladio percuffit: Germa-
„ numque cum ejus filia ad Proten infulam jugulo ma-
„ chæra abfciffo perire juffit. Similiter Joannem Tzit-
„ zam Patricium, & Theodofium Subadjuvæ dignitate
„ infignem, Scombrum quoque, & Davidem Hormif-
„ darum Palatii Chartophylacem e medio fuftulit „.
Theophani fuffragatur Cedrenus ad ann. 5. Phocæ. „ Pho-
„ cas multos Mauricii amicos necavit & cremavit. Con-

 „ ftan-

„ ſtantinam cum tribus filiabus, in portu Eutropii, ubi „ & Mauricius fuerat occiſus, capitibus truncavit. Mul- „ tos quoque inſignes viros de Palatio, & inferioris Or- „ dinis innumeros interfecit „. Id tamen ad annum Phocæ tertium, Indictione VIII. Chr. 605. refertur in Chronico Paſchali, his verbis. „ Hoc anno, menſe Dæ- „ ſio, ſecundum Romanos Junio, die 7. capite plecti- „ tur Theodorus Præfectus Prætorio, Joannes Magiſter „ Scriniorum, Romanus Scholaſticus, Theodoſius Sub- „ adjuva Magiſtri, Patricius illuſtris conſobrinus Do- „ mnizoli Curatoris Palatii Hormiſdæ, Joannes & Tzi- „ tas Spatharius, & Candidati, Athanaſius Comes Lar- „ gitionum, Andreas illuſtris cognomento Scombrus, „ & Elpidius illuſtris: huic exſecta eſt lingua, & qua- „ tuor extremis corporis partibus in lectulum ſublatis, „ ad ſpectaculum circumductus, & ad mare relatus, ibi- „ que effoſſis oculis, in naviculam conjectus, concrema- „ tus eſt. Aliis vero ſupramemoratis capita ſunt ampu- „ tata, quum deprehenſi eſſent conſpiraſſe in Imperato- „ rem Phocam. Eadem tempeſtate, Ex-Imperatrix Con- „ ſtantina trans urbem in portu Eutropii ad Chalcedo- „ nem capite plexa eſt, ut & qui ſupererant illius & „ Mauricii liberi ſequioris ſexus, Anaſtaſia, Theocti- „ ſta, & Cleopatra, eæque cum Germani filia, Theodo- „ ſii uxore, ſublatæ; ipſeque Germanus una cum illis „ ſublatus eſt.

Cangius in Familiis Auguſtis Byzantinis Cap. x. de Familia Mauricii Auguſti, præter ſex ejus filios maſculos, Theodoſium, Tiberium, Petrum, Paulum, Juſtinum, & Juſtinianum, & præter tres fœminas Anaſtaſiam, Theoctiſtam, & Cleopatram, duas alias fœminas recenſet, nempe *Sopatram*, quæ Mauricii Imperatoris filia dicitur in Menæis Græcorum ad diem 9. Novembris, & Sanctæ Euſtoliæ Virginis Romanæ ſuaſionibus, abdicata aula, in monaſterium conceſſiſſe, & in eo vitam ſanctam exegiſſe: Et *Mariam*, alteram ejuſdem Auguſti filiam, quæ memoratur a Willelmo Tyrio lib. 1. cap. 2. a patre uxor data Chofroi Perſarum Regi, ejuſ-

que

que gratia fertur idem Chofroës baptizatus, Romanorumque fuiffe amiciffimus, quamdiu Mauricius vixit: quam tamen idem Cangius fufpicatur non aliam fuiffe a *Sira* Chriftiana illa Chofrois uxore, ad Mauricium nullatenus fpectante. Idem Cangius ex probatis Scriptoribus, tres fœminas enumerat, Mauricii Imperatoris forores, Pauli ejufdem Mauricii patris, filias, quarum prima *Gordia*, Philippo Duci Orientis a fratre Mauricio nuptum data: alia a *Gordia* Patricia, & illius filia Theoctifta, quarum primam ait Sanctus Gregorius lib. 6. Epift. 2. Marino, alteram Chriftodoro nuptas, etiamfi locis aliis (lib. 6. Epift. 23. & lib 9. Epift. 39.) Theoctiftam Patriciam, proxima Mauricium attigiffe cognatione innuat. Secunda *Damiana*, fiqua fides Joanni Mofcho in Prato Spirituali cap. 127. 128. 129. quæ monafterio præfuit Hierofolymis, in quo non fine fanctitatis opinione cum *Sopatra* Mauricii Augufti filia vixit, nuptiafque antea inierat, ex quibus natus *Athenogenes* Petræ in Arabia Epifcopus. Tertia, *Theoctifta*, quæ *foror Imperatoris* a Gregorio Magno lib. 1. Epift. 5. appellatur: quam idem Pontifex lib. 7. Epift. 26. *Theoctiftam Patriciam* vocat, hortaturque, ut Regiorum puerorum inftitutioni ftudiofe invigilet, mutuamque illis infpiret charitatem & manfuetudinem in fubjectos: quam denique lib. XI. Epift. 45. monet, ejus animum detractionibus turbari non debere: oftenditque, primo, Religionis caufa conjugia non debere diffolvi: fecundo, peccata omnia in Baptifmo funditus dimitti: tertio, poft pœnitentiam triennio factam, licentiam non effe peccandi: quarto, illum etiam vinculo anathematis teneri, qui neceffitate compulfus, id de quo reprehenditur, anathematizaverit. Plerofque autem in quatuor hifce capitulis imperito zelo, falfo accufatos, ratione tamen & manfuetudine debere accufatores fuos placare. Verba S. Gregorii accipe.
„ Ad me etenim, ficut noftis, quum apud veftigia Do-
„ minorum in Regia urbe demorarer, multi ex eis ve-
„ nire confueverant, qui de prædictis capitulis accufa-
„ bantur. Sed tefte confcientia fateor, numquam in eis

 „ ali-

„ aliquid erroris, aliquid pravitatis, aliquid de his quæ „ contra eos dicebantur, inveni. Unde & eos opinione „ contemta, familiariter suscipere, & magis ab inse„ quentibus defendere curabam. Dicebatur namque con„ tra eos, quia sub obtentu religionis, conjugia solve„ rent; & quia dicerent, quod Baptisma peccata peni„ tus non auferret: &, si de iniquitatibus suis quis in „ triennium pœnitentiam ageret, postmodum ei perver„ se vivere liceret: & quia, si compulsi, aliquid de qui„ bus reprehendebantur, anathematizare se dicerent, ana„ thematis vinculo nullo modo teneri. Et, si sunt qui „ certissime talia sentiunt vel tenent, quia Christiani „ non sunt, dubium non est: eosque & ego, & omnes „ Catholici Episcopi, atque universa Ecclesia anathe„ matizamus: quia veritati contraria sentiunt, contra„ ria loquuntur „. Pergit singula hæc quatuor capitula exponens atque refellens: quæ sunt falsa Marcianistarum dogmata, de quibus vide Coteler. Tom. 2. Monum. Eccl. Græc. a pag. 401.

Chronicon Alexandrinum seu Paschale, narrata Familiæ Mauricianæ cæde, ad annum sequentem, hoc est, Chr. 606. obitum Cyriaci Patriarchæ confert. *Hoc anno* (Phocæ nempe IV. Indict. IX.) *Cyriacus Patriarcha Constantinopolitanus moritur mense Hyperberetæo, secundum Romanos Octobri, die 29. feria 7., illiusque funus curatum est 30. ejusdem mensis, feria 1. & depositum est corpus illius juxta morem receptum in æde Sanctorum Apostolorum.* Qui characteres indicant annum Chr. 606. quo anno dies 29. Octobris incidit in Sabbatum, & dies 30. in Dominicam: adeoque non *Indictione* IX. sed *decima*, Kalendis nempe Septembris ejusdem anni 606. inchoata. In Menæis Græcis impressis colitur Cyriacus die 27. Octobris: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυριακοῦ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως: *Sancti Patris nostri Cyriaci Patriarchæ Constantinopoleos*. Adduntur duo hi versiculi.

Ὁ Κυριακὸς ἐκλιπὼν γῆν καὶ βίον,
Πρὸς αὐτὸν ἥκει κύριον τῶν κυρίων.
Cyriacus hanc vitam & humum dum deserit,

Pro-

Properavit ad Dominum ille do minorum omnium.

In Mſ. ſupplemento Chiffletiano ad Menæa excuſa idem Cyriacus die 30. Martii ſic memoratur : ὁ ἅγιος Κυριακὸς Πατριάρχης Κωνςαντινȣπ. ἐν εἰρήνῃ τελευτᾷ . *Sanctus Cyriacus Patriarcha Conſtantinopolitanus, in pace vitam finivit*. Sequuntur hi duo alii verſus .

Σȣ̃ Κυριακὸς ποίμην μέγας
Ποιμένεται νῦν μυςικῇ, σωτὴρ, χλόῃ.
Cyriacus hic, magnus tui paſtor gregis,
Salvator, herba myſtica nunc paſcitur.

Paulus Diaconus de geſtis Langobardorum lib. 4. cap. 37. de Phoca Imperatore ſic ſcribit: *Phocas igitur, ut præmiſſum eſt, extincto Mauricio ejuſque filiis, Romanorum Regnum invadens, per octo annorum curricula principatus eſt. Hic, rogante Papa Bonifacio, ſtatuit, Sedem Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ caput eſſe omnium Eccleſiarum, quia Eccleſia Conſtantinopolitana primam ſe omnium Eccleſiarum ſcribebat. Idem, alio Papa Bonifacio petente, juſſit in veteri fano, quod Pantheon vocabant, ablatis idololatriæ ſordibus, Eccleſiam Beatæ ſemper Virginis Mariæ & omnium Martyrum fieri: ut ubi quondam omnium, non Deorum, ſed Dæmonum cultus erat, ibi deinceps omnium fieret memoria Sanctorum*. Anaſtaſius Bibliothecarius de Bonifacio III. Pontifice loquens, qui *ſedit menſes octo, dies 28. Hic obtinuit apud Phocam Principem, ut Sedes Apoſtolica B. Petri Apoſtoli caput eſſet omnium Eccleſiarum, ideſt, Eccleſia Romana, quia Eccleſia Conſtantinopolitana primam ſe omnium Eccleſiarum ſcribebat*. Non igitur vivente Cyriaco Patriarcha id factum, ſed poſt ejus obitum, ſub Thoma in Sede Conſtantinopolitana ſucceſſore: nam Bonifacius III. die 19. Februarii anni 607. ordinatus, obiit eodem anno die x. Novembris, uti Pagius oſtendit ad ann. 606. num. IV. Quamobrem Franciſcus Pagius in Breviario Pontificum Romanorum Tom. I. pag. 380. recte ſcribit . *Baronius, Binius, & alii volunt, Phocam Edictum illud edidiſſe in odium Cyriaci Epiſcopi Conſtantinopolitani, in quem exacerbatus erat. Sed hæc conjectura non videtur admittenda,*

tenda, quum Cyriacus obierit mense Octobri anni 606. & Thomas magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus die 23. Januarii anni 607, ei suffectus fuerit, antequam Bonifacius ordinaretur Romanus Pontifex. Quare quum nullibi constet, illud decretum in ejus odium editum esse, quid vetat dicere, Phocam quum bene nosset, Ecclesiam Romanam jure divino primatum semper tenuisse super omnes totius orbis Ecclesias, ex æquitate causam illam dijudicasse; quum præsertim constet, eum erga Romanos Pontifices propensum fuisse, ut videtur in Bonifacio IV. Ex quibus corruit, quod Baronius ait, Cyriacum mœrore consumtum, quod Phocas id decretum edidisset, diem suum obiisse. Certo certius est, neque Phocam sponte id decretum edidisse, sed (uti ex Paulo Diacono & Anastasio Bibliothecario constat) rogatum a Papa Bonifacio III. statuisse, Sedem Romanam omnium ubique Sedium primatum tenere: per Apocrisiarium nempe Apostolicæ Sedis, qui Constantinopoli degebat, eundem Bonifacium Papam obtinuisse a Phoca, ut nova sanctione confirmaret id quod olim Justinianus in sua ad Pontificem Romanum Joannem Epistola, Cod. *lib.* 1. *de Summa Trinitate & fide Catholica*, *Tit.* 1. *cap.* 9. edixerat, dicens: *Reddentes honorem Apostolicæ Sedi, & Vestræ Sanctitati.* Et post pauca. *Nec enim patimur quicquam quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quamvis manifestum & indubitatum sit quod movetur, ut non etiam Vestræ innotescat Sanctitati, quæ caput est omnium sanctarum Ecclesiarum*: & quod ibidem cap. 8. in Responsiva ad antedictam Justinianeam Epistolam, Joannes Romanus Pontifex legitur constituisse: *Inter claras mansuetudinis vestræ laudes, Christianissime Principum, puriore luce tamquam aliquod sidus irradiat, quod amore fidei, quod charitatis studio edocti Ecclesiasticis disciplinis, Romanæ Sedis reverentiam conservatis, & ei cuncta subjicitis, & ad ejus deducitis unitatem, ad cujus auctorem, hoc est, Apostolorum primum, Domino loquente, præceptum est, Pasce oves meas. Quam esse omnium vere Ecclesiarum caput, & Patrum Regulæ, & Principum statuta declarant, & Pietatis*

tatis vestræ reverendissimi testantur affatus: Justinianeum enim Codicem, apud Orientales omnes, ac præsertim Constantinopolitanos, per ea tempora, quibus Mauricius, Phocas, Heraclius cæterique Augusti imperabant, vim legis Ecclesiasticæ ac Politicæ obtinuisse, nemo est qui ignoret. Non aliud igitur a Phoca erga Romanam Ecclesiam præstitum arbitror, quam ut quæstionem illam de *OEcumenici titulo* a Patriarchis Constantinopolitanis usurpato dirimeret, seu potius sopiret, exponendo nempe, quod Primatus, quem Romana Ecclesia jure divino supra omnes Orbis Ecclesias habet, per eum Titulum nequaquam lædi posset, utpote quæ Constantinopolitanam Sedem subjectam haberet; sicuti neque reliquarum Orientis Patriarchalium Sedium, Alexandrinæ scilicet, Antiochenæ & Hierosolymitanæ, Privilegia per illum Titulum convelluntur, quæ post Constantinopolitanam censentur, ab illa tamen nequaquam dependent. Ea nempe mens erat Mauricii Imperatoris, ea S. Anastasii Patriarchæ Antiocheni, dum ad S. Gregorium Papam scripsere, *vocem OEcumenici a Constantinopolitano Episcopo usurpatam non magni interesse*: sciebant enim quid de Primatu Romanæ Ecclesiæ supra omnes Ecclesias, quid de Patriarcharum Orientalium privilegiis, per Canonicas & Imperiales leges statutum esset.

CAPUT XVI.

Thomas Patriarcha Constantinopolitanus.

CHronicon Paschale ad annum Phocæ v. Indict. x. (Kalendis Septembris anni Chr. 606. inchoata, & ad finem Augusti anni 607. perducta.) *Hoc anno, mense Audynæo, secundum Romanos* XXIII. *Januarii, dictus est Patriarcha Constantinopolitanus Thomas, Diaconus Magnæ Ecclesiæ, & Sacellarius Patriarchæ, ac Ordinationibus Præpositus*. Theophanes ad ann. IV. Phocæ. *Patriarcha Cyriaco vivis erepto, Thomas Diaconus ejus & Sacellarius ejusdem Ecclesiæ, ordinatur, die* XI. *mensis* Octo-

Octobris. Verum hunc locum perturbatum esse non dubitamus (inquiunt Bollandiani ad 20. Martii) imo annum integrum, qui Phocæ quintus est statuendus, desiderari, aut per aliquam inscitiam omissum ac postmodum expunctum: qui erat Theophani annus 599.. secundum Eram nostram vulgarem 607.

In vita S. Theodori Siceotæ, quæ in VII. Synodo Act. IV. laudatur, cap. 14. num. III. quæ ad Thomam Patriarcham spectant, sic habent. „ Quum in Oppidis „ finitimis supplicationes fierent, & cruces, quæ gestari solent, horribili miserandoque spectaculo per se „ concuterentur & commoverentur, interrogatus vir divinus, quid sibi id vellet, respondit: Deum, o filii, „ precibus placate, quoniam magnæ mundo imminent „ calamitates. Domitius autem Patricius, vir clarissimus, promiserat, se Auream Crucem ad supplicationis, adorationisque usum effecturum. Itaque misit vir „ sanctus Epiphanium Diaconum ad illum. Qui quum „ aurifici aurum dedisset, Diaconum rogavit, ut tantisper moraretur, dum aurifex opus conficeret. Et „ sanctissimus Patriarcha Thomas, qui post beatæ memoriæ Cyriacum in Pontificia Regiæ Civitatis Sede „ successerat, laudata viri gloriosi pietate, dedit etiam „ ipse particulam venerandi Ligni Sanctæ Crucis, & „ particulam Sancti Sepulcri Salvatoris nostri Dei, & Veli particulam Sanctissimæ Dei Genitricis, conjiciendas „ in umbilicum illius Crucis, quæ ex auro conflabatur. „ Quæsivit autem ex ipso Diacono, utrum verus fuisset ille Crucium motus, qui in regione Galatarum „ factus fuisse dicebatur. Quumque Diaconus id affirmasset, valde timuit beatissimus Patriarcha, & sollicitudine plenus, Epistolam scripsit ad servum Dei, rogans eum, ut quam celerrime ad se in Civitatem Regiam proficisceretur. *Et num.* 114. Ingressus igitur „ in urbem Regiam, a beatissimo Thoma Patriarcha „ honorifice & magno cum gaudio susceptus est. Et „ quum inter se consalutassent, obtulit ei discipulum „ suum Joannem; & vitæ sanctitatem ac mores ejus „ com-

„ commendans, petiit, ut eum monasteriorum Præfectum „ constitueret. Quod statim fecit sanctissimus Patriar„cha, palliumque tribuit, & præmisit ad sancta mona„steria. Phocas etiam Imperator eum accersendum cu„ravit: manuum enim ac pedum doloribus excrucia„tus jacebat. Sancto igitur viro ingresso, & manus suas „ illi imponente atque precante, sublevatus Imperator, „ rogavit eum, ut pro se, proque Imperio precaretur. „ Quamobrem admonuit eum vir sanctus, ut ab homi„num afflictione & sanguinis effusione temperaret, si „ preces suas a Deo vellet exaudiri. Quum autem ab „ Imperatore discessisset, rogavit eum beatissimus Tho„mas Patriarcha, ut pro sua in illum benevolentia apud „ se diverteret, & Deum obsecraret, ut in cœlesti vi„ta simul invenirentur. Et quæsivit ex eo, an verus „ fuisset admirabilis ille crucium in supplicationibus mo„tus. Quod quum verum fuisse intellexisset, cœpit ora„re virum sanctum, ut indicaret, quid signum illud „ portenderet. Tum Sanctus recusare, seque abjectum „ atque humilem dicere, nec scire, quid responderet ad „ interrogata. Prostratus ille ad pedes ejus, se resurre„cturum negavit, nisi in ea re sibi morem gereret: scio „ enim, inquit, tibi non signum hoc solum, sed alia „ multa esse nota: neque enim illud ad hanc usque diem „ neglexisti: quod si neglexisses, tamen patefiet tibi, si „ petieris a Deo. Quum igitur se desiderio ejus satisfa„cturum promisisset Christi servus, eum surgere coë„git: & lacrymans: nolebam, inquit, te affligi: neque „ enim expedit, te hæc scire. Verum, quando ita vis, „ scito, ea crucium concussione, multa nobis gravia, „ molestaque prænunciari. Significat enim plurimos a „ Religione nostra defecturos, & barbararum gentium in„cursiones, & magnam sanguinis effusionem, & ingens „ exitium, & in universo orbe seditiones fore, & san„ctas Ecclesias desertum iri, & divini cultus, & Impe„rii interitum, & Adversarii adventum appropinqua„re. Reliquum est, ut tanquam gubernator Ecclesiæ, „ & populi Pastor, Deo totis viribus assidue supplices,

„ ut ignoſcat populo, & pro miſericordia ſua hæc omnia moderetur. His auditis, beatiſſimus Patriarcha magno timore mœſtitiaque correptus, cum lacrymis cœpit rogare ſanctum virum, ut Deum obſecraret, quo animam ſuam tolleret, antequam ab illis calamitatibus opprimeretur. Quumque vellet S. Theodorus in patriam redire, quoniam quietis & ſilentii ſui tempus adventabat, id illi non permiſit beatiſſimus Patriarcha: increbuerat enim rumor, Civitatem haud ita multo poſt abſorptum iri: quamquam voluit, ut apud ſe hiemem traduceret. Namque dicebat, ſe precibus ejus apud Deum pro populo indigere, ut ſaltem mala differat, quæ comminatur. Quum autem vir ſanctus locum proprium ad habitandum poſtularet, juſſit, ut in S. Stephani Monaſterio, quod Romanorum dicitur, habitaret. Natali igitur die Salvatoris noſtri Dei illic ſeſe incluſit, ut quietem & abſtinentiam ſolitam obſervaret. Quo tempore contigit, ut ſanctiſſimus Patriarcha in morbum incideret. Itaque nuncium miſit ad B. Theodorum, rogans eum, ut Deum precaretur, ut ſibi daret vitæ finem. At Chriſti ſervus reſpondit: quamvis ipſe, ut Sanctus olim Apoſtolus Paulus, diſſolvi & eſſe cum Chriſto cuperet, tamen quum magis eſſet neceſſarium, ut pro populi ſalute in corpore maneret, oraturum potius, ut illi vitam & ſanitatem elargiretur. Sed nuncium rurſus ad Dei ſervum miſit ſanctiſſimus Patriarcha: Per Dominum, inquiens, obteſtor te, Pater, ſi diligis me, ut pro mutua & fraterna inter nos benevolentia, Deum obſecres, ut depoſitum pignus ſuum recipiat e corpore meo, meque ab imminentibus periculis liberet: neque enim ſpectare poſſum, quæ tu prænunciaſti. Tunc Dei ſervus, flexis genibus, & fuſis pro ipſo precibus, nunciavit ei per Epiphanium miniſtrum, ſe quidem vitam ejus pro ſalute omnium exoptaſſe; Verum, quoniam tantopere flagitaſſet pro ſe preces fundi, ut diſſolveretur & eſſet cum Chriſto, juſſis ipſius obtemperaſſe, & Deum illi quæ cuperet conceſſurum,

„ & pe-

„ & petitionem ejus eodem die impletum iri. Quamobrem, si jubes, inquit, ut veniam ad te, statim id faciam; sin minus, nos tamen vicissim apud Christum Dominum conspiciemus. Hoc audito, beatissimus Patriarcha gavisus est gaudio magno; & Deum laudans, monuit servum ejus, ne exiret, neve a quietis & abstinentiæ suæ discederet instituto: contentum enim se esse promisso ejus, quod se vicissim apud Christum essent conspecturi. Hoc & Imperator quum intellexisset, sanctissimum Patriarcham invisit. Qui quum omnibus benedixisset, ante horam vespertinam, cum prudentia atque constantia mirabili, ad Dominum migravit „. Nimirum, ut habet Chronicon Paschale, ad annum Phocæ VIII. Indict. XIII. *Hoc anno* (Chr. 610.) *mense Dystro, secundum Romanos Martio, die* 20. *feria* VI. *moritur Thomas Patriarcha Constantinopolitanus, & 22. ejusdem mensis, feria* I. *terræ mandatur*.

Nicephorus Callistus lib. 18. cap. 44. *Thomas iste domum maximam in ædibus Episcopalibus extruxit, quæ domus, nomen a conditore suo acceptum, in hodiernum usque diem retinet, & Thomaitis vocatur*. Conflagravit incendio imperante Constantino, Irenes Augustæ filio, Cedreno teste ad annum X. ejusdem Constantini: *Incendium, Triclinium Patriarchæ domus, quod Thomaites appellabatur, & ei subjectas cameras absumsit, ubi reposita erant schedæ universæ Scripturæ, quibus eam S. Joannes Chrysostomus fuerat interpretatus*. Ibi erat Bibliotheca Patriarchalis, ut testatur idem Cedrenus in Theophilo, ubi ait: Theophanem Confessorem, sacrarum Imaginum defensorem, quum ei præsentaretur Liber quidam corruptus, postulasse, ut ex *Patriarchæ Bibliotheca Thomaitica Codex afferretur*. Mentio ædium Thomaiticarum fit apud recentiores Patriarchas Constantinopolitanos, qui Synodum ibidem habuisse leguntur, ut suo loco adnotabimus.

Eodem die XX. Martii, quo S. Thomæ obitus refertur in Chronico Paschali, idem Sanctus colitur a Græ-

cis in Menæis excusis, nec non in Menologio Basiliano, ubi hoc legitur Elogium. *Memoria S. P. N. Thomæ Patriarchæ Constantinopolitani. Sanctus hic Pater noster Thomas, propter excellentem suam virtutem & summam prudentiam ac religionem, Diaconus ordinatur magnæ Ecclesiæ & Sacellarius a Sancto Patre nostro & in miraculis patrandis maximo Joanne Jejunatore, & post obitum hujus Joannis ejusque successoris in Episcopatu Cyriaci, ordinatus est Patriarcha Constantinopolitanus, eumque Episcopatum gessit annos tres, menses duos. Plurimum contra hæreses decertavit, ipsosque hæreticos pudore confudit: orthodoxam fidem doctrinamque stabilivit, & ovile suum bene & ad Dei beneplacitum ac præscriptum administravit. Imperatores pios præclare instruxit, ac Senatui totique Sacerdotali Ordini apparuit venerandus. Post hæc adversa valetudine correptus, gaudens & exultans, uti æquum erat, in cælum transcurrit.*

CAPUT XVII.

Sergius Patriarcha Constantinopolitanus.

CHronicon Paschale, post narratam S. Thomæ mortem ad Indictionem XIII. & diem Martii XX. subjungit de ejus successore Sergio: *Et* VIII. *Artemisii, secundum Romanos Aprilis, ejusdem Indictionis* XIII. *magno Sabbato, Constantinopoleos Patriarcha creatus est Sergius, magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus, & Ptochiorum Præfectus*, φρὲξ λιμένος, *Custos Portus*. Sed pro, VIII. *Aprilis*, scribendum est, XVIII. Aprilis, in quem Sabbatum magnum seu Sanctum, Indictione XIII. anno Chr. 610. incidit. Præterea pro *mense Artemisio*, ponendus est *Xanthicus*, quum idem ipse Chronici Paschalis Auctor, mensem Majum *Artemisii*, Aprilem vero *Xanthici* nomine semper appellet. Hi duo errores, librariorum oscitantiæ sunt tribuendi.

Eleusius qui & Georgius, auctor Sergii synchronus, in vita S. Theodori Siceotæ cap. 14. num. 116. narrato

Cy-

Cyriaci Patriarchæ obitu, sic ait: *Hujus obitu quum servi Dei* (S. Theodori) *familiares angerentur, quod tam amicum atque benevolum Patriarcham amisissent; Nolite, inquit vir sanctus, dolere & conqueri: qui enim futurus est Patriarcha, non minus nos diliget. Quod & contigit. Sergius enim, qui creatus est Patriarcha, venit ipse ad Dei servum, nec permisit, ut prius a quoquam certior fieret: sed de improviso eum psalmos canentem offendit; & ad pedes ejus prostratus, rogavit illum, ut pro se Dominum precaretur, quo divina ipsius gratia dignus effectus Episcopatu & Apostolica Sede, ex voluntate ejus populum in pace regeret & gubernaret: se enim juniorem esse & imperitiorem, quam ut sine præcipuo & singulari Dei præsidio id præstare posset. At Dei servus, precibus fusis, ipsumque complexus: Idcirco, inquit, tibi juveni tantum Deus onus imposuit, ut majore virtute viribusque sustineas calamitates & molestias impendentes: id quod præcessor tuus sibi præstare non posse videbatur. Confirma igitur te, & robustus sis, atque viriliter age: Deo enim confisus, spero, administrationem tuam & diuturnam & præclaram fore. Ex eo tempore majores vires suscipiens Patriarcha, in suo munere administrando se recte gessit, & majore, quam præcessor ejus, benevolentia virum sanctum est prosecutus.* Is fortasse alius non est a Sergio Diacono, de quo in eadem vita S. Theodori Siccotæ cap. 10. num. 83. paulo ante scriptum fuerat: *Sergius autem, pius sanctissimæ Ecclesiæ magnæ Diaconus, & sanctissimi Patriarchæ* (Cyriaci) *familiaris, sororem habebat, quæ quum triennium cum marito vixisset, numquam concipere poterat. Utrumque conjugem Sergius in vestibulo collocavit; & quum sanctus Christi servus Theodorus a Patriarcha* (1) *discederet, Joannem Hypodiaconum ejus comitem rogavit, ut illuc sanctum virum perduceret: quod quum esset factum, Sergius Diaconus eos ad virum sanctum adduxit, & simul cum illis ad viri pedes procidit, supplicans, ut eis liberos concederet. Quibus sanctus: non ad*

(1) Theodorum enim Cyriacus Patriarcha accersiverat, ac Theodorus ad sanctissimum Patriarcham se contulerat, num. 82.

ad me, inquit, filii, sed ad Deum accedite. Verum, quum illi non desisterent obsecrare, utriusque zonas accepit, atque inter illas utrinque collocatas, genibus flexis, Deum precatus est: post autem zonas illis restituit, ut se cingerent. Et Dei gratia factum est, ut post novem menses mulier filium pepererit. Est carmen Græcum Georgii Pisidæ, quo vitæ hujus calamitatem deplorat, ad Sergium Patriarcham inscriptum, ubi illum ab animi demissione aliisque virtutibus plurimum commendat. Excerptum Latine legitur apud Baron. ad ann. 608. num. 5. Joannes Philoponus compositum a se in Hexaëmeron Commentarium, eidem Sergio Patriarchæ Constantinopolitano nuncupavit. Theophylactus Simocatta honorificam ejusdem mentionem (suppresso licet nomine) facit in Procemio suæ historiæ in Dialogo Philosophiæ & Historiæ, ubi mirifice eum laudat, illius videlicet temporis Patriarcham, studiis liberalibus, ipsique historico amicissimum, cujus auctoritate ac voluntate permotus, ad eam historiam conscribendam accessisse videtur; *An tu, Regina, non nosti totius orbis Præsulem & Antistitem?* (sic loquens inducitur Historia: Cui Philosophia respondet.) *Equidem novi: est enim amicus meus pervetus, & thesaurus familiarissimus.* Historia. *Habes igitur, Regina, ad id quod quæsivit responsum ex tempore. Rem exoptabilem ille in vitam reduxit, meque tamquam e sepulcro aliquo taciturnitatis recuperavit: & ut Alcestim aliquam viribus alicujus Herculis malorum depulsoris resuscitavit. Adoptavit autem me excelso animo, splendida veste operuit, & monili decoravit aureo: & hunc crobylum sive plexum capillorum in vertice, cicada ex auro insidente, divinus hic vir exornavit, & qua vides ratione illustravit, stabilemque mihi sedem benevole proposuit, & libertatem omni periculo vacantem concessit.* Philosophia. *Miror Antistitis ingentem animum, quo tam alte in recte factis ascendit, & in summo fastigio divinæ scientiæ sese collocavit, & usque ad apicem virtutum progressus est, omnesque sub sole prærogativas consectatur. Cui vita est, omnimodis optimæ & cultissimæ artes. Nec enim*

vel

vel terrenum ornatum inornatum manere vult. Ubi notanda ſunt illa priora verba: Μῶμ οὐκ ἴσθα, Βασίλεια, τὸν μέγαν τῆς ἁπανταχόθεν οἰκουμένης Ἀρχιερέα καὶ πρόεδρον; *An tu, Regina, non noſti totius Orbis Præſulem & Antiſtitem?* Significatur enim titulus *OEcumenici*, quo poſt Thomam, Cyriacum, & Joannem Jejunatorem, Sergius quoque Patriarcha ſe ipſum appellabat.

Plura ſub eodem Sergio Patriarcha, vel ab ipſo ſunt in Eccleſia Conſtantinopolitana inſtituta, quæ ad Ritus Eccleſiaſticos ſpectant. In vita Sancti Theodori Siceotæ cap. 14. num. 117. „ Reprehendebat vir Sanctus (Theo„ dorus nempe) illum morem, quo multi, præſertim in „ dignitate conſtituti, poſt Myſteriorum perceptionem „ ad Lavacra ſe conferebant. Quamobrem Clericorum „ cœtus Sanctiſſimæ magnæ Eccleſiæ ad eum ſe contulit, „ & ſic eum eſt allocutus: Quoniam audivimus, Pater „ Sanctiſſime, te eos reprehendere, qui poſt Myſterio„ rum perceptionem ſe lavant, ad te confugimus, ut „ intelligamus, utrum id ex Sacræ Scripturæ lectione, „ an aliunde didiceris. Vir divinus ita reſpondit. Le„ gimus in Scripturis Sanctis: omne mendacium a malo „ eſt. Et: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. „ Scitote igitur, filii, Deum mihi indicaſſe, eos val„ de peccare, qui poſt Sanctam Communionem ad bal„ nea ſe conferunt, ut corpus lavent & curent. Quis „ enim unguento delibutus & aromatibus, eorum abſter„ git ſuavitatem? Quis ſimul ac cum Imperatore pran„ ſus eſt, ad balneum currit?

Chronicon Paſchale, Indict. IV. anno Chriſti 615. *Hoc anno ſub Sergio Patriarcha Conſtantinopolitano, a prima Jejuniorum hebdomade, Indictionis quartæ, cœpit pſalli poſt illud*, κατευθυνθήτω, Dirigatur, *quando Præſanctificata dona in Altare ex ſcevophylacio inferuntur, poſtquam dixit* (1) *Sacerdos*, κατὰ τὴν δωρεὰν τοῦ Χριστοῦ σου, Juxta domum Chriſti tui, *ſtatim incipit Populus*. νῦν αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σὺν ἡμῖν ἀοράτως λατρεύουσιν. ἰδοὺ γὰρ εἰσπορεύεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. ἰδοὺ θυσία μυστικὴ τετελειω-

(1) Μετὰ τὸ εἰπεῖν τὸν ἱερέα.

λειωμένη δορυφορεῖται. πίςει ϰ φόβῳ προσέλθωμεν, ἵνα μέτοχοι ζωῆς αἰωνίȣ γενώμεθα. Ἀλληλȣΐα. *Nunc virtutes cælorum nobiscum invisibiliter adorant. Ecce ingreditur Rex gloriæ. Ecce sacrificium mysticum perfectum, solemni pompa affertur. In fide & tremore accedamus, ut participes efficiamur vitæ æternæ. Alleluja. Hoc non solum in Jejuniis Præsanctificatorum canitur, sed & aliis prætera diebus, quotiescumque Præsanctificata fiunt.*

Idem Chronicon Indict. XII. anno Chr. 624. *Hoc anno, mense Artemisio, secundum Romanos Majo, Indictione* XII. *sub Sergio Patriarcha Constantinopolitano tum primum inductum est, ut postquam omnes sacra mysteria perceperunt, quum clerici relaturi sunt in Scevophylacium* τὰ τίμια ῥιπίδια, δισκάρια, ϰ ποτήρια, *pretiosa Muscaria, Discos, & Calices, atque alia Sacra vasa, & post datam fidelibus ex appositis mensis Communionem, omnia in sacram Mensam referuntur: post exactum denique ultimum versum Communionis,* λέγεσθαι καὶ τȣ̃το τὸ τροπάριον *caneretur hæc Antiphona* (hoc Troparium) πληρωθήτω τὸ ςόμα ἡμῶν αἰνέσεως, κύριε, ὅπως αἰαμνήσωμεν τὴν δόξαν σȣ ὅτι ἠξίωσας ἡμᾶς τῶν ἁγίων σȣ μετασχεῖν μυςηρίων. τήρησον ἡμᾶς ἐν τῷ ἁγιασμῷ ὅλην ἡμέραν μελετῶντας τὴν δικαιοσύνην σȣ. I*mpleatur os nostrum laude, Domine, ut celebremus gloriam tuam, qui nos sanctis tuis mysteriis dignatus es. Serva nos in sanctificatione tua, toto die meditantes justitiam tuam. Alleluia.*

Baronius ad ann. 608. n. 4. narratis tam bonis principiis Sergii Patriarchæ, hoc monitnm addit. „ Porro Sergius instar Saul, qui ipso exordio coram Samuele magnum specimen dedit optime administrandi Regni, quum esset humilis in oculis suis, neque (teste divina Scriptura) esset vir melior illo in Israël, ex vita hactenus virtutibus exculta, pie sancteque ducta, magnam de se apud omnes, præsertim vero apud præclaros sanctitate viros, concitarat expectationem. Cujus rei gratia Sanctus Theodorus ita magnifice eadem fere fausta responsa de eo dedit quæ de Saule Samuel, & quod eandem ipse spem de Sergio concepisset, quam

„ Sa-

„ Samuel de Saule. At non ſemper propheticus ſpiritus „ Prophetis ſanctis inhæret, futura aperiens cuncta, ut „ fuſius Sanctus Gregorius docuit ſuper Ezechielem. Quæ „ igitur de Sergio prænunciata audiſti a Theodoro (ne „ ſcandalum patiaris) non prophetice dicta intelligas, „ ſed (ut accepiſti) quod ita ipſe fore ſperaret. Deo „ enim confiſus (inquit) ſpero, adminiſtrationem tuam „ & diuturnam & præclaram fore. Talia namque de ipſo „ ſperare cogebat vita Sergii, famaque vulgata, & oſten„ſa illa tunc convenientis ipſum & ſternentis ſe ad pe„des humilitas „. Sed de his poſtea.

Nunc de Phocæ interitu, deque Heraclii Auguſti inauguratione.

CAPUT XVIII.

Heraclius Imperator.

CHronicon Paſchale ad ann. Chr. *610.* „ Hoc an„no, menſe Hyperberetæo, ſecundum Romanos „ Octobri, die 3., Indictionis XIV., feria VII., appa„ruere naves plurimæ verſus Caſtellum rotundum, in „ quibus erat Heraclius Heraclii filius. Tum Phocas a „ ſeceſſu Hebdomi, eodem ipſo die, ſub veſperam „ equo venit in urbis Palatium, ac proxime ſequen„ti, qui in Dominicam incidit, navigiis ad urbem ap„pellentibus, Bonoſus qui in magna Antiochia, Pho„cæ juſſu ac impulſu damnandæ memoriæ Theophanis, „ atrocia facinora perpetrarat, quum tum eſſet Conſtan„tinopoli, immiſſo in urbis tractum, qui Cæſarii ædi„bus adjacet, igne, defecit, fugamque arripuit, ac „ veniens cum navicula in Portum Juliani, ad locum qui „ Mauri dicitur, redactus ad anguſtias, ſeipſum præci„pitem dedit in mare; acceptoque a quodam excubi„tore vulnere; ictu gladii, in mari, ut erat, mortem „ oppetiit, cujus ejectum cadaver, raptum tractumque „ eſt ad Bovem, ubi exuſtum eſt „. Hujus Bonoſi, quando Antiochiam profecturus eſſet, meminit Eleuſius qui & Georgius, in vita S. Theodori Siceotæ cap. 15. nu-

mer. 120. „ Bonosus, homo immitis, quum in Orientis „ partes Proconsul iret, & ad Monasterium appropin- „ quaret, audita viri divini fama, nuncium ad eum „ misit, rogans, ut ad oratorium S. Gemelli veniret, „ quoniam illic ipse Deum adoraturus, cuperet viri san- „ cti benedictionem accipere, quum non posset ad Mo- „ nasterium accedere, quia festinaret proficisci. Ad „ eum igitur venit S. Theodorus: quumque pro illo „ precaretur, & ipse staret, nec cervicem inclinaret, „ vir sanctus apprehensis frontis ejus capillis, eum deor- „ sum traxit. Ita virtus fiduciam sumere consuevit, nec „ humanam metuere potestatem. Justus enim, ut scrip- „ tum est, confidit ut leo. Nos autem; qui cum viro „ Sancto eramus, valde timebamus, ne Proconsul ut erat „ ferus & crudelis, contumelia se affectum existimans, „ indignaretur. At ipse humaniter & precationem & re- „ prehensionem suscipiens, virum Sanctum veneratus „ est, & manum ejus deosculans, pectori suo admovit, „ obsecrans eum, ut pro se Deum oraret, ut a dolore „ quodam, quo pectus ejus laborabat, liberaretur. Qua- „ re vir sanctus digitis pectus ejus leviter percutiens: Ti- „ bi, inquit, orandum est, ut interior homo corriga- „ tur & convalescat: illo enim curato, facile exterior „ liberabitur. Hoc ego quoque pro me Deum rogo. „ Quamobrem da te lenitati, & Deum time, ut preces „ meæ exaudiantur: nam si ego quidem pro te orem. „ tu autem pietatem & virtutem negligas, inanis erit „ mea precatio. Esto igitur clemens & misericors in „ homines Christianos. In magistratu tuo ne te cru- „ delem inhumanumque præbeas: sed peccata tua consi- „ derans, in aliorum peccatis vindicandis sis mitis ac „ benignus. Cave ne unquam effundas sanguinem in- „ nocentem. Si enim is, qui fatuum aliquem tan- „ tum appellarit, reus futurus est; quanto magis punie- „ tur a Deo, qui injuste sanguinem effuderit. Hæc pie- „ tatis semina in ejus animo, tamquam in terra fecun- „ da, vir sanctus conjecit „. At ille in Orientem profe- ctus, omne crudelitatis genus in homines exercuit.

Theo-

Theophanes ad annum Phocæ VII. (hoc est. Christi 608. sed legendum 609.) ,, Hoc anno seditione mota, Hebræi ,, Antiochenses tumultuati sunt, & Anastasio magno Antiochiæ Patriarcha occiso, virilia in ejus os inseruerunt, & per medias urbis vias raptatum interfecerunt: ,, pluresque opulentiores cives summisso domibus igne ,, absumserunt. Bonosum autem Orientis Comitem creatum, & Cottonem militiæ Magistrum adversum eos ,, in aciem Phocas procedere jussit: qui copiis eductis, ,, impetu in eos facto, quosdam interfecerunt, membris mutilaverunt alios; quos demum urbe fecerunt ,, extorres ,, Cedrenus ad annum VIII. Phocæ id narrat. ,, Anno VIII. Ebræi qui Antiochiæ degebant, seditionem adversus Christianos moverunt, interfeceruntque ,, Anastasium magnum Patriarcham ejus urbis, pudendis ejus in os ipsius etiam insertis, ac cum eo multos cives trucidaverunt. Phocas autem quum Bonosum ,, Orientis Comitem, & Copanam (*Theophani*, *Cottonem*) exercitus ductorem creasset, eos contra Judæos ,, mittit. Ii magnam Judæorum cædem, eo delati, ediderunt, multis membra extrema amputarunt, & eos ,, urbe expulerunt. *Zonaras ad annum extremum Thomæ* ,, *Patriarchæ*. Judæi mota Antiochiæ contra Christianos seditione, multos occiderunt, atque ipsum Patriarcham Anastasium ejusque cadaver in foro combusserunt. Eos Phocas partim occidit, partim mutilatos ,, urbe exegit ,,. Chronicon Paschale, pro *Judæi*, a quibus S. Anastasius Patriarcha cæsus fuit, librariorum oscitantia, *milites* ponit. *Sub exitum mensis Septembris*, *Indictione* XIV. (Chr. 610.) *renunciatum est*, *Anastasium Patriarcham Antiochenum ex Scholastico*, *a militibus fuisse interemptum*, ἀνῃρέθη ὑπὸ στρατιωτῶν. Hujus Sancti Patriarchæ memoria colitur in Martyrol. Rom. die 21. Decembris, a Græcis ad diem 20. Aprilis: quo die videtur anno Chr. 609. a Judæis occisus, eo quod illis in Christianos Antiochiæ degentes tumultuantibus obstitisset. Causam tumultuum illorum, Dionysius Jacobitarum Patriarcha in Chronico Syriaco videtur indicasse, eo sci-

licet quod Phocas Imperator Judæos baptizari compulisset. Verba Chronici accipe. ܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ

ܘܬܡܢܐ ܦܩܕ ܦܘܩܐ ܡܠܟܐ ܕܢܥܡܕܘܢ ܝܗܘܕܝܐ ܕܬܚܝܬ ܐܝܕܗ .
ܘܫܕܪܗ ܠܓܘܪܓܝܣ ܗܘܦܪܟܐ ܠܐܘܪܫܠܡ ܘܠܟܠܗ ܐܬܪܐ
ܕܦܠܣܛܝܢܐ ܕܢܥܠܨ ܐܢܘܢ ܠܟܠܗܘܢ ܝܗܘܕܝܐ ܕܢܥܡܕܘܢ . ܗܘܐ
ܕܝܢ ܟܕ ܢܚܬ ܘܟܢܫ ܐܢܘܢ ܠܟܠܗܘܢ ܝܗܘܕܝܐ ܕܐܘܪܫܠܡ
ܘܕܣܚܪܢܘܗ ܘܟܕ ܩܡܘ ܩܕܡܘܗܝ ܪܝܫܢܝܗܘܢ : ܐܡܪ ܠܗܘܢ .
ܕܥܒܕܐ ܐܢܬܘܢ ܕܡܠܟܐ . ܘܗܢܘܢ ܐܡܪܘ : ܐܝܢ . ܐܡܪ ܠܗܘܢ .
ܦܩܕ ܡܪܗ ܕܐܪܥܐ ܕܬܥܡܕܘܢ . ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܫܬܩܘ ܘܠܐ ܦܢܝܘ ܠܗ
ܦܬܓܡܐ . ܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܡܛܠ ܡܢܐ ܠܐ ܡܦܢܝܬܘܢ ܦܬܓܡܐ .
ܚܕ ܕܝܢ ܡܢ ܪܝܫܢܝܗܘܢ ܕܫܡܗ ܝܘܢܢ ܥܢܐ . ܘܐܡܪ .
ܕܟܠ ܡܐ ܕܦܩܕ ܡܪܗ ܕܐܪܥܐ : ܥܒܕܝܢ ܘܫܡܥܝܢ . ܗܕܐ ܕܝܢ
ܡܕܡ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܠܡܥܒܕ . ܡܛܠ ܕܠܐ ܥܕܟܝܠ ܡܛܐ
ܥܕܢ ܥܡܕܐ ܩܕܝܫܐ . ܗܘܦܪܟܐ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ ܗܠܝܢ : ܐܬܚܡܬ
ܛܒ . ܩܡ ܘܡܚܝܗ ܠܝܘܢܢ ܥܠ ܦܟܘܗܝ ܘܐܡܪ . ܐܢ
ܥܒܕܐ ܐܢܬܘܢ : ܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܪܟܘܢ . ܫܩܠܘ
ܘܬܥܡܕܘܢ . ܘܗܢܘ ܠܐ ܢܕܡܐ ܐܠܡܣܐ ܐܝܟ ܠܟܠܗܘܢ .

Anno Græcorum (1) 628. (Chr. 609.) *jussit Phocas Imperator Judæos omnes suæ ditioni subjectos baptizari, misitque Georgium Præfectum Hierosolymam & ad omnem Palæstinæ regionem, ut Judæos omnes baptizari compelleret. Qui eo profectus, universos Judæos, qui Hierosolymis & in finitimis locis degebant, congregari præcepit: quumque eorum magnates coram stetissent, ait illis: Servine estis Imperatoris? quod illis affirmantibus, subjunxit: atqui Terræ dominus jubet vos baptizari. Ad hæc ii conticuere, neque ullum responsum dedere. Tum Præfectus: quamobrem non respondetis? Unus vero ex eorum primoribus, Jonas nomine; quidquid, inquit, dominus terræ præceperit, exequemur, & obtemperabimus: hoc autem unum agere nequimus, quoniam sacri baptismatis dies nondum advenit. His auditis Præfectus valde indignatus, surgens, alapum Jonæ dedit, inquiens: Si Servi estis, nonne*

(1) Hujus Chronici Auctor censet, Christum natum anno Alexandri seu Græcor. 319.

nonne domino vestro morem gerere debetis? Jussit igitur illos vel invitos baptizari, & universos baptizavit. Hanc igitur ab causam videntur Judæi tumultuati non solum in Palæstina, sed etiam Antiochiæ & Alexandriæ. & Antiochiæ quidem, ut vidimus, sanctum Anastasium Patriarcham, mota seditione, interfecerunt; Alexandriæ vero, quum ex Chronico Paschali habeamus *Theodorum Scribonem*, Orthodoxum Patriarcham, eodem anno interfectum, haud inverisimili conjectura colligimus, Judæos ipsos conjuncta cum hæreticis Dioscorianis opera, in eum etiam desæviisse. Sic enim Chronicon Paschale: τούτῳ τῷ ἔτει, ἀποστατοῦσιν Ἀφρικὴ καὶ Ἀλεξάνδρεια, καὶ σφάζεται ἀπὸ ἐναντίων ὁ πάπας Ἀλεξανδρέων: *Hoc anno Africa & Alexandria deficiunt: & Papa Alexandrinorum ab adversariis occiditur.* Sequitur. παύεται δὲ καὶ Ἰσάκιος ἀπὸ Ἱεροσολύμων, καὶ γίνεται ἀντ' αὐτοῦ Ζαχαρίας ἀπὸ πρεσβυτέρων καὶ σκευοφυλάκων τῆς ἐκκλησίας κωνσταντινουπόλεως. *Requievit vero Isacius Episcopus Hierosolymorum: in cujus locum* (1) *sufficitur Zacharias Presbyter & sacrorum vasorum Custos Ecclesiæ Constantinopolitanæ.* Vide Nicephorum Callisti lib. 18. cap. ult. ubi narrat, in urbe Regia *Sergium* Patriarcham creatum fuisse: in Alexandrina Sede *Theodoro Scriboni* post biennium demortuo successisse *Joannem Eleemosynarium*, & *Zachariam* Isaacio in Sede Hierosolymitana.

Ad Anastasium Antiochenum, qui Anastasio seniori successit, exstat Epistola XLIX. S. Gregorii Papæ data Lib. IX. Indict. 2. (h. e. anno Chr. 599.) in qua gratulatur ei ob rectam fidei professionem: *Fraternitatis tuæ scripta suscepi, professionem fidei recte servantia: magnasque omnipotenti Deo gratias retuli, qui & immutatis gregis sui Pastoribus, fidem quam semel sanctis Patribus tradidit, etiam post eos immutabilem custodit.* Agendas Deo gratias, quod soli ad Ordines promoveantur Orthodoxi. *Quod vero ad sacros Ordines rectæ fidei viri producantur, eidem omnipotenti Deo gratiæ sine cessatione solvendæ sunt: & pro vita piissimi Domini nostri Imperatoris* (Mauricii) *& tran-*

(1) Raderus sic vertit τὸ παύεται, *Vixit*. Cangius vero: *Abdicatur*.

& tranquillissima ejus Conjuge, & mansuetissima sobole, semper orandum est, quorum temporibus, hæreticorum ora conticescunt. Inquirendum Anastasio genuinæ Ephesinæ Synodi exemplar. *Præterea dum de Sanctorum Conciliorum custodia, tua Fraternitas loqueretur; sanctam Ephesinam Synodum primam se custodire professa est. Sed quia ex annotatione hæretici Codicis, qui ad me ex Regia urbe transmissus est, agnovi per hoc, quod quædam capitula Catholica cum hæreticis fuerant reprehensa, quia quidam illam Ephesinam primam Synodum in eadem urbe existimant, quæ quondam ab hæreticis traditur esse composita: omnino necesse est, ut caritas vestra eandem Synodum apud sanctam Alexandrinam atque Antiochenam Ecclesiam requirat, & qualiter in veritate habeatur, inveniat. Vel si placet, hinc dirigimus quæ ab antiquitate servata in scriniis habemus. Illa enim Synodus, quæ sub primæ Ephesinæ imagine facta est, quædam in se oblata capitula asserit approbata, quæ sunt Cælestii & Pelagii prædicamenta. Et quum Cælestius atque Pelagius in ea Synodo sint damnati, quomodo poterant illa capitula recipi, quorum damnabantur auctores?* Vide quæ supra sunt adnotata quoad primam Synodum Ephesinam, quæ idcirco Prima dicitur, ut a Dioscoriana illa secunda Ephesina anni 450. distinguatur. Demum arcendos ait a sacris Ordinibus Simoniacos. *Quia vero pervenit ad nos, in Orientis Ecclesiis nullum ad sacrum Ordinem, nisi ex præmiorum donatione, pervenire, si ita esse vestra Fraternitas agnoscit, hanc primam oblationem omnipotenti Deo offerat, ut a subjectis sibi Ecclesiis errorem Simoniacæ hæreseos compescat*. In idem fere argumentum est ejusdem S. Gregorii Papæ Epistola XLVI. ad *Isacium* Episcopum Jerosolymitanum, data Lib. XI. Indict. IV. (h. e. anno Chr. 601.) in qua synodicæ illius Epistolæ respondens, laudat fidem quam profitetur: gaudet compressa sub Christianissimo Imperatore, hæreticorum ora: hortatur Isacium, ut in Ecclesiis suis compescat Simoniam: ac quædam compescendo, quædam tolerando, jurgia mitiget, quæ in ea Ecclesia, quæ Neas dicitur, sæpe in Jerosolymorum urbe nascebantur. Ad

Ad Phocam & Heraclium regredior. Chronicon Paschale ad Indict. XIV. anno Chr. 610. Kalendis Septembris inchoatam : „ Die VI. ejusdem mensis (*Octobris*) „ feria secunda illucescente, Photius Curator domus Placidiæ, & Probus Patricius raptum Phocam ex Archangeli Palatio, omnibus nudatum vestibus, deduxerunt „ per Portum versus ædem Sophiæ, ac in navem conjectum, ostenderunt classi : deinde ad Heraclium adduxerunt. Cujus Phocæ præcisa ab humero dextera, „ & amputato capite, ipsius quidem manus ensis infixa „ cuspidi, a Foro per mediam urbis Plateam est traducta : caput autem conto seu hastæ impositum, pariter „ circumductum est : corporis vero truncus per ventrem „ raptatus, versus Chalcen Hippodromi est delatus. Pone quem tractus est Leo Syrus ex Sacellario, qui quum „ adhuc spiraret, juxta eandem Chalcen ligno in eum „ a nescio quo impacto, statim interiit : illius vero caput in sublime est elatum : atque ita delata ad Bovem „ ipsius & Phocæ cadavera igne consumpta sunt. Similiter etiam combustus est ad Bovem & Mapparius, & „ Apparitor Præfecti Urbis, cognomento a Dæmonariis. „ Hora porro IX. ejusdem Feriæ secundæ, coronatus est „ Heraclius (1) in Imperatorem a Sergio sanctissimæ „ magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Patriarcha. Die „ vero abhinc tertio, dum Circenses celebrarentur, illatum est Leontii Syri caput, & in Hippodromo crematum, unaque cum illo Phocæ imago igne consumpta, quam, dum superstes esset, hominum vanissimi, „ vestibus induti candidis, cum accensis cereis, in Circum intulerant. Combustum est pariter eodem tempore Vexillum Venetum. Eodem anno (*Indictione* XIV. „ *Chr.* 610.) mense Xanthico, juxta Romanos Aprili, „ die 20. feria 3. hora 7. ingens adeo terræmotus extitit, ut ante Pentecosten die XXII. populus coactus „ fue-

(1) Theophanes ad ann. Incarn. 602. Heraclius Regiam ingressus, in Oratorio S. Stephani, quod in ipso Palatio conditum, a Sergio Patriarcha coronatus est. Desponsa pariter Eudocia eodem die redimita est Augusta. Ambo igitur a Sergio Patriarcha coronas nuptiales acceperunt, & eodem die Imperator simul & Sponsus renunciatur, & corona utraque insignitur.

„ fuerit ſupplicationes in Campo peragere, & Triſagium „ pſallere. Septima vero Julii menſis ejuſdem XIV. In- „ dictionis, feria 4. hora 8. nata eſt Epiphania, filia „ Heraclii & Eudociæ in ſeceſſu Hieriæ. Indictione XV. „ (*anno Chr.* 612.) Hoc anno, menſe Artemiſio, ſe- „ cundum Romanos Majo, die 3. feria 4. natus eſt in „ ſeceſſu Sophianorum Heraclius, novus Conſtantinus, „ Heraclii, & Eudociæ filius, & (1) XIII. Auguſtii, In- „ dictionis XV., feria 1. mortua eſt, in ſeceſſu Blacher- „ narum Eudocia Auguſta, Fabia dicta, illiuſque funus „ navigio in Urbis Palatium illatum, poſtridie factis exe- „ quiis, in æde Apoſtolorum conditum eſt. Et die IV. „ Hyperberetæi menſis, ſecundum Romanos Octobris, „ Indictionis I. (*Chr.* 612.) feria 4. coronata eſt puel- „ la (2) Epiphania, quæ & Eudocia appellata in æde „ S. Stephani in Palatio: & in curru ſedens, ſtipantibus „ eam Philareto Cubiculario, & Syneto Caſtrenſi, ut „ fieri ſolet, venit in magnam Eccleſiam. *Indictione* I. „ (*anno Chr.* 613.) Hoc anno (3) menſe Audynæo, ſe- „ cundum Romanos Januario, die 22. feria 2. coronatus „ eſt puer Heraclius, novus Conſtantinus, Imperator a „ patre ſuo in Palatio: moxque aſcendit in Circum, ibi- „ que diademate redimitus, conſalutatus eſt a Senatori- „ bus ut Imperator, & fauſtis acclamationibus exce- „ ptus. Atque ita cum patre egreſſus, ad magnam Ec- „ cleſiam venit, a Philareto geſtatus. *Theophanes ad an-* „ *num Incarnat.* 605. Heraclius porro Martinam eodem „ anno ſibi conjugio copulatam renunciavit Auguſtam, „ & ad Auguſteum, Sergio Patriarcha coronam impo-

„ nen-

(1) Theophanes Auguſti menſis *die* 14. ſed legendum *die* 13. quæ anno 612. Indict. XV. incidit in feriam 1. ſive in Dominicam.

(2) Theophanes *a Sergio Patriarcha*.

(3) Theophanes *Indict.* 1. *Decembris die* 25. *Heraclius Heraclii filius, novus Conſtantinus, a Sergio Patriarcha Imperii Collega coronatus eſt*. Sed fallitur. Vide Pagium ad ann. 613. num. 1. ubi oſtendit ex Chron. Paſchali id factum *die* 22. Januarii anni 613. Confirmatur ex vita S. Theodori Siceotæ, ubi cap. ult. de pretioſa ejuſdem morte ſic ſcribit Eleuſius qui & Georgius. *Deceſſit e vita ſanctiſſimus & beatiſſimus ac fideliſſimus Chriſti ſervus Theodorus tertio Imperii anno pietatis & Chriſti ſtudioſiſſimi Imperatoris Heraclii, quo quidem anno filius ejus Deo cariſſimus creatus eſt Cæſar, Indictione 1. die 22. menſis Aprilis*. Quo nempe die & menſe obiit S. Theodorus: non autem creatus fuit Cæſar filius Heraclii, ſed 22. Januarii, uti habet Chron. Paſchal.

„ nente, Augustali stemmate redimendam decrevit „. Zonaras lib. 14. num. 15. „ Neque multo post Conjux „ ejus (*Heraclii Eudocia*) moritur. Cujus funus quum „ ornatu Regio per Forum efferretur, puella quædam „ barbara prospectans, sputum imprudens in feretrum de- „ jecit: ob quod factum comprehensa & cremata, Impe- „ ratrici defunctæ infeliciter parentavit. Heraclius post „ eam, fratris sui filiam Martinam ducit, atque Augu- „ stam salutat. *Cedrenus ad ann.* 4. *Heraclii*. Eodem „ anno Heraclius Martinam duxit, Augustamque saluta- „ vit, coronatam a Sergio Patriarcha. *Et ad annum* v. „ Eodem anno Martina Heraclio alium Constantinum „ peperit, qui in Blachernis est a Sergio baptizatus. „ *Et ad annum* VII. Septimo anno, Constantinus He- „ raclius Consul fuit, Cæsaremque fecit Constantinum „ fratrem suum minorem, Heraclii & Martinæ filium. *Theophanes ad ann.* VII. *Heraclii*. „ Hoc eodem anno, „ Januarii mensis die 1. Indict. v. Constantinus junior, „ qui & Heraclius Heraclii filius, Consul renunciatus est: „ qui Constantinum minorem proprium fratrem, Hera- „ clio & Martina genitum, declaravit Cæsarem „. Conjugium Heraclii cum Martina, sororis, non fratris filia, Sergius Patriarcha improbavit. Nicephorus in Chronico pag. 10. „ Heraclius facinus ingens contra jus omne „ ac Romanorum leges aggressus, Mariæ sororis filiam „ Martinam sibi matrimonio conjunxit, Martino patre „ natam, cui Maria ante Eutropium nupserat. Ex hac „ liberis duobus susceptis, alteri Flavio, alteri Theo- „ dosio nomen imposuit. Sed tam nefandum scelus di- „ vina justitia persequitur. Horum enim liberorum se- „ niori collum ita dissolutum est, ut alio torqueri non „ posset: junior erepto audiendi sensu, penitus obsur- „ duit. At turpes illas & inhonestas nuptias Prasina po- „ tissimum factio per Circenses ludos agitabat, appro- „ bantibus contra & faventibus aliis. Sergius porro „ Constantinopolitanus Patriarcha literis suis vehemen- „ tius instabat, ut illam cum muliere societatem abji- „ ceret. Ad hæc Imperator ita respondit: Recte tu qui-

„ dem omnino dicis: quod enim & Patriarcham & amicum decet, quoddam veluti debitum reddidisti. Sed „ nostri erit arbitrii, factis ipsis præstare quod jubes „. Sergium itaque incestas illas nuptias non approbasse, constat. Attamen Sanctus Maximus in disputatione cum Pyrrho Episcopo Constantinopolitano exprobrat eidem, quod iis nuptiis tam ipse, quam reliqui Constantinopolitani Clerici, assensi fuissent: is enim Sergium Patriarcham in Sede Constantinopolitana exceperat: sic inquiens: *nacti estis Heraclium vestrum ad hoc adjutorem, quia vos ejus nefariæ & sceleratæ mixtioni assensi estis, & benedictione eam confirmastis*. Hæc S. Maximi verba ad incestas illas nuptias perspicue referuntur: clarissimus tamen Christianus Lupus in Dissertat. de sexta Synodo generali cap. 1. ad Eutychianum errorem perperam detorquet „ Mixtionem eam vocans Theodosianorum ac reliquorum Eutychianistarum. Ecclesiam Orientalem in longe plurima Nestorianorum & Eutychianistarum frusta dilaceratam, ac pugnantem in semetipsam reperit „ Heraclius: atque ita quomodo Justinianus Acephalos „ in communionem Catholicam uniturus, suscitavit trium „ Capitulorum scandalum; ita ille omnes hasce Sectas „ sperans in pacem componere, fuit adjutor, & obstetricator ad monstrum novi erroris. Cum hæreticis „ nulla ineunda sunt religionis pacta, sed cogendi ad „ simplicem iniquitatis ejerationem, & aviti dogmatis „ professionem: alioquin non communionem facies, sed, „ quomodo Facundus Hermianensis dixit, confusionem, „ seu, uti hic dicit Sanctus Maximus, nefariam & sceleratam mixtionem „. Optima quidem, quoad hæreticos, viri docti animadversio: sed non ad mentem Sancti Maximi, qui de incestis Heraclii nuptiis loquitur. Cedrenus de misero Heraclii obitu loquens. „ Postea (*inquit*) in aquæ intercutis morbum delapsus, qui & necavit eum, atroces pœnas dedit. Adeo enim malum increvit, ut lotium redditurus, inferiori ventri tabulam imponere opus habuerit, eo quod veretrum ipsius

„ in ver-

„ inversum, urinam sursum versus faciem emitteret. „ Hoc erat argumentum flagitii, quod perpetravit, jun- „ cta sibi incestissimis nuptiis consobrina sua Martina.

Heraclius Imperator ad Persicum bellum, quod per sexennium ab anno Chr. 622. ad 628. duravit, profecturus, filios suos Sergii Patriarchæ curæ ac fidei commisit, ducta secum uxore Martina. Theophanes. *Hoc anno, mensis Aprilis die quarto, Indictione* x. (anno Chr. 622.) *Heraclius solemnitate Paschali peracta, feria secunda sub vesperam confestim arma moturus, in Persidem perrexit. Tum vero ubi pecuniam mutuo vel cum fœnore acciperet dubius, sanctarum ædium facultates tulit, cudendisque numismatibus, & minutis miliarisiis conflandis, multifida magnæ Ecclesiæ candelabra, aliaque ejusmodi sacri ministerii vasa, usurpavit. Proprium autem filium, Sergii Patriarchæ Constantinopolitani, Bonosique* (1) *Patricii viri præstantis ingenii magnæque prudentiæ & experientiæ multiplicis, consilio rem communem administraturum reliquit*. Cedrenus ad ann. XII. Heraclii. *Hoc anno Heraclius, solemnitate Paschali peracta, statim postridie sub vesperam adversus Persas movit. Sumpsit ad eam expeditionem de domibus religiosis & templis mutuam pecuniam, fisco Imperatoris inopia tum laborante: & ex ea cudit monetam & miliarisia. Ad urbem filium suum cum Sergio Patriarcha reliquit rebus gubernandis, addito Bono Patricio viro cordato variaque prudentia & usu rerum instructo. Chaganum quoque per literas hortatus est, ad opitulandum rebus Romanis, ut cum quo societatem firmasset, eumque filii sui tutorem appellavit*. Et post pauca. *Cæterum Heraclius in Persidem iturus, ita compellat Patriarcham: In manibus Dei, Deiparæ, & tuis, relinquo Urbem hanc, & filium meum. Inde magnum Templum ingressus, atratus calceos, pronus procubuit, itaque est precatus. Domine Deus & Jesu Christe, ne nos propter peccata nostra hostibus tuis irridendos præbeas, sed intuere in nos, ac miserere nostrum, ac victoriam de hostibus tuis concede; ne glo-*

(1) In Chron. Paschali, Βόνος ὁ μάγιστρος dicitur.

glorientur scelerati, & tuæ insultent hæreditati. Hunc ita animo demisso orantem videns Georgius Pisides, ita allocutus est: *Nigrum, Imperator, nunc indute calceum = Rubefacies tinctum cruore Persico = Inde Heraclius in manus sumpta Christi Imagine, quam sine manuum opera effectam supra retulimus, Euxinum mare adversus Persas navigavit.* Chronicon Paschale, Indict. x. Anno Heraclii XII. *Hoc anno, mense Dystro, secundum Romanos Martio, quinto & vigesimo mensis die, festo Annunciationis Dominæ nostræ Dei genitricis, profectus in Orientales partes Heraclius cum liberis suis Heraclio, Epiphania quæ & Eudocia dicta, & Imperatrice Martina, Paschales ferias juxta urbem Nicomediam peregit. Iisque exactis, idem Imperator Heraclius cum Martina Imperatrice in Orientis regiones perrexit, habens in Comitatu Anianum Domesticum maximum, Liberi vero illius Constantinopolim reversi sunt.* Idem Chronicon ad ann. Heraclii XVI. Indict. XIV. (*Chr. 626.*) fuse describit obsidionem Constantinopolitanæ urbis a Chagano Abarum Rege factam: & quomodo ope Dei, atque intercessione Deiparæ eadem Urbs liberata sit. Addit Nicephorus p. 13. Patriarcham cum Imperatoris filio ad S. Mariæ templum in Blachernis gratias Deo reddidisse; ibidemque murum ad ejus templi præsidium ædificasse. Ab eo tempore populus Constantinopolitanus Sabbatum quintæ hebdomadis Quadragesimalis festivum esse voluit Deiparæ, ut in Triodio Græcorum legitur. Ad eundem Chr. ann. 626. Idem Chronicon Paschale, *Ind.* XIV. *Anno Heraclii* XVI. (Chr. 626.) *Hoc anno, mense Artemisio, secundum Romanos Majo, die 14. feria 4. in quam incidit media Pentecoste, convenerunt Scholæ* (Palatinæ) *una cum multis aliis ex plebe, in sanctissima magna Ecclesia, clamoribusque consequuti sunt Joannem cognomento Sismum, quod tollere vellet panes Scholarum in sportulas militum dari consuetos: Sergio Patriarcha interea pollicente operam suam se collaturum, ut satis iis fieret, dummodo sinerent Sacram Liturgiam peragi. Die decimaquinta ejusdem mensis, pluribus rursum in sanctissima magna Ecclesia coactis,*

coactis, *& clamitantibus contra prædictum Joannem, Patriarcha, & Alexander Præfectus Prætorio, & alii quidam ex Magistratibus, & Leontius Comes piscium, & Spatharius, magnæ Ecclesiæ ambonem conscenderunt, multisque clamoribus contra eundem Joannem cognomento Sismum a populo excitatis, ut a publicæ rei administratione amoveretur, exauctoratus est, statuæque illius extemplo dejectæ. Alexander autem Præfectus Prætorio multitudinem sic est alloquutus. Panes deinceps a me accipietis, ac futurum spero, uti brevi res ad priorem statum revocetur. Quippe Joannes iste Sismus quum tribus dumtaxat Follibus panis venderetur, rem ipse eo deducere conabatur, uti octo Folles exigerentur. Sed Deus consilium ejus evertit*. Ad annum Heraclii VIII. (*Chr.* 628.) idem Chronicon Paschale. *Die* XV. *Maji*, *Indict.* I., *ipsa Pentecostes die, lectæ sunt literæ ex suggestu in sanctissima Dei magna Ecclesia, missæ ex Oriente ab Heraclio sacratissimo Imperatore nostro, quæ mortem Chosroæ, & inaugurationem Siroæ Persarum Regis nunciabant. Quæ ad verbum ita habent. Exultate Deo omnis terra*. Cætera. Continent res gestas a die 17. Octobris 627. usque ad diem 20. Aprilis 628. Theophanes ad ann. Heraclii XXI. (*Chr.* 630.) *Eodem quoque anno*, *Indictione Quarta* (Kalendis Septembris anno Chr. 630. inchoata;) *mensis Novembris die* VII. *. Heraclio in Oriente degente, David filius natus est. Eodem quoque die Heraclius, Heraclii junioris, Constantini dicti, filius, magni Heraclii nepos, in lucem venit: & a Patriarcha Sergio, mensis Novembris die tertio, Quinta Indictione, lustrali unda initiatus fuit in Blachernis*. Anno igitur 631. mense Novembri, Indictione Quinta, natus Heraclius, Heraclii junioris filius, dieque tertio Novembris baptizatus, qui in Dominicam cadebat. Is, post Patris obitum, *Constans* appellatus fuit, annosque XXVII. imperavit. *David* vero, Heraclii magni & Martinæ filius, anno 630. die 7. Novembris natus est. Cedrenus, anno, mense, die, & Indictione tacitis, hæc habet ad annum

num Heraclii XXVI. *Heraclio in Oriente degenti, filius nascitur Davidus. Eodemque die, Constantino Heraclii filio nascitur Heraclius, quem Sergius Patriarcha baptizavit.* Sed, quod ad Heraclium Heraclii junioris filium attinet, emendandum est, quod de ipso apud Theophanem & Cedrenum dicitur, *eodem die*, (hoc est, VII. Novembris, quo David natus est) Heraclius quoque in lucem editus: & pro, *eodem die*, legendum, τῷ αὐτῷ μηνὶ, *eodem mense*. Nam idem Heraclius quum dicatur, *die 3. Novembris baptizatus*, percipi nequit, quod natus sit *die 7. ejusdem mensis Novembris*. Cangius in Familiis Augustis Byzantinis scribit, hunc Heraclium, qui postea *Constans*, & *Constantinus* dictus fuit, natum quidem *Indictione* IV. *Anno 630. die* VII. *Novembris*: sed baptizatum *die* III. *Novembris*, sequentis anni 631. Verum tanta Baptismi dilatio gratis asseritur, nec facile sustineri potest.

Nicephorus in Breviario pag. 18. *Indictione* XII. (Kalendis Septembris anno Chr. 638. inchoata) *Sergius Constantinopolitanus Patriarcha moritur. Et quia Pyrrhum Heraclius amabat, adeo ut fratrem appellaret, quod Imperatoris sororem e sacro fonte susceperat, simul quod eum Sergii familiarem fuisse, cum eoque vixisse cognorat, in illius locum substituit.* Verum quum Pyrrhus mense Januario anni Christi ineuntis 639. Sedem Constantinopolitanam obtinuerit, Sergius mense Decembri anni antecedentis obierit, necesse est: id quod Pagius sic ostendit. *Successit Sergius Sancto Thomæ die* XVIII. *Aprilis anno 610. ac mense Decembri anni Christi 638. postquam Ecclesiam Constantinopolitanam administrasset annos 28. menses 7. & dies 21. ideoque dies octavus vel nonus mensis Decembris anni 638. fatalis fuit Sergio, & Pyrrhus post interpontificium unius circiter mensis in ejus locum subrogatus est, & quidem mense Januario anni 639. Ex quibus tandem sequitur, Ecthesim anno 638. promulgatam esse, quum eam in Synodo Constantinopolitana Sergius approbarit.*

Siqua

Siqua fides Codino pag. 62. edit. Reg. *Sergius* Patriarcha ædem S. Georgii, τὰ Χαλκίδου dictam, extruxit, in qua & humatus fuit. Vide Cangium in Constantinopoli Christiana lib. IV. edit. Reg. pag. 125. num. XLV. Idem Sergius laudatissimus Patriarcha fuisset, nisi gloriam suam, Monothelitarum hæresim promovendo, maculasset; qua de re, Libro sequenti, fusius agemus.

Bibliothecæ Juris Canonici & Civilis
Ecclesiæ Orientalis

TOMI TERTII FINIS.

INDEX
LIBRI TERTII
Bibliothecæ Juris Canonici & Civilis Ecclesiæ Orientalis

Dedicatio Operis. Pag. iii.

LIBER TERTIUS.
Appendix ad Codicem Juris Canonici & Civilis Ecclesiæ Græcæ

PARS PRIMA.

Caput I. *De Nectario Patriarcha Constantinopolitano.* Pag. 2.
Acta Concilii Constantinopolitani, de Agapio & Bagadio. 2. *Eorum mentio in Concilio Trullano, & apud Zonaram, & Balsamonem.* 4. *Expenditur Canon Constantinopolitanus, & Carthaginensis quoad Episcoporum depositionem.* Ibid. *De Joanne Amathuntis Episcopo, a Joanne Cypri Archiepiscopo deposito, quid senserit Lucas Patriarcha Constantinopolitanus.* 5. *Exemplum depositionis Clementis Sasimorum & Leontii Balbissæ Episcoporum factæ in Synodo Michaëlis Patriarchæ: necnon depositionis Cosmæ Attici Patriarchæ Constantinopolitani factæ sub Manuele Comneno Imperatore, de quibus Allatius.* 6. *Bina alia Episcopalium depositionum exempla apud Manuelem Malaxum in Ecclesiastica historia Constantinopolitana; Arsenii scilicet Archiepiscopi Monembasiæ.* 6. *Et Joasaphi Patriarchæ Constantinopolitani.* 9. *Duo Canones Synodi Constantinopolitanæ sub Nectario: Primus, ut Episcopum non nisi in Provinciali Synodo depo-*

deponi fas sit . Alter , ne pauciores sint tribus qui Episcopum ordinant , nec id fiat absente Metropolitano . 11. *Quid Catholici , quid Schismatici sentiant de consecratione Episcopi ab uno Episcopo facta ?* 12. *Quid in schismatica Synodo Pachomii Patriarchæ Constantinopolitani statutum adversus ordinationem Arsenii Archiepiscopi Monembasiæ ?* 13.

Nectarii Patriarchæ Constantinopolitani narratio , quam ob causam Sabbato primo Quadragesimæ celebretur memoria S. Theodori Martyris . 14. *Ejusdem Nectarii electio , & ordinatio , quomodo Constantinopoli peracta ?* 15. *Ejusdem commemoratio in Menæis Græcorum .* 17.

CAPUT II. *De S. Johanne Chrysostomo .* 17.

Sancti Joannis Chysostomi electio & ordinatio . 17. *Acta Pseudosynodi ad Quercum contra ipsum celebratæ .* Ibid. *Eadem Acta in Codd. Mss. & in Jure Græco-Romano post Constantini Harmenopuli historiam Sectarum .* 18. *Quæ tamen esse fabulosa , ostenditur .* 22. *Genuina S. Johannis Chrysostomi Acta a Maurinis Patribus adornata ex Homiliis antea ineditis , quæ una cum aliis Codicibus Græcis Mss. ab Athonitis Monachis mihi dono datis , in Bibliothecam Vaticanam illatæ fuerant .* 23. *Trullanus Canon* XXXII. *de Armeniorum errore , solo vino in conficienda Eucharistia utentium , & S. Jo. Chrysostomi auctoritatem perperam adducentium .* 24. *Aquariorum errori oppositus alter eorum error , qui non vino , sed sola aqua in mysteriis utebantur .* 26. *Erroris Armeniorum , in Calice Vinum sine Aqua offerentium , origo in Thevinensi Conciliabulo .* 27. *Profligatus hic error in Concilio Charnensi , restitutus in Conciliabulo Manaschiertensi : damnatus in Synodo Trullana .* 28. *Ad Syros Jacobitas idem error perperam traductus .* 29. *In quibus Armeni hæretici cum Syris Jacobitis , & Ægyptiis seu Coptis conveniunt , & in quibus differunt .* 30.

S. Joannis Chrysostomi sententia , de emendatione seu cor-

correctione delinquentium in Jure Græco-Romano relata. 31. *Ejusdem sententia, ne homo fidelis anathematizetur, a Theodoro Balsamone laudata.* 32. *Synodalis decisio facta sub Imperatore Constantino Porphyrogenito & Patriarcha Alexio, de anathematizandis defectoribus, & qui insidias adversus Imperatorem moliuntur, vel tyrannidem invadunt.* 33. *Abrogata a Philotheo Patriarcha in synodica ad Harmenopulum scripta.* 34. *Genuinus sensus sententiæ Chrysostomianæ de Christianis non temere anathematizandis exponitur.* 35. *Ejusdem Chrysostomi sententia de Sacerdote etiam indigno.* 37. *Sacramenta perfici, sive dignus sive indignus sit Sacerdos.* 38. *Cur Græci in nonnullis Formis Sacramentorum vitarunt modum loquendi* προσωπικόν. 41. *Chrysostomi sententia ex Comment. in Epist. ad Ephesios.* 401.

CAPUT III. *De S. Proclo Patriarcha Constantinopolit.* 42. *Procli Patriarchæ Constantinopolitani Acta.* 42. *Ejusdem scripta a Vincentio Riccardo edita.* 44. *Quæ manuscripta exstant in Bibliotheca Vaticana.* 45. *Quæ a Fabricio laudantur in Bibliotheca Græca.* 46. *Quæ Syriace exstant in Codicibus Vaticanis.* 47. *Tractatus S. Procli de Traditionibus Missæ.* 48. *Fragmentum esse videtur Epistolæ ab eodem Proclo contra Nestorium scriptæ, qui Liturgiam composuerat, præter illam Apostolorum, & illam magni Basilii.* 50. *Liturgiæ Jacobi Apostoli, Clementis, Basilii, & Joannis Chrysostomi, a Græcis laudatæ.* 50. *Proclus tamen mentionem facit Liturgiarum Jacobi, Basilii, & Joannis Chrysostomi.* 49. 51. *Jacobi, & Marci nominibus inscriptæ Liturgiæ in Ecclesia Hierosolymitana & Alexandrina.* 52. *Liturgiam a S. Basilio scriptam esse, ostenditur, tum ex ejusdem vita per Amphilochium scripta.* 52. *Tum etiam ex testimonio Petri Diaconi in Libro de Incarnatione & Gratia D. N. Jesu Christi ad Fulgentium & alios Episcopos Africæ.* 53. *Quæ ab eodem Petro Diacono citantur ex Liturgia S. Basilii verba, ea extare demon-*

monstratur tum in Græca, tum in Syriaca ipsius Basilii Liturgia. 53. 54. *tum etiam in Liturgia Severi Antiocheni*. 55. *Græca Marci, & Jacobi Liturgia edita a Renaudotio*. 56. *Vetustissima Marci Liturgia in membrana in seipsam volubili exstat apud me*. 56. *Jacobi Liturgia in Canone Trullano* XXXII. *laudata*. Ibid. *Theodori Balsamonis insulsa circa Jacobi & Marci Liturgias ad Marcum Patriarcham Alexandrinum Responsio*. 57. *Errores Balsamonis in hac ipsius Responsione enumerantur*. 59.

S. *Procli Epistola de Fide, ad Armeniæ Presbyteros & Archimandritas*. 62. *Causa scribendæ hujus Epistolæ*. Ibid. *Theodosiana Sanctio de Libris Nestorii comburendis*. Ibid. *Interpolata additis nominibus Theodori, Diodori, & Theodoriti*. Ibid. *Orientales Episcopi una cum Joanne Antiocheno Patriarcha Theodosianæ sanctioni obtemperantes*. 63. *Qui vero Nestorio favebant, Theodori Mopsvesteni Libros in Syrorum, Armenorum & Persarum linguam transferendos curarunt*. 64. *Hinc congregati in Concilio Armeniæ Episcopi, Legationem ad Proclum Constantinopolitanum mittunt una cum Volumine Theodori Mopsvesteni, scire volentes, utrum doctrina Theodori probaretur*. Ibid. *Procli ad Armeniæ Episcopos, Presbyteros, & Archimandritas Epistola*. 65. *Suscepta in Synodo Antiochena, & in Concilio Chalcedonensi*. 65. 66. *Joannes Patriarcha in Antiochena Synodo, Theodosiana Lex, S. Cyrillus in Epistola ad Theodotum Ancyræ, & Firmum Cæsareæ Episcopos, & ad S. Proclum, & S. Proclus in Epist. ad Maximum, damnanda quidem censent Capitula ex Theodori scriptis excerpta, non tamen ipsam Theodori personam*. 66. *ad* 70. *Agitata ante & post Quintam Synodum quæstio in causa Theodori Mopsvesteni, an non solum viventes, sed etiam post mortem hæretici sint anathematizandi*. 71. *Canon* XII. *Quintæ Synodi exponitur*. 72. *Post exortam de Tribus Capitulis quæstionem, quid Catholici de Quarta*

& Quinta Synodis sentirent: quid hæretici Nestoriani & Eutychiani; quid demum Schismatici, Istrii, Orientales, Afri, Hispani, & nonnulli Itali. 72. *ad* 80.

CAPUT IV. *De S. Gennadio Patriarcha Constantinopolitano*. 80. *Ejus Acta*. 80. *Macedonius Gennadii, ex sorore nepos*. 81. *Cultus Gennadii in Menæis Græcorum*. 81. *Apud Græcos, non apud Ægyptios*. Ibid. *Adhuc juvenis contra S. Cyrilli Capitula scripserat: quod postmodum retractavit*. Ibid.

S. Gennadii, & Synodi cum eo congregatæ, Epistola Encyclica ad omnes Metropolitas *adversus Simoniacas ordinationes*. 84. *A Schismaticis in titulo additum*, & ad Papam urbis Romæ. Ibid. *Subscribunt octoginta tres Episcopi*. 86.

CAPUT V. *De Joanne Cappadoce Patriarcha Constantinopolitano*. 87.

Timotheo hæretico orthodoxus Patriarcha Joannes successit. 87. *Statim agere cœpit de unione Ecclesiæ Orientalis cum Occidentali, deque damnandis hæreticis, & Synodo Chalcedonensi prædicanda*. 88. *Justini Augusti Epistola ad S. Hormisdam Papam*. Ibid. *Joannis Patriarchæ Epistola ad eundem Papam Hormisdam, qua fidem Catholicam profitetur, quatuor Synodos suscipit, & nomina S. Leonis & ejusdem Hormisdæ in Diptychis esse descripta declarat*. 89. *Hormisdæ Papæ Rescriptum ad Justinum Imperatorem, & ad Joannem Patriarcham*. 90. *Indiculus ab Hormisda Papa Legatis suis traditus*. 90. *Binæ aliæ Hormisdæ Papæ ad Joannem Patriarcham literæ*. 91. *Epistola, seu Libellus ejusdem Joannis, quo Catholicam fidem profitetur, & hæreticos omnes, ac præsertim Acacium detestatur*. 91. *Altera ad Hormisdam ejusdem Joannis Patriarchæ Epistola, qua nunciat Ecclesiæ pacem initam esse*. 93. *Hormisdæ responsum ad Joannem, qua laudibus eum extollit, simulque hortatur, ut Alexandrinæ & Antiochenæ Ecclesiæ unionem procuret*. 94.

Binæ ejusdem Joannis literæ, altera nempe ad Joannem Hierosolymorum, altera ad Epiphanium Tyri Episcopum missæ una cum Actis Synodi ab ipso celebratæ. 95. *Acta Synodi Constantinopolitanæ a Johanne Patriarcha celebratæ.* 96. *ad* 99. *Libellus oblatus a Clericis & Monachis Antiochiæ ad Joannem Patriarcham contra Severum.* 97. *Relatio synodica ad Joannem Patriarcham, continens Libellum Monachorum Constantinopolitanæ Civitatis.* Ibid. *Joannis Patriarchæ Constantinopolitani Epistola ad Joannem Hierosolymitanum.* 99. *Ejusdem altera ad Epiphanium Tyri.* Ibid. *Joannis Hierosolymitani synodica ad Joannem Patriarcham Constantinopolitanum.* Ibid. *Synodica Epiphanii Tyriorum Metropolitæ ad eundem Joannem Constantinopolitanum.* 100. *Synodica Episcoporum secundæ Syriæ ad eundem Joannem & Synodum Constantinopolitanam.* 100.

Hormisdas Pontifex ab Orientalibus exigit, ut non solum Acacius damnetur, sed etiam e sacris Diptychis nomina Euphemii & Macedonii Patriarcharum Constantinopolitanorum expungantur. 100. *& seq.* *Ægre tamen Orientales ferebant, nomina Euphemii & Macedonii e sacris Diptychis expungi.* 102. *Testatur id Justinus Imperator per Epistolam ad eundem Hormisdam Pontificem missam.* Ibid. *Epiphanius quoque Patriarcha Constantinopolitanus, Joannis successor, de tolerandis in Diptychis Euphemii & Macedonii nominibus, idipsum ad Hormisdam suggerit.* 104. *Idem Epiphanius ad eundem Hormisdam mittit Acta synodica de sua ordinatione, nec non Epistolam una cum Fidei professione.* 105. *Justinianus quoque missa ad Hormisdam Epistola rogat, ut in Diptychis relinquantur Episcoporum in fide Catholica defunctorum nomina.* 106. *Hormisdas tamen in priori sententia perstat, & petita se minime concedere posse scribit ad Justinianum Imperatorem.* 106. *Pagius negat, Baronius affirmat, Hormisdam in priori sententia perstitisse.* 107. 108. *Qua ratione Hormisdas*

misdas permiserit Epiphanii Patriarchæ Constantinopolitani prudentiæ, ut ad Sedem Apostolicam referret, quosnam in ejus communionem suscepisset, & quas Libelli ab eis dati Professiones continerent. Ibid. *In Ecclesiis Ponti, Asiæ, Palæstinæ, ac totius Diœceseos Orientalis nomina Ephemii & Macedonii in Diptychis retenta: in Constantinopolitana autem Ecclesia e Diptychis abrasa usque ad ann. 536. quo restituta fuerunt.* Ibid.

Post Joannis & Epiphanii obitum, Anthimus in Sedem Constantinopolitanam intrusus. 110. *Ab Agapeto Papa dejectus, ejusque loco Mennas ordinatus.* Ibid. *Agapeti Papæ Epistola ad Petrum Hierosolymitanum.* 111. *Exemplar Libelli, seu Professionis Fidei a Menna editæ ex Ms. Codice Vaticano.* 112. *Eadem Fidei professio a Vigilio Papa memoratur in Epistola ad Justinianum Imperatorem, & ab eodem Justiniano fuit edita.* 113. *Post Agapeti Papæ obitum, celebrata Synodus Constantinopolitana sub Menna anno 536. in Quinque Actiones distributa.* 114. *In Actione Quinta restituta sunt in Diptychis nomina Euphemii & Macedonii.* 115.

Hormisdæ Papæ, & Joannis Patriarchæ Constantinopolitani studio, Quatuor Synodi in Diptychis insertæ & Acacianum schisma extinctum. 116. *Falsum tamen est, quod sub Benedicto XII. ad annum* 1339. *asseritur, tempore nimirum Hormisdæ Papæ, & Johannis Patriarchæ, Græcos professos fuisse a Patre Filioque Spiritum Sanctum procedere.* 116. 117. *An Joannes Cappadox, titulum* Œcumenici Patriarchæ *primus usurpaverit.* 118. *Affirmant Pagius, Allatius, Renaudotius, Morinus, Fabricius & alii.* Ibid. *Baronius, & Bollandiani censent, eum* Œcumenici Patriarchæ *titulum Actis synodalibus a posterioribus Græcis Joanni, Epiphanio, & Mennæ fraudulenter additum.* 119. 120. *Thomassinus asserit, a Romanis Pontificibus in Joanne Cappadoce & Menna titulum* Œcumenici *toleratum aut potius dissimulatum fuisse.*

se. 120. *Verisimilius censetur, neque Acta Synodalia a Græcis interpolata, neque Joannem hunc, titulo* Œcumenici Patriarchæ *primum usum fuisse; sed Joanni, Epiphanio, & Mennæ ab aliis tributum quidem, quemadmodum & tributus legitur Leoni, Hormisdæ, Agapeto, Agathoni, & Leoni Secundo Romanis Pontificibus; ipsos vero ab eo titulo sibi vindicando abstinuisse*. 122. *ad* 125. *Joannis, Epiphanii, & Mennæ cultus apud Græcos in Menæis*. 125. *ad* 128.

CAPUT VI. *De Epiphanio Patriarcha Constantinopolitano*. 128.

Epiphanius in locum Joannis substituitur. De *ejus ordinatione Suggestio Dioscori Sedis Apostolicæ Legati, & Synodica Concilii Constantinopolitani*. 128. 129. *Quod Epiphanius inter ipsa sui Episcopatus exordia Legatos de more ad Sedem Apostolicam non misisset, ipsum Hormisdas Papa officii sui commonefacit*. 130. *Epiphanius huic Hormisdæ postulationi satisfacit, missa Fidei professione, in qua & addit*: Quos vestra Apostolica Sedes condemnans, in sacris Diptychis non recitare jussit, eos nec ego inter sacra facio nominari mysteria. 131. *Altera Epiphanii ad Hormisdam Epistola ejusdem argumenti, in qua addit Episcopos Ponti, Asiæ, & Orientis, suorum Antistitum nomina e sacris Diptychis expungi, nunquam esse passuros: quædam autem ipse munera ad eundem Papam mittit*. 132. *Hormisdæ Responsio tum ad Epiphanium, tum ad Synodicam Concilii Constantinopolitani*. 132. *Binæ Epiphanii Epistolæ ad Hormisdam, quibus transmittuntur preces Episcoporum Ponti, Asiæ, & Orientis oblatæ Justiniano Imperatori, ut Euphemii & Macedonii nomina in Diptychis retinere, sibi ab Apostolica Sede permittatur*. 133. *Hormisdas hortatur Legatos suos, ut Alexandrinæ, & Antiochenæ Ecclesiarum unionem procurarent*. 133. *Legati suggerunt Hormisdæ, Paulum virum orthodoxum jussu Imperatoris Episcopum Antio-*

Antiochenum fuisse electum . Ibidem. *Justinus Imperator ad Hormisdam scribit , Paulum Antiocheno Patriarchatu se abdicasse* . 134. *In eandem sententiam scribit Epiphanius ad Hormisdam* . Ibid. *Quid de Pauli abdicatione Joannes Malalas* . 235. *Quid de eodem Paulo Antiocheno Gregorius Abulpharagius in Chronico Syriaco* . 136. *Nomina Episcoporum Monophysitarum , qui Sedibus suis dejecti sunt, eo quod Synodum Chalcedonensem non admisissent, ex Joanne Asiæ Episcopo* . 140. *Quid idem Joannes Asiæ Episcopus , scriptor Monophysita , de Pauli Antiocheni obitu nugatur* . 141.

Epiphanii Patriarchæ Constantinopolitani , & Synodi cum eo congregatæ sententia contra Severum Antiochenum , Petrum Apamensem , & Zoaram , hæreticos Monophysitas . 142. *Ejusdem Epiphanii expositio , quo ordine Patriarchæ , Metropolitæ , Archiepiscopi , & Episcopi loca sua occupent* . 143. *Eidem tributi in Cod. Ms. Arabico , Canones* XLV. Ibid.

CAPUT VII. *S. Menas Patriarcha Constantinopolitanus , & Synodus Constantinopolitana sub eodem congregata* . 144.

Anthimus , Trapezuntius quondam Episcopus , in Sedem Constantinopolitanam post Epiphanii obitum a Theodora Augusta intruditur . 144. *Ab Agapeto Papa detruditur , & Menas Episcopus Constantinopolitanus ordinatur* . 146. *Libelli Agapeto Papæ oblati a Monachis Regiæ Urbis , Syriæ , & Palæstinæ , nec non ab Episcopis Orientis , contra Severum , Anthimum , Petrum , Zoaram , & Isaacium Persam* . 146. *Quid Agapetus Papa de Menæ ordinatione , in Epistola ad Petrum Hierosolymitanum* . 147. *Libellus Fidei a Mena Episcopo Constantinopolitano in ipsa sua ordinatione porrectus Agapeto Papæ* . 148. *Synodus Constantinopolitana celebrata sub Mena Patriarcha , post obitum S. Agapeti Papæ* . 149. *Sententia Menæ contra Anthimum* . Ibid. *Ejusdem Menæ sententia contra Severum , Petrum , & Zoaram* . 150. *Subscriptio-*

ptiones Episcoporum Synodi Constantinopolitanæ. 152. *Justiniani Imperatoris Constitutio contra Anthimum, Severum, Petrum, & Zoaram*. 152. *Quæ fuerint Severi Antiocheni, & Petri Apameni scelera*. 153. *Ordinationes a Monophysitis ac præsertim Julianistis perperam factæ*. 155. *Ritus Baptismi, Liturgia, & Octoëchus, Severo Antiocheno tribuuntur, & apud Syros Monophysitas celebrantur*. 156. *Alia Severi opuscula Syriace a Dionysio Barsalibæo, & Gregorio Abulpharagio laudata*. 157. *Genebrardi allucinatio circa Severum*. 158. *Sanctorum Martyrum Monachorum S. Maronis cædes a Severo & Petro hæreticis patrata*. 158. *Archimandritarum & Monachorum secundæ Syriæ Epistola ad S. Hormisdam Papam*. 158. *& seq. Baronii & Pagii Animadversiones in Epistolas eorundem Archimandritarum & Monachorum ad Hormisdam Papam, ad Joannem Patriarcham Constantinopolitanum, & ad Synodum Constantinopolitanam*. 161. *Zoaræ Syri, & Severi Antiocheni scelera enarrantur*. 162. *Isaacii Persæ scelera*, 165. *Quid Syri Jacobitæ hæretici de Severo, Petro, Anthimo, Philoxeno, Zoara, Isaacio, & Dioscoro, in divinis suis officiis, & in Fidei professione*. 166. *Zoaræ & Anthimi res gestæ ex Chronico Syriaco Gregorii Abulpharagii Syri Jacobitæ*. 167. *Res gestæ S. Agapeti Papæ, contra Abulpharagii nugas, ex Auctoribus fide dignis exponuntur*. 171. *ad* 177. *Hæreticos Acephalos in Regia urbe nidificasse, conventicula & parabaptismata fecisse, Episcopos denique suæ sectæ ordinasse, ostenditur testimonio scriptorum Jacobitarum*. 177. *De Jacobo Zanzalo, quem Baradæum vocant, Jacobitarum hæreticorum parente*. 178. *ad* 183.

Menæ Patriarchæ Constantinopolitani cultus apud Græcos & Latinos. 183. *Ejus Elogium in Menologio Basiliano expenditur*. Ibid. *Biographus Græcus, Theophanes ac Nicephorus falluntur, dum scribunt, eandem censuræ pœnam, quam Vigilius Papa Menæ infli-*

xerat, fuisse a Mena in Vigilium retortam. 184. *& seq.*

CAPUT VIII. *De Tribus Capitulis, & Synodo Quinta: deque Eutychio Patriarcha Constantinopolitano, & Vigilio Romano Pontifice.* 185.

Vigilii Papæ adventus Constantinopolim. 185. *Edictum Justiniani Imperatoris adversus Tria Capitula.* Ibid. *Rejectum a pluribus Episcopis, admissum a Mena Patriarcha, & a Theodosio Cæsariensi.* 186. *Zoilus Patriarcha Alexandrinus depositus, eo quod illud Edictum non admisisset.* Ibid. *Vigilius Papa multis malis ob eandem causam affectus, Theodorum deponit, Menam suspendit, circularem Epistolam scribit.* 186. *& seq. Damnatio Theodori Episcopi a Papa Vigilio facta.* 189. *Sententia suspensionis in Menam ab eodem Vigilio vibrata.* 192. *Contra Edictum Imperatoris Justiniani insurrexere, præter quosdam S.R.E. Diaconos, Episcopi Africani, & Illyriciani, ac præsertim Facundus Hermianensis.* 193. *& seq. Liberatus Diaconus quid de Origenianæ hæreseos damnatione, deque Edicto Justiniani scribat.* 196. *Justinianus Imperator in suis Edictis profitetur, nolle se ullum præjudicium Synodo Chalcedonensi inferre: quinimo disertim asserit, se complecti quatuor Synodos OEcumenicas.* 197. *Quænam fuerit ratio, cur Vigilius Papa in illa Justiniani Edicta insurrexerit, & in Episcopos, qui ea susceperant, aut Imperatorem ad illa proferenda adduxerant, sententiam depositionis & suspensionis tulerit.* 197. *&* 198. *Justinianus Imperator, Vigilii Papæ auctoritati cedens, Edicta sua amoveri jubet: Menas Patriarcha, Theodorus Cæsariensis, aliique Episcopi, Libellum supplicem eidem Vigilio offerunt: Vigilius Constitutum suum promulgat.* 200. *Vigilius Papa Justinianum facti pœnitentem in gratiam recipit: Menæ quoque Patriarchæ die* 29. *Junii anno* 552. *pacem restituit.* 202. 203. *Dedicatio Basilicæ Apostolorum a Mena peracta non anno* 552. *sed anno* 550. p. 203. *Fabulosam esse ostenditur retortam a Mena in Vigilium*

gilium excommunicationem . 204. *Multa apocrypha & falsa gestis Vigilii ac Menæ fuisse inserta ante ætatem Theophanis* . Ibid. *Menas intra mensem Augusti anni* 552. *decessit* . 202. *Eo ipso die, quo Menæ cadaver in sacris adytis expositum jacebat, Eutychius in Menæ locum Patriarcha suffectus*. 205.

Eutychius Constantinopolitanus, Apollinarius Alexandrinus, & Domninus Antiochenus, una cum Episcopis, qui ipsis subjecti sunt, & qui præsentes Constantinopoli aderant, ineunte anno 553. *professionem suam Vigilio Papæ offerunt*: 205. *Vigilii Papæ Rescriptum ad Eutychium, Apollinarium, Domninum, & alios Episcopos*. 206. *Ostenditur, nihil a Vigilio Papa dictum aut scriptum, quo Tria Capitula ab ipso propugnata fuisse pateat; quin potius luce clarius Acta Synodi Quintæ demonstrant, Tria Capitula Vigilium semper damnasse*. 207. Judicatum *Vigilii Papæ ad Menam datum: Patriarchæ tres, & septem Episcopi; nec non Patricii septem, & duodecim Episcopi ad Vigilium missi: Ipsius quoque Vigilii, quæ dicuntur, Chartæ duæ, una ad Justinianum, altera ad Theodorum scriptæ: Insuper depositio Sebastiani, & Rustici S. R. E. Diaconorum, qui Tria Capitula defendebant, a Vigilio promulgata: ejusdemque Vigilii Epistola ad Valentinianum Episcopum Tomitanum, & altera ad Aurelianum Episcopum Arelatensem: Juramentum denique quod fertur, ipsius Vigilii: hæc, inquam, omnia in Quinto Concilio producta, demonstrant Vigilium ab anno* 647. *quo Constantinopolim venit, usque ad mensem Junii anni* 553. *in ea semper sententia perstitisse, ut Tria Capitula damnanda esse censuerit, atque anathematizarit*. 208. ad 214. *Justinianus in Epistola, quæ ei tribuitur, ad Synodum, accusat Vigilium Papam, tum quod cum Episcopis Orientalibus in Synodo convenire recusaverit; tum quod contrarius suæ voluntatis factus, Tria Capitula defenderit, ea consequenter sapuerit, quæ Nestorii ac Theodori se-*

quaces sapiunt ; ac proinde ipsius nomen sacris Diptychis expungendum esse jubet . 214. ad 216. Eminentissimus Orsius Cardinalis respondet , hoc totum quod de Vigilio Justinianus ad Synodum scribit , falsum esse , suppostitium , & a Schismaticis in Actionem septimam Concilii Quinti intrusum : Epistolam Justiniani , in synceris Actis desiderari , & a Baluzio ex male consarcinato Codice esse descriptam. 217. ad 223. Michael Cerularius Patriarcha Constantinopolitanus schismaticus , asserit , Papæ nomen usque a Vigilii temporibus e Diptychis expunctum fuisse , quoniam is neque Synodo Quintæ interesse voluit , neque damnare quæ adversus rectam fidem & duodecim Capitula Cyrilli scripserat Theodorus . 224. Petri Patriarchæ Antiocheni ad hanc Cerularii calumniam Responsio. 224. In sexta Synodo Act. 3. 12. & 14. inquisitum fuit in Adjectiones illas , quas hæretici in Quintum Concilium intruserant , demonstratumque , ab hæreticis confictos illos Menæ ad Vigilium , & Vigilii ad Justinianum ac Theodoram Libellos . 226. ad 237. Ante Sergii Patriarchæ Constantinopolitani tempora ab hæreticis conficti fuerant Libelli illi , Vigilii nempe ad Menam , & Menæ ad Vigilium : iidemque in Acta Synodi Quintæ intrusi. 237. ad 239. Pagius & Baluzius contendunt, scripta illa fuisse quidem & esse genuina , sed falsata tantum & corrupta , quoad adjectionem illam de una Christi operatione & voluntate . 240. Verum demonstratur , non modo falsata & corrupta fuisse , sed etiam suppositia & ex integro conficta quoad totum ipsorum contextum . 243. ad 253. Respondetur iis , qui Vigilium Papam inconstantiæ arguunt . 254. Cur Vigilius a Theodoro Mopsvesteno nominatim damnando prius abstinuerat , deinde illum nominatim damnavit ? 261. Græcorum scriptorum Photii , Michaëlis Cerularii , Nili , Zonaræ , & Balsamonis allucinationes circa Quintam Synodum . 265. Vigilii exilium , ab Anastasio Bibliothecario assertum , merum

rum & inane commentum esse, demonstrat Cardinalis Norisius. 268. *& seq. Syrorum Jacobitarum narratio de Quinta Synodo.* 269. *Justiniani Liber adversus Origenem, lectus probatusque in Quinta Synodo.* 271. *Ejusdem Justiniani Epistola ad Synodum Constantinopolitanam de Origene & sectatoribus ejus.* 272. *Canones Quintæ Synodi adversus Origenianos errores.* 273. *Synodus Constantinopolitana sub Mena & Zoilo adversus Origenistas.* 173. *ad* 177.

CAPUT IX. *Justiniani Imperatoris studium, ut hæreticos cum Ecclesia Catholica uniret. Ejusdem Edictum de Incorruptibilitate carnis Christi Domini. Eutychii Patriarchæ Constantinopolitani exilium. Joannis Scholastici in ejus locum substitutio.* 278.

Non Justinianus, sed Justinus senior, analphabetus fuit, hoc est, illiteratus. 278. *Justiniani studium pro Catholica religione propugnanda, & pro conciliandis cum Ecclesia Catholica hæreticis.* 279. *Collatio Catholicorum Episcoporum cum hæreticis facta Constantinopoli.* 278. *Acta hujus Collationis ab Innocentio Maroniæ Episcopo scriptis mandata.* Ibid. *Nomina Episcoporum Catholicorum, & Hæreticorum.* 280. *Anthimus, unus e Catholicis, ægritudinem simulat.* 283. *Philoxenus unus ex Episcopis hæreticis, & plures Clerici & Monachi ad fidem Catholicam conversi.* Ibid. *Quo anno ea Collatio habita.* 284.

Præter hanc Collationem, aliæ quatuor Collationes, jussu Justiniani habitæ Constantinopoli, recensentur in Chronico Syriaco Dionysii Jacobitarum Patriarchæ ex Joanne Asiæ Episcopo hæretico. 285. *ad* 291. *Inquisitio in Ethnicos Constantinopoli latitantes facta imperante Justiniano: & plures Gentiles in Asia, Caria, Lydia, & Phrygia ad Christi fidem adducti* 291. *ad* 293.

Justinianus in hæresim Aphthartodocetarum, hoc est, Incorrupticolarum (ut dicitur) lapsus. 294. *Tempus motæ circa Incorruptibilitatem carnis Christi Domini controversiæ, & causa exilii S. Eutychii Patriarchæ.* Ibid. *ad* 300.

ad 390. *Evagrii narratio de Justiniano in hæresim Incorrupticolarum lapso, deque promulgato ab ipso ea de re Edicto; & quod Anastasius Patriarcha Antiochenus palam Justiniano contradixerit, scripta etiam ad Monachos primæ & secundæ Syriæ Epistola, quæ tamen haudquaquam evulgata est, ob sequutam Justiniani mortem.* 301. *Baronii & Pagii circa Evagrii textum allucinatio.* 302. *Nicetii Trevirensis Episcopi literæ ad Justinianum, quibus illum ab hæresi revocare conatur.* 304. *Justiniani obitus anno* 566. *non antecedenti.* 305. *Quamvis Edictum suum ad omnes provincias emiserit; in extremo tamen vitæ spiritu Justinianum facti pænituisse, scribit Nicephorus Callistus.* 306. *Justiniani pia memoria in Menæis Græcorum, in Epistolis Sancti Gregorii, & S. Agathonis Romanorum Pontficum, & alibi.* 307. *Ejusdem ipsius Justiniani testimonia circa Passibilitatem carnis Christi Domini.* 309. *Sicuti Logomachiam sapiebat mota olim questio de* Hypostasi, *deque* Uno ex Trinitate incarnato & carne passo: *ita* de Corruptibili & Incorruptibili *factitatum apud Catholicos.* 311. *ad* 317. *Quo sensu Justinianus corpus Christi* Incorruptibile *dixerit.* 317. 318.

CAPUT X. *De Joanne Ex-Scholastico, olim Antiocheno Presbytero, postea Patriarcha Constantinop.* 319.

Pulso in exilium Eutychio, Joannes Ex-Scholastico, Constantinopolitanus Patriarcha ordinatur. 319. *Patria ejus Sirimis, vicus Cynegicæ regionis.* Ibid. *Servus gloriæ & nundinator rerum sacrarum a Baronio appellatur.* Ibid. *Diciturque ab eodem, aut hæresi Incorrupticolarum cum Justiniano consensisse, aut certe tempori serviisse.* 320. *Anastasius Patriarcha Antiocheuus in Responsivis ad synodicas sibi missas a Joanne Constantinopolitano, & Joanne Alexandrino, utrumque reprehendit, tum scilicet Constantinopolitanum quod Joannem Alexandrinum ordinasset, tum Alexandrinum, quod a Constantinopolitano ordinari*

se

ſe permiſiſſet. 321. *Juſtinus junior Imperator Anaſtaſium Antiochenum non hanc ſolum ob cauſam, ſed etiam aliam adverſus eum obtendens, e Sede Antiochena juſſit illum expelli*. 321.

Joannis Scholaſtici inter ſanctos cultus in Menæis Græcorum. 322. *Idem aſſeritur contra Raderum, & Bollandianos*. 323. *Etiam ex vita S. Simeonis junioris Stylitæ*. 324. *Juſtini junioris Imperatoris Edictum de fide*. 327. *Idem Juſtinus una cum Joanne Scholaſtico laudatur in vita S. Simeonis*. Ibid. *Epiſtola S. Simeonis ad Juſtinum Imperatorem*. 228. *Juſtini Conſtitutio, qua ſancivit, communi conſenſu diſſolvi matrimonium*. 329. *Plures cauſæ diſſolvendi matrimonii apud Græcos recenſentur, quæ non ſunt ab Eccleſia receptæ*. 333. & *ſeqq. Juſtini Conſtitutio exponi poteſt de ſolutione conjugii quoad thorum dumtaxat, non quoad vinculum*. 336. *Excuſantur tum Romani Pontifices, tum Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui Imperatoriis Conſtitutionibus de ſolutione matrimonii diſertim non obſtitere*. 336. *Juſtini ſenioris vitia ex Græcis ſcriptoribus*. 337. *A S. Simeone Stylita monetur Joannes Patriarcha, nequid in poſterum in favorem Juſtini ſibi proponeret*. 339. *Juſtinus magicas incantationes paſſus, divino præſidio curatus, ut ſcribit S. Gregorius Turonenſis*. 340. *Idem Juſtinus paulo ante obitum Tiberium Cæſarem renunciavit*. 341. *Joannes Scholaſticus die 31. Auguſti anni 577. moritur*. 341. *Eutychius in Sedem ſuam reſtituitur*. 342. *Locus Evagrii, & Theophanis explicatur*. 343.

CAPUT XI. *Johannis Scholaſtici, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Canonum Collectio in Titulos Quinquaginta diſtributa*. 344.

De Sabino Macedonianorum Epiſcopo, auctore Collectionis eorum, quæ per diverſas Epiſcoporum Synodos ex ſcripto tradita ſunt. 344. *Socratis teſtimonia de Sabino*. Ibid. *Quid de eodem Sabino ſentiant Valeſius, Caveus, & Fabricius*. 346.

De

De Synopsi Canonica, Stephano Ephesino Episcopo tributa. 347. *Laudatur a Lambecio, & a Quieno.* 347. 348. *In Palatinis tamen Vaticanis Codicibus non exstat quæ asseritur, sub Stephani nomine Canonica Collectio, quæ Canones Apostolorum, Concilii Nicæni, & Ancyrani complectatur.* 349.

Vetustissima Canonum Collectio in Titulos sexaginta distributa interiit. 349. *Prima Canonum Collectio, quæ adhuc exstat, a Joanne Scholastico, Antiocheno Presbytero, & postea Patriarcha Constantinopolitano est concinnata.* 349. *Theodorito a nonnullis perperam tributa.* 350. *Duplex est hæc Joannis Canonum Collectio. Prima quidem in Titulos Quinquaginta distributa, complectens decem priorum Conciliorum Canones, Nicænos nempe, Ancyranos, Neocæsarienses, Gangrenses, Antiochenos, Sardicenses, Constantinopolitanos, Ephesinos, & Chalcedonenses, nec non Apostolicos* LXXXV. *& S. Basilii* LXVIII.; *non servato ordine temporis, nec serie numerorum.* 351. *Altera Collectio, inscripta Nomocanon, seu Epitome Collectionis quinquaginta Titulorum, omissis integris Canonibus, quorum numerus dumtaxat adnotatur, concordantes Leges ad singulos titulos complectens.* 351. *Utraque Collectio laudatur, prima quidem a Nicolao I. Romano Pontifice sub titulo Concordiæ Canonum: altera vero a Theodoro Balsamone: prodiit autem Græce & Latine in Bibliotheca Juris Canonici.* 351. 352. *Quid Lambecius de utraque Joannis collectione.* 352. *In Vaticanis Mss. Codicibus tria exstant Joannis opera: Primum, Collectio Canonum: secundum, Nomocanon, idest, Canones cum Legibus concordantibus: Tertium, Collectio Novellarum Constitutionum.* 353.

Joannis Scholastici Collectio Canonum in Titulos L. *distributa, juxta Voelli & Justelli editionem, recensetur; cumque Mss. Codicibus Vaticanis accurate comparatur.* 354. *ad* 413. *Additamenta in Cod. Vatic.* DCXL. *facta, quæ ad Titulos* L. *Joannis Antiocheni*

cheni non pertinent. 413. *Ex Titulis* L. *Joannis Antiocheni, recensentur qui in Cod. Vatic.* DCCCXLIII. *supersunt Tituli, nimirum, a Titulo* XXXIII. *ad Titulum* L. 414. *ad* 420. *Adnotationes subjunctæ Codici Ms. Vaticano* DCXL. 421. *Canon Nicænus de Paschate.* 421.

CAPUT XII. *Joannis Antiocheni Presbyteri, postea Patriarchæ Constantinopolitani, Nomocanon, sive altera ejusdem Canonum & Legum Collectio.* 422.

Joannis Scholastici Patriarchæ Nomocanon in Codicibus Mss. Vaticanis DCXL. & DCCCXL. 422. *Prodiit Græce & Latine in Bibliotheca Juris Canonici Veteris per Voëllum & Justellum.* Ibid. *Prologus, & Tituli Quinquaginta, cum Codicibus Vaticanis comparati.* 423. *ad* 450.

CAPUT XIII. *Ejusdem Joannis Antiocheni Presbyteri, postea Patriarchæ Constantinopolitani, Novellarum Constitutionum capita.* 450.

Quæ in Bibliotheca Juris Canonici Veteris prodiere capita ex Novellis Constitutionibus, in capita XXI. *distributa.* 450. *Quæ vero ex Codice Vaticano* DCCCXL. *recensentur, sunt Capita* LXXXVII. 451. *ad* 459.

Collectio Novellarum Constitutionum, in Capita LXXXVII. *distributa cum Prologo. Ex Codice Vat.* DCCCXLIII. 459. *ad* 474. *Adnotatio eidem Codici subjuncta.* 474.

Sanctorum Patrum Epistolæ Canonicæ ex eodem Codice Vaticano DCCCXLIII. 474. *Videlicet. Sancti Basilii Epistola ad Amphilochium.* 474. *Sancti Gregorii Nysseni Epistola ad Letojum.* 475. *Timothei Alexandrini Epistola Canonica.* 475. *Sancti Basilii ad Gregorium Presbyterum de subintroducta.* 475. *Ejusdem S. Basilii ex cap.* 27. *de Spiritu Sancto, ad Amphilochium.* 476. *Sancti Gregorii Neocæsareæ Episcopi, de iis, qui in barbarorum incursione idolothyta comederunt, & alia peccarunt.* 476. *San-*

cti Athanasii Epistola ad Ammun Monachum. 476. *Sancti Dionysii Alexandrini, qua hora Sabbati illucescentis Dominicæ solvendum sit nocte jejunium*. 477. *Sancti Basilii ad Amphilochium Epistola Canonica Secunda*. 477. *Ejusdem Sancti Basilii ad Amphilochium ex cap*. 27. *de Spiritu Sancto*. 477. *Ejusdem Sancti Basilii ex cap*. 29. *ejusdem operis*. 478. *Canonicæ Patrum Epistolæ ex Trullano Canone*. 478.

Joannis Scholastici, *Oratio Catechetica de sancta & consubstantiali Trinitate*. 479.

CAPUT XIV. *Joannes Jejunator Patriarcha Constantinopolitanus*. 479.

Joanne Scholastico defuncto, *Eutychius in Sedem Constantinopolitanam restituitur*. 479. *Post Eutychii obitum*, *Joannes*, *cognomento Jejunator*, *Patriarcha Constantinopolitanus ordinatur*. 480. *Cavei*, *Oudini*, *& Fabricii allucinationes*. 480. 481. *Elogium Joannis Cappadocis ad Joannem Jejunatorem perperam traductum*. 481. *Mauricius a Tiberio Imperator inauguratur*, *præsente Joanne Patriarcha & Senatu*. 482.

Joannes Jejunator anno 588. *in causa Gregorii Patriarchæ Antiocheni Synodum Constantinopoli habuit*. 482. *Ea in Synodo Gregorius innocens declaratur*. 483. *Verba Evagrii de Terræmotu Antiocheno*, *deque ducta ab ipsô virgine explicantur*. 484. *Eadem in Synodo Joannes Jejunator titulum* Œcumenici, *sive* Universalis Patriarchæ, *synodali decreto sibi vindicat*. 485. *Quamobrem a Romanis Pontificibus Pelagio II. & Sancto Gregorio Magno acriter reprehenditur*. 485. *Epistolæ Sancti Gregorii Papæ*, *quibus Joannem Patriarcham laudat*. 486. *Epistolæ ejusdem Sancti Gregorii*, *quibus eundem Joannem ob arreptum* Œcumenici *titulum reprehendit*. 486. *ad* 491. *Anastasius a Gregorio Patriarcha Antiocheno vivente receptus*, *post ejus obitum*

in

in Sedem suam Antiochenam restituitur. 492. *Ad eundem Anastasium Epistolæ Sancti Gregorii Papæ*. 492. *Item ad Eulogium Alexandrinum*. 492. & 493. *Joannis Jejunatoris obitus anno* 595. *die* 2. *Septembris*. 493. *Ad Cyriacum Joannis successorem Epistolæ Sancti Gregorii Papæ, quibus eum hortatur, ut a titulo* Œcumenici abstineat. 496. *ad* 501. *Quis fuerit Eudoxius, Eulogius Alexandrinus Sancto Gregorio Papæ exponit*. 497. *Responsales quidem Cyriaci Patriarchæ a Sancto Gregorio in communionem admissi; Diaconus vero ejusdem Sancti Gregorii in urbe Constantinopolitana Apocrisiarius prohibetur communicare cum Cyriaco, donec titulum* Œcumenici *sibi vindicaverit*. 499. *Oblatum sibi* Universalis *titulum S. Gregorius Papa respuit*. 501.

Præter Œcumenici *titulum, alia quædam in Joanne Jejunatore reprehendit Sanctus Gregorius Papa*. 502. *Primum, quod scelesto cuidam juveni Joannes nimium detulerit: deinde quod idem Joannes Patriarcha Joannem Chalcedonensem Presbyterum, & Athanasium Monachum & Presbyterum injuste tamquam hæreticos condemnarit*, 502. *Joannis & Athanasii causa in Romana Synodo agitata, Joannes quidem ab hæresi immunis declaratur; Athanasius vero in Manichæi dogma incidisse; Pelagianumque esse qui negat mortuam, quum peccavit, Adæ animam: Sanctus Gregorius Ephesinæ Synodi recentiores Codices falsatos suspicatur, requirendos monet vetustos*. 505. *Epistolæ Sancti Gregorii de Joanne Presbytero Chalcedonensi*. 510. *Athanasius Monachus ac Presbyter a Sancto Gregorio absolutus, liberam ad suum Monasterium regrediendi licentiam obtinet, Cyriaco Patriarchæ commendatus*. 511. *Georgius Presbyter & Theodorus Diaconus, Responsales a Cyriaco Patriacha ad Sanctum Gregorium Papam missi, inventi sunt dicentes, descendentem ad inferos Jesum Christum, omnes qui illic*

lic confiterentur eum Deum, salvasse, atque a pœnis debitis liberasse. 513. *Enumerantur ea, quæ famam sanctitatis & doctrinæ Joannis Jejunatoris minuere videntur.* 513 *Quænam sit Marcianistarum hæresis, exponitur: non quidem imaginaria, uti nonnulli viri docti existimarunt, sed vera hæresis Messalianorum: de qua Timotheus Presbyter Constantinopolitanæ Ecclesiæ in libro de receptione hæreticorum.* 513. *& seq.*

Ob usurpatum Œcumenici *titulum, Joannes Jejunator apud plerosque Latinos Scriptores magnam nomini suo infamiam comparavit: & a nonnullis dicitur, a Sancto Gregorio Papa anathematizatus & in excommunicatione sibi inflicta usque ad mortem perseverasse.* 514. *ad* 517. *Eum tamen neque ut hæreticum, neque ut excommunicatum a Sancto Gregorio fuisse habitum, ostendit Cardinalis Augustinus* Orsius *lib.* 44. *historiæ Ecclesiasticæ.* 517. *Ipse quoque Sanctus Gregorius post Joannis mortem, honorifico cum titulo* Sancti, & Sanctissimi *exornat.* 518. *& in Synodo Septima* OEcumenica *lectum est capitulum* de vita S. P. N. Joannis Jejunatoris. Ibid. *Et Isidorus Hispalensis*, Joannem sanctæ memoriæ *vocat.* Ibid. *Et Anastasius Patriarcha Antiochenus una cum Mauricio Imperatore scriptis ad Sanctum Gregorium literis, non magni interesse ajunt, OEcumenici titulum a Patriarcha Constantinopolitano usurpatum.* Ibid. *Post Joannis mortem, qualis fuerit de ipso Constantinopolitanæ Ecclesiæ opinio.* 519. *Colitur a Græcis tamquam Sanctus die* 2. *Septembris.* 519. *Ejus Elogium in Menologio Basiliano.* 520. *Item colitur in Fastis Moschorum.* Ibid. *Non Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus, sed Photinus Presbyter Constantinopolitanus, vitam Joannis Jejunatoris scripsit, laudatam in Septima Synodo.* 521. *Joannis Jejunatoris memoria a doctissimis Latinorum vindicata, cultusque a Sacra Congregatione*

Cor-

Correctioni Librorum Ecclesiasticorum Orientalium deputata, Græcis Orthodoxis permissus. 523.
Inter scripta Joannis Jejunatoris principem locum occupat Libellus Pœnitentialis. 523. *Ab Allatio editus ex Codicibus Mss. Bibliothecæ Barberinæ.* 524. *Exstat in Codice Ms. Vaticano, & a Morino evulgatus ex Codice Bibliothecæ Altempsianæ.* 524. *Johannis Monachi, Patriarchæ Constantinopolitani, Jejunatoris dicti, sermo ad eum, qui peccatorum confessionem Patri suo spirituali est editurus, a Morino, publici juris factus.* 527. *In Codicibus Mss. Vaticanis* 430. & 640. & *in Codicibus Mss. Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis inscribitur, Joannis Monachi & Diaconi, discipuli Magni Basilii, cui cognomentum est, Filius obedientiæ, Canonarium sigillatim explicans pravos animi affectus morbosque, & pœnitentias his convenientes: nec non quæ de communione, cibo, potu & oratione observanda sunt, clementer admodum definiens.* 530. *In Codice tamen Vaticano* 1114. *sic inscribitur: S. P. N. Joannis Archiepiscopi Constantinopoleos, Jejunatoris, cognomento, Filius obedientiæ, variæ differentiæ confitentium: variæ differentiæ de confessione eorum, qui occulta peccata confitentur, & eorum, qui confitentes hujusmodi excipiunt.* 531. *Quis fuerit Johannes ille Monachus, obedientiæ filius, Morini conjectura.* 531. *Nicon Monachus in Græco Pandecte asserit, Joannem Monachum hujus operis auctorem, diversum esse a Joanne Jejunatore.* 533. *Verum tam ex fide Codicum manuscriptorum, quam testimonio Harmenopuli, & Blastaris ostenditur, eundem ipsum esse Joannem Jejunatorem, ac illum qui dicitur Joannes Monachus, filius obedientiæ:* 532. 534. *Matthæi Blastaris Synopsis Nomocanonis Sancti Joannis Jejunatoris.* 535. *Simeonis Hieromonachi Scholarii, Syntagma Canonum Pœnitentialium ex Canonibus Conciliorum & Patrum, præ-*

cipue autem Sancti Basilii Magni, & Joannis Jejunatoris. 535. *Anonymi, Loci Communes Asceticî, ubi inter auctores, ex quorum scriptis loci illi collecti sunt, recensetur Joannes Jejunator.* 536. *Anonymi Judicium, de Pœnitentiali Joannis Jejunatoris.* 536. *Joannem Jejunatorem in pœnis infligendis indulgentem nimis esse, afferunt Nicephorus Chartophylax, & Concilium Constantinopolitanum sub Alexio Comneno.* 536.

Alia Joannis Jejunatoris scripta, ex Codicibus Vaticanis 430. 640. 717. 790. 1114. 1184. pag. 537. *Alia ex Harmenopulo.* 539. *Alia ex Matthæo Blastare.* 590. *Et ad calcem Commentariorum Theodori Balsamonis in Canones Patrum.* 541.

Ejusdem Joannis Jejunatoris Sermo primus, de pœnitentia, continentia & virginitate. 541. *Sermo secundus, de pseudoprophetis, & falsis doctoribus, & atheis hæreticis, & de signis consummationis.* 541. *Ejusdem Liber Epistolarum ad diversos, Trithemio laudatus.* Ibid. *Et Libellus de Baptismo ad Leandrum Episcopum Hispalensem, Isidoro memoratus.* Ibid. *Nicephori Callisti Encomium Joannis Jejunatoris.* 542.

Caput XV. *Cyriacus Patriarcha Constantinopolitanus.* 542.

Cyriacus Patriarcha in locum Joannis Jejunatoris defuncti subrogatus. 542. *Non Cyriacus nonnihil antea reluctatus, ut opinatur Baronius, sed Mauricius Imperator diu hæsitavit, quemnam Jejunatori substitueret.* 543. *Cyriacus Synodicam cum Fidei professione per Legatos Georgium Presbyterum & Theodorum Diaconum misit ad Sanctum Gregorium Papam.* 543. *Gregorii Papæ Epistolæ ad Cyriacum, ad Mauricium Imperatorem, ad Petrum, ad Domitianum & Elpidium Episcopos.* 544. *Quia vero Cyriacus in synodica sua, Œcumenici se titulo nuncupaverat; idcirco Sanctus Gregorius synodicam quidem*

dem ejus una cum Responsalibus accepit, eosque sacris etiam Missarum solemniis interesse permisit; noluit tamen assentiri, ut Apostolicæ Sedis Apocrisiarius Cyriaco Missarum solemnia celebranti assisteret. 544. *Quid de eo titulo ad Anastasium Antiochenum & ad Mauricium Imperatorem rescripserit Gregorius Papa.* 545. *Missi per Bonifacium Apocrisiarium Epistola, Gregorius hortatur Cyriacum, ut a titulo* OEcumenici *abstineat.* 546.

De Mauricii cæde, & Phocæ Imperatoris induguratione. 546. *Epistolæ duæ Sancti Gregorii ad Phocam.* 547. *Et una ad Leontiam Phocæ conjugem.* 548. *Causæ querelarum Sancti Gregorii de Mauricio Imperatore.* 549. *Diluuntur, excepto eo crimine, quod is milites a Chagano captos redimere noluit.* 550. *Sanctus Theodorus Siceota, Imperium Mauricio prædicit.* 551. *Abdicat Episcopatum Anastasiopoleos in Galatia, annuente Cyriaco Patriarcha, & Mauricio Imperatore.* 553. *Mauricii filium a lepra sanat.* Ibid. *Prædicitur Mauricii obitus.* 554. *Mauricius precibus Episcoporum & Monachorum se commendat, ut pro suo delicto in hoc, non in altero sæculo pœnis subjiciatur.* 555. *Mauricii cædes.* 556. *Phocæ inauguratio.* 557, *Filiorum, filiarumque & uxoris Mauricii, & Patriciorum cædes.* 558. *ad* 562. *Sopatra, & Maria Mauricii filiæ:* Gordia, *Damiana, & Theoctista, sorores.* 562. *Sancti Gregorii Papæ Epistola ad Theoctistam Patriciam, qua monet de quatuor capitulis, quæ erant falsa Marcianistarum dogmata.* 563.

Cyriaci Patriarchæ Constantinopolitani obitus, & cultus. 564. *Phocæ Imperatoris Edictum, de Primatu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.* 565. *Eo Edicto sopita videtur quæstio de* Œcumenici *titulo a Patriarchis Constantinopolitanis usurpato.* 567.

Caput XVI. *Thomas Patriarcha Constantinopolitanus.* 567.

Thomas

Thomas Cyriaco Patriarchæ succedit. 567. *Crucibus, quæ in supplicatione gestari solent, per se concussis & commotis, interrogatus Sanctus Theodorus Siceota, quid sibi id vellet, respondit; magnas mundo imminere calamitates*. 568. *Domitius Patricius Auream Crucem ad supplicationis & adorationis usum fieri curat, cujus in umbilicum Cyriacus Patriarcha conjiciendam dedit particulam Ligni Sanctæ Crucis, & particulam Sancti Sepulcri Christi Domini, & Veli Deiparæ*. 568. *Sanctus Theodorus honorifice excipitur a Cyriaco Patriarcha, qui ejusdem votis annuens, Joannem ipsius discipulum Monasteriorum præfectum instituit*. Ibid. *Phocam Imperatorem Sanctus Theodoras a manuum pedumque doloribus sanat*. 569. *Idem Cyriaco Patriarchæ significat, quid per admirabilem illum Crucium in supplicationibus motum prædiceretur*. 569. *Eundem rogat Cyriacus, ut pro se preces funderet ad Deum, ut dissolveretur, & esset cum Christo, antequam prænunciatæ calamitates contingerent*. 570. *Cyriaci Patriachæ obitus*. 571. *Triclinium in Patriarchæ ædibus construxit, quod Thomaites dicitur, ubi & Bibliotheca Patriarchalis*. 571. *Colitur a Græcis in Menæis*. Ibid. *Ejus Elogium in Menologio Basiliano*. 572.

Caput XVII. *Sergius Patriarcha Constantinopolitanus*. 572.

Post Thomæ obitum Sergius Patriarcha ordinatur. 572. *Ad pedes Sancti Theodori Siceotæ prostratus, precibus ejus se commendat*. 573. *Laudatur a Georgio Piside, a Joanne Philopono, & a Theophylacto Simocatta*. 574. *Plura sub ipso, vel ab ipso Sergio sunt in Constantinopolitana Ecclesia instituta*. 575. *Baronius, narratis tam bonis principiis Sergii, illum Sauli comparat*. 576.

Caput XVIII. *Heraclius Imperator*. 576.

Heraclii adventus in urbem Constantinopolitanam. 577.

Bono-

Bonosus a Phoca Imperatore Antiochiam Proconsul missus, Sanctum Theodorum Siceotam veneratus, atrocibus in Oriente facinoribus perpetratis, Constantinopoli misere interiit. 577. & seq. Judaei mota Antiochiae seditione, Sanctum Anastasium Patriarcham trucidant. Bonosus, & Copanas a Phoca contra illos missi, magnam Judaeorum caedem ediderunt. 579. Causa motae Judaeorum seditionis haec fuit, nimirum, quod Phocas Imperator Judaeos in Palaestina baptizari compulisset. 580. Theodoro Scriboni Alexandrino Joannes Eleemosynarius, Isaacio Hierosolymitano Zacharias Patriarcha succedit. 581. Ad Sanctum Anastasium Antiochenum Epistola S. Gregorii Papae, in qua gratias agit Deo, quod soli ad Ordines promoverentur Orthodoxi; inquirendum jubet de Synodo Ephesina prima; & arcendos a sacris Ordinibus Simoniacos. 581. Idem ipsum a Sancto Gregorio ad Isaacium Hierosolymitanum. 582.

Phoca Imperatore caeso, Heraclius a Sergio Patriarcha coronatur Augustus una cum conjuge Eudocia. 583. Coronati quoque Epiphania, quae & Eudocia, & Heraclius novus Constantinus, Heraclii Augusti filii. 584. Sancti Theodori Siceotae obitus, eodem anno, quo Heraclius, novus Constantinus creatus fuit Caesar. 584. Eudocia conjuge defuncta, Heraclius Imperator ducit uxorem Martinam, sororis suae filiam. 584. Eandem Martinam Augustam salutat, a Sergio Patriarcha Constantinopolitano coronatam. 585. Martinae filius Constantinus minor, Caesar declaratur. 585. Conjugium Heraclii Augusti cum Martina, improbatum a Sergio Patriarcha. 585. Et a Sancto Maximo Confessore. 586. Et a Cedreno. 586. Persicum bellum ab Heraclio susceptum per sexennium duravit, ab anno 622. ad 628. a Theophane & Cedreno descriptum. 587. Et a Chronici Paschalis auctore. 588. David Heraclii Augusti filius, & Heraclius junioris Heraclii, Constantini di-

cti

Eti, filius, magni Heraclii nepos, qui post patris obitum Constans appellatus fuit. 589. Quo anno nati, & baptizati. 590. Sergii Patriarchæ Constantinopolitani obitus. 590. Ædes Sancti Georgii ab ipso condita. 591.

FINIS.

ERRA-

Digitized by Google